ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIONES DVAE DE QVADRAGINTA THEODORO GAZA INTERPRETE.

Eorum, quæ ad medicinam pertinent: Sectio prima: cuius quæstiones. lix.

1 VR exuperantiæ nimiæ cõmittendi morbi uim habeant. An quia uel excessum, uel defectum efficiant: qua quidem re morbuz consistere certum est.

2 Cur morbi sæpe curari possunt: ubi quis abunde excessit. equidem nonnulli medici eam artem exercent; ut nõ nisi per excessum agant uel uini, uel aquæ: uel salsuginis: uel cibi: uel inediæ. An quoniaz causæ, quæ morbos cõmittũt: aduersæ iter se sũt: atq; ita efficitur: ut genus alterrũ duci p excessuz alterius i mediũ possit.

3 Cur temporum, flatuumq; mutationes morbos intendant: tollant ue: iudicent: uel committant. An q aut frigidæ: aut calidæ: aut humidæ: aut siccæ sunt: morbosq; qualitatum huiusmodi excessus cõmittit. Secũda eteniz ualetudo mediocritas quædã ẽ. Quod si per humidam, frigidam ue materiam morbus constiterit: tempus accedens contrarium, tollere illuz poterit: sed si minus contrarium subsecutum sit: qui similis status temporis superuenerit: intendet sane: atq; interimet. quo etiam fit: ut qui bene, ualent: ægrotare tempore mutato incipiant. corporis enim proinde temperamentuz soluatur necesse est. quippe quod

nõ nisi tẽporũ:ætatũ:locorũq; statu idoneo aptuʒ sit augeri:seruariq;·Quãobrẽ cum tpa euariant: rõ tũc ualetudinis habẽdã diligentius est·Idẽ aũt illud pro cã pticulatiʒ etiã adest:quod in uniuersuʒ ꝓposui de tpibus·mutationes etenim flatuũ:ætatũ:atq; locorũ ꝑ tpis cuiusdã mutatione accipi debẽt·Quapropter hæc etiam intendendi:uel tollendi:uel iudicandi:uel contrahendi morbum uiʒ habent:quemadmodũ tem pora:& syderum ortus:orionis:arcturi:uergiliaruʒ: caniculæ:qui flatus·imbresq; excitant: qui serenita= tes frigora:tepores ue solent adferre·

4 Cur uomitus:cum tempora immutantur: citari maxime debeat:ne conturbatio redundet:cum uaria excrementa materiæ inutilis ex mutandi ratione ꝓ· ueniant·unde fit:ut cibum alij parum concoquant: alij parum cupiant·

5 Quamobrem qui uel cibo uitioso uescũtur:uel fa me diutina laborant:pedibus intumescere soleãt· an utrisq; per tabem:consumptionemq; illud accidat· Tabescunt enim:& qui esuriũt:quia nulluʒ penitus capiunt alimentum:& qui uitiose uescuntur: quia quod assumpserint:perfrui nequeunt·

6 Quãobrem cũ uitiabilis p æstatẽ cõtrahi debeãt: morbi acuti,qui certe ex bili cõsistunt:p hyemem po tius urgeãt·An quia febribus illi comitari acuti pro pterea sunt:quia uiolẽti·uiolẽtia uero cõtra naturam est·locis enim quibusdã in corpore humescẽtibus fer uens oritur inflãmatio quæ cũ non nisi caloris exupe rantia fit:febres utiq; accendere põt· Aestiuo igitur tempore arida:calidaq; uitia male homines:habent: hyberno autem humida,calidaq; perinde acuta· cele riter nanq; interimunt:cum propter humoris super

crescentis abundantiam concoqui nequeant.

7 Cur morbus pestilẽs solus ex oĩbus uitijs præcipue afficiat eos: qui ad laborantes eo morbo ꝓpe accesse rint. An ꝙ is solus oĩum morborum cõis oĩbus hominibus est. Itaq; pestẽ facile omnibus infert: qui scilicet deprauato iam habitu sunt. Fit eniȝ. ut morbo cubantis ueluti quodaȝ fomite succendente uitiũ illud protinus exultet: concipiaturq; in alijs.

8 Cur si uenti septẽtrionales hyemẽ occuparunt: uer aũt austros: pluuiasq; exhibuit: æstas ꝓxima grauis tã febribus, quã lippitudinibus inseq̃ soleat. An ꝙ æstas corpa nostra multũ humoris cõtinẽtia excipit: & terra madet: & habitãdi locus ꝑhumidus ẽ: talisq; redditur: qualis q̃ grauis ꝑpetue cõstat. Primuȝ itaq; lippitudines subeũt: cũ excremẽta humoris ĩ capite deliquere incipiũt. Ita eni intelligendũ ẽ: ut res eadẽ & calidissima & frigidissima reddi possit. ceu aqua: uel lapis: feruet etenim illa: urit hic uehemẽtius. Fit igitur: ut aer suæ crassitudinis cã caloreȝ pleniorẽ suscipiẽs: exardescat: & corpora pari rõne anxietate, æstuq; uexẽtur. æstu uero in corpore: febris in oculis, lippitudo est. Deniq; mutatio quæq; calida corpus peruertit: cum scilicet cælo adhuc madente æstas protinus sicca: & calida occupauit. uitiũ etiã augetur: si pluuia æstate accessit. Ita enim uis solis materiam late obtinet: quam feruescere tum in corporibus, tum in terra: tum etiã in aere faciat: qua de causa febres oriuntur: & lippitudines.

9 Cur si hyems austrina, & pluuiosa fuit: uer aũt siccũ: & aq̃loniũ est: corpora taȝ uere: q̃ æstate morbi exercent. An quod hyemis tepor & humor faciũt ut corpora tempori eiusmodi proxima in qualitate

reddantur. Humida enim: laxaq; fiant: & soluta ne cesse est. Quæ cũ ita se habeant: uere frigido, atq; sicco facile cõcrescere possunt: & indurari. Itaq; grauidæ, quibus tunc adest ptus: abortu periclitãtur, uidelicet incalescẽdi, crudescendiq; rõne. Quæ res syderatio appellata est: quã sicca illa cõmittit frigiditas ipatiens oĩno excernẽdi humoris. Infantes uero: quos gerũt ĩbecilles, læsosq; ĩmodicã ob frigiditatẽ edunt. Accidit enim: ut qui tunc cœlo sereno nascũtur: ijdez pluuio benigne, & cõstiterint: & nutriti fuerit intra parentẽ: cæteris uero, cũ pituita uitio suæ nimietatis purgata nõ est (quod fit ubi tepidũ se exhibuit) sed coacta a frigore cõstitit: cũ tepor occupauit: æstatis ui colliquescit: si biliosi: sicciq; sunt: q̃ eorũ corpora minime humidã, sed squalibunda sortiũtur naturã: excitãtur q̃dẽ humores: sed tenues. Quãobrẽ eos lippitudo arida male hʒ. Si uero pituita reddundãt: raucitates distillationesq; in pulmonẽ oriuntur. mulieres extorquent difficultates intestinorum. quia natura sunt humida, frigidaq;: seniores stupor attonitos reddit: ubi uniuersus resolutus humor incubuit: exq; imbecillitate caloris natiui concreuit.

10 Cur si æstas sicca, & aqlonia fuit: autũnus ex aduerso humidus: atq; austrinus: hyeme, quæ ꝓxima ẽ: dolor capitis: raucitas: tussisq; oriãtur: atq; ĩ tabẽ demũ euadãt. An q̃a hyems multũ materiæ excipit. itaq; humorẽ cogere. atq; pituitã inde cõficere magnuz ci negociũ est. Ergo difficile est humorẽ dẽsari: cõficiq; inde pituitã. Q̃d si in capite humor cõstiterit: grauitatẽ cõmittet. & si nimius, frigidusq; ẽ: crudorem utiq; mouet: cui syderatio nomen est. necnon si ob nimiam sui copiam concrescere minus potuit: in locum

defluit proximum: atque ita tussim: raucitatem: & tabem contrahit.

11 *Cur si sicca æstas: siccusque autumnus aquilones habuerint: mulieribus, & omnibus pituita abundã tibus secũda ualetudo cõtingat. An quia natura utro rũq; in alterã exuperat partẽ. itaq; tẽpus in partem trahendo cõtrariam ad medium habitum: bonumq; pducit. Eo igitur ipso tempore optime ualẽt: nisi qd ultro ipsi pperam agant: ut humidi ad hyemem ita deueniant: ut fomitẽ quẽdam: & incitabulum frigori subministrent.*

12 *Cur si sicca æstas: & aquilonia: & autũnus siccus iisdem aquilonibus perflatus morbo biliosos infestet. An quoniã ad idẽ corpus eorũ: ac tẽporis habitus uergũt. itaq; ueluti ignis igni adijcitur. cũ eniʒ corpora exsiccentur: quãtũq; in his dulcedinis erat: euaporatũ sit: uehemẽterq; incalescant: necesse est: ut dũ humor cõsumitur: aridæ lippitudines oriãtur. residuoq; quod biliosum remãserit: eodẽq; recalescente febres acutæ utpote ex bili syncera inuadãt: nõnullos insania rapit. quorũ. s. natura atra bile abundat. Hæc etenim large superest: cum eius humores contrarij resiccescant.*

13 *Cur mutationẽ aquarũ: grauẽ: aeris uero nõ grauẽ esse affirmẽt. An ꝙ aqua corpibus alimento est: quo iã habito: cõplexoq; peregrinemur. Aer aũt nullo se exhibet alimẽto. Aquarũ item genera multa: & uaria p se sunt: sed aeris minime. Itaq; hoc ẽt causæ esse põt: quippe cũ peregre ẽt pfectis in cælo qdẽ ppe eodem: in aquis autẽ uarijs uersari eueniat. quapropter aquæ mutationem grauem esse recte putatum est.*

14 *Cur ciborũ mutatio minus, q̃ aquæ, grauis occur*

rat. An quia plurimum aquæ cõsumimus. Nam & in pane & obsonijs: & i potu aquæ usus plurimus est.

15 Sed cur cibi, & aquæ mutatio grauis sit. An ꝙ ois mutatio ĉt tpis, & ætatis motu facilis est. Extrema nãq; generis cuiuscunq; moueri facile põt. Quõ & pricipia, & fines. Ergo & cibi: q iter se distant corrũpere se inuicem queunt: qppe cũ aut nup: aut nõ dũ adhæserit; q pcesserat. ad hæc ut uarius cibus grauis est: turbulẽta eni: nec æqualis cõcoctio eius agitur sic in ijs accidit: q aquã mutarint. sunt uariæ potionis utãtur alimento: estq; id alimenti genus: quã sic cũ: ualẽtius: quoniã plurimũ est: exq; cibis ipsis non nisi quantum dilutum est: uim habet enutriendi.

16 Cur mutationes aquarũ faciũt: ut pediculi: in qbus habsri possint: multi habeãtur. An ꝙ humoris cruditas, quã pturbatio illa committit: quæ ex aquæ uario usu in crebra cõmutatione redundat: humoris creare copiã põt: pſertim in loco humori opportunio re. Cerebrũ autẽ natura humidũ est. quare caput maxime ppetuo humet: cuius rei idiciũ est: ꝙ pili in hoc potissimũ exeunt. huius autẽ loci uis ad pgenerãdos pediculos apta est. patet hoc in puerili ætate. Caput eteni puerorũ madet abunde: & sæpe aut grauedine conflictatur: aut sanguinis pfusione. Quin etiam pediculos plures illa ætas habere solet.

17 Cur a uergiliarũ occasu ad fauonij usq; flatus hi potissimũ pereãt: q morbo lõgo laborãt: & senes: q iuuenes potius. Vtrũ summæ illæ itereũdi causæ duæ adsint: frigus: atq; excessus. Vita eni calore fouetur: seruaturq;. Tẽpus aũt istud ambo illa sortitur. Frigidum eni & hyems tum acerrime urget. subsequens eni tempus uer est. An ꝙ q uitijs laborãt diuturnis:

nō secus: ac senes effecti sunt. Lōgus eteni morbus q̃si senecta iā adesse uidetur. Ea nāq; corpa sicca: & frigida sūt: altera. s. ob ætatē: altera ob lāguorē. hyemē uero & gelu, frigoris, atq; hūoris eē excessionē certū ē. Quare fit: ut cū uel pūo momēto corpa pateāt hyemis rigor q̃si ignis igni iniūgatur: atq; ita iterimat.

18 Cur in plenis: īpurisq; corpibus ulcera capitis nō magno negocio sanētur: tibiarū autē ægre. An humor eorū: quia terrenus: grauis est: graue autē omne deorsum tēdit. ergo supiora curari facile possunt: quoniā seorsū humor decesserit: inferiora ꝑpterea nequeūt: ꝙ admodum excrescant: & putredini pateant.

19 Cur si post hyemem aquiloniā: & uer austrinū ac pluuium æstas sicca admodum fuit: ꝑniciosus omnibus autumnus accedat: & pueris præsertim. Nā & cæteris difficultates itestinorū: febresq; quartanæ longæ eo tpe solent euenire. An q̄d si aqua mediocris per æstatem incessit: quantum humoris collectū est per uer humidum: in nostris corporibus refrigeratum quiescit: sed si non ita contigit: pueri, qui suapte natura humidi: & calidi sunt: uehementer eo feruescunt affectu: quoniam refrigerati minime fuerint: Et si per æstatem restiterint: autūno certe, quorum humor ultra modum ferbuerit: corripientur: excrementa uero nisi confestim peremerint orta uidelicet circa pulmonem: atque arteriam. supra enī primum consistunt: eo scilicet ꝙ aeris tepori nostra corpora pateant. hinc enim lippitudines quoque prægressis febribus in graui æstate sequi cōsueuerunt. ergo si non locis superioribus excrementa humorum exorsa (ut dictum est) protinus interemerint: descendent cruda ad uentrem: atq; ita difficultatem cred=

būt inteſtinorū. At ſi præ nimia ſui copia, humor ex cerni nequiuerit: quartanæ ijs orientur: qui euadere mortem potuerunt: etiā ſi illud inteſtinorū uitium oīno quieuerit. Quod enī crudi humoris ſubterſedit: ſtabile: firmūq; uehemēter mō atrac bilis adhæret.

20 Cur ſi æſtas: & autūnus imbres: auſtroſq; habuerunt: hyems grauis cōſequi ſoleat. An q hyems corpora præhumida excipit: mutatio ēt īgens occurrit. Nō enī paulatim: ſed repēte ex calore īmodico ad frigoris acerbitatem uenitur: quādo autūnus quoq; tepidus extitit. Itaq; qui denſo corpore ſunt: hos morbi extorqueāt acuti: neceſſe eſt. his enī humida excrementa ſupra potius colligūtur: cū ptes ſuperiores humoribus huiuſcemodi opportunas: inferiores inhabiles illi habeant. Ideoq; qui tali textura corpis ſūt: nō multa excrementa ſibi admittūt. cū igitur qui locis ſuperioribus corporis humor excreuerit: infrigeſcere incipit: fit ut prædicta uitia oriantur: quemadmodum uinolentis prope accidit: cum algent. At quibus laxius corpus ē: ijs febribus orſis euenit: ut quæ ſumma de cruditate febres cōſtiterint: trāſeāt in ardores. quoniā his magis totū corpus ab humoribus occupatur: quā denſa illis mole conſtātibus: exq; ui frigoris coacto eorū corpore humores incaleſcētes febres accendunt. ſuperans enim calor totius corporis febris eſt: & ſi idem nimio intendatur humore: ardor effici poteſt.

21 Cur ānus peſtilens tūc īuadit: cū ſol multū uaporis de terra excitat? An tūc ānus humidus: pluuiuſq; ſignificetur: neceſſe eſt: terrāq; madeſcere neceſſariū. Fit igitur: ut quaſi locis paluſtribus: grauibuſq; proinde inhabitetur: & corpā quoq; multis tunc excre

mentis redundare necessariũ est:ita ut ægrotãdi materiam habeant in æstate.

22 Cur grauis tũc adeat ãnus:cũ copia est pusillarũ ranarũ:quæ rubetarũ faciẽ representãt. An res unaquæq; loco suæ naturæ idoneo abũdare solita ẽ. Itaq; eiusmodi animantiũ genus cũ natura humidũ sit: humidũ pluuiũq; annũ ob eã ipsã cãm idicat. Anni eiusmodi uero graues pculdubio sunt. Quibus.n.corpora facta phumida fuerint:multis iccirco excremẽtis pmuntur:quæ causæ sunt: ut morbi pueniant.

23 Cur austri sicci nihil humẽtes febres creare soleãt An qa calorẽ:humorẽq; excitãt alienũ. Sunt.n.suapte natura humidi:calidiq;:qua qdẽ re febris cõmittitur.qppe quæ nõ nisi p excessũ ambarũ qualitatũ illarũ oriri soleat. Cum igitur imbre austri uacant: corpora nostra ita afficiantur:necesse est:at cum flatibus imber adest:nos aqua refrigerat: austros tamẽ quos mare miserit:pdesse stirpibus certũ est. Refrigerati nanq; beneficio maris: deueniunt cõtra erugi nem:quæ humore:caloreq; alieno consistit.

24 Cur corpora humana se tardiora,debilioraq; sentiant:cũ austri afflãt. An qa multũ ex paulo tũc redũdat humoris:quẽ deliquescere tepor coegit.exq; leui afflatu grauis humor citatur. Adde q uires nostræ cõditæ in articulis sunt:q austrinis laxari flatibus cõsueuerũt. Cõstat id ex eorũ crepitu:quæ pride cõglutinata tunc remittũtur:ac resoluuntur. Tenax etenim humor,qui articulis inditus est:ut concretus nos moueri nõ patitur:sic nimis humefactus intendi minime sinit.

25 Cur p æstatem magis aduersa ualitudine laboretur:p hyemem uero magis q laborãt:emoriãtur. An

quia calor, qui p hyemem intus ꝓpter corporum dẽ-sitatem coercetur: parũ adiuuat: nec labor operum, qui amplius per id tempus suscipitur: excremẽta humorum potest concoquere. ideo ualidaꝫ esse mali originem necesse est. quod cum ita sit: perniciosum morbum urgere ratio est. Contra: in æstate quoniam corpus uniuersum rarum: refrigeratum: resolutum: atq; laborum impatiens est: iccirco morbos plures quidem oriri necessarium uidetur: uidelicet ob lassitudinem, cruditatemq; ciborum. noui etenim fructus tũc adsunt: non tamen ita ualidos esse naturæ ratio patitur: quamobrem facultas hisce succurrendi datur facilius.

26 Cur post utrũlibet solstitium per centum dieruꝫ spatium mori maxime accidat: An ꝙ eatenus utraq; uehementia caloris. & frigoris se dilatat: quæ morbos: pniciemq; afferre infirmis potest.

27 Cur uer, atq; autumnus morbis infestent. An q̃a mutationes graues omnes occurrunt. sed autumnus uere grauior est: quia corpore calido refrigescente: quam frigido incalescente potius ægrotamus. ut igitur uere frigidum recalescit: sic autumno calidum refrigescit.

28 Cur per hyemem minus quidem: q̃ per æstatem: sed perniciosus ægrotetur. An quoniam in æstate morbi uel parua de causa existunt: quod in hyeme minime accidit ita. Sumus enim tunc & ad concoquendum: & ad bene ualendum aptiores. Itaque ratione maiora: pernitiosioraq; mala sunt: quæ maiori de causa ꝓuenerint. Quod idem in athletis: & omnino in ijs: qui secunda ualetudine esse solent: licet pspicere. Aut enim nullo morbo præmuntur: aut

pressi celeriter e uita decedunt. quippe qui nisi magna cum causa ægrescere nequeant.

29 Cur per autumnum: ac hyemem febres ardentes potius oriantur: quæ tempora frigus præ se ferunt: per æstatem uero cum æstus adsunt rigores: magis infestent. An quia in corpore hominis bilis calida pituita frigida est. Itaq; per æstatem quod frigidu; est: dissoluitur: diffusumq; horrores: tremoresq; excitat. Per hyemem autem quod calidum est: ui temporis pressum refrigescit. Febres tamen ardentes per hyemem: autumnumq; potius conflictant: quoniam calor pulsus a frigore introrsus se contrahit. Ardor enim non residet in summis: sed intrinsecus se expandit: atq; ita efficitur: ut ratione febres ardentes hyberno tempore oriantur. melius id in iis intelligi potest: qui aqua frigida: quiq; calida se hyberno tempore lauerint. qui enim frigida se infuderunt: ibi aliquandiu dum diluerentur; friguerunt: reliquo toto die tuti a frigore sunt. At qui calida usi fuerint frigus diutius experiuntur. Caro enim spissescit: calorq; introrsus se colligit eorum: qui se aqua diluerint frigida. Contra autem iis euenit: qui calidam admisere: caro quippe rarescit: calorq; ad exterum usq; locum euocatur.

30 Quænam uirtus sit cataplasmatis. An ut resoluat: ut moueat sudorem: ut euocet uaporem.

31 Quonam argumento constet abscessum idm purulentum esse. an si aqua pfusus calida imutatur: purulentus est: sin minus: non dum est.

32 Quænam urenda: quæue sint incidenda. An quæ ore sunt amplo: nec breui coagmententur: hæc urenda sunt: ut crusta illic incūbat. sic eni nullū pus

cicatrice inducta occultabitur.

33 Quænam uirtus medicamenti supprimentis sanguinē sit: quod enæmum appellamus. An ut exiccet: & materiæ inutilis confluuium compescat sine crusta: aut carnis putredine. Ita enim efficitur: ut uulnus simul & inflamatione careat: & unitati sit opportunum. quod enim materia non superfluit: inflāmatione carebit. Quod siccum est: unitati opportunius erit: q̄diu nanq; præmadet concorporescere nequit. Quamobrem quæ cruentis iniÿcienda censemus: acria magna ex parte sunt: quo acerbitate sua possint astringere.

34 Quænam incidenda: quæue urenda: quæ contra non ita curanda sint: sed medicamentis. An quæ in ala: aut in inguine abscesserunt: medicamentis curādum potius. diducta enim partim laboriosa: partim periculosa reddūtur: urendi sunt illi abscessus: qui lati: processuq; multiplici eruperunt: quiq; uenosis: nō carnosis resident locis. Incidendi qui in acutum se colligunt: quiq; non parte solida extant.

35 Cur siquis aere incisus sit: facilius: q̄ si ferro: sanescat. Vtrum quia æs leuius est. itaq; minus laceret: ictumq; faciat. An e diuerso φ ferrum acie adactiorem recipiat sectionē: iccirco faciliorem: tolerabilioremque efficere debeat. At uero æs medicamenti uim obtinet: & principium quodcunque pars potissima rei est. quod igitur æs simulac fuerit incisum medicamēto præsentissimo adest: facit ut uulnus celerius coeat.

36 Cur ambusta ex ære sanentur celeriter. an quoniam a laxioribus: minusq; corpulentis effecta sunt. Plus enim caloris corpori inhæret solidiori.

37 Vtruȝ ptisana ordeacea levior: & ad morbos accommodatior: quam triticea sit·hanc enim nonnulli anteponunt: argumentumq́ꝫ ex pistoribus capiunt: ꝙ multo colloratiores sunt: qui tritici·quam qui ordeacei pisturam exercent·addunt etiam: ꝙ ordeum humidius est·quod autem humidius est: concoctionē desyderat pleniorem·Sed nihil prohibet: quo minus: ut concoctu quid difficilius ordeum habeat: sic ad levitatem quid utilis præstet·hoc enim non humidius tantum tritico est: sed frigidius etiam: qualis certe sorbitio, cibusq́ꝫ competit febrienti: ut paruȝ alat: et satis refrigeret: quod ptisana ordeacea facere potest·quia enim humidior: uel corpulentior est: hinc alimēti parum, idq́ꝫ frigidiusculum præstat·

38 Cur dentium stuporem porculaca herba, aut sal tollere potest·An porculaca: quia lentū quendam habet humorem: qui uel manducanti: aut manu aliquādisper confringenti patescit·hæret enim, ac trahitur·lentor igitur subiēs ille, a corpore educit acorem: qppe qui affinitate quadam coniungi ualeat argumento saporis: quem aciduluȝ reddit· Sal uero macerat liquefacitq́ꝫ: atq́ꝫ ita acorem quoq́ꝫ extrudit·

39 Sed cur lixiuium, nitrum ue hoc ideȝ facere neque at·an ꝙ hæc suam ob acerbitatem astringunt: non liquefaciunt.

40 Cur æstiuis lassitudinibus, balneo: hybernis, unctione mederi conueniat·an hybernis unctio datur ꝓpter horrores, mutationesq́ꝫ urgentes·per calorē eniȝ laxandum est: qui membra tepescere faciat. oleuȝ uero calidum est·at in æstate humefaciendum censetur quoniam tempus id siccum est: nec metus interpellit horroris: eo ꝙ status temporis ad teporem ingenue

BBB

uergit·hinc etiã cibus parcus:potio liberalis p æstatem admittitur:ille magis,hæc omnino·Potioni nã q; per æstatem ob temporum siccitatem indulgendũ ex toto est·parsimonia uero cibi communis temporũ omnium est:sed magis æstati conuenit:ne ob habitũ temporis feruentem corpus cibo immodico præssum exæstuet·

41 Cur ex medicamentis alia aluum soluant:uesicã autem minime:alia uesicam soluant:cum aluum nihilo moueant. An q; ea quæ natura humida sunt: atq; aqua referta,si medendi obtinent facultatem uesicam soluunt·subsident enim in ea humores :qui putredine immunes euaserũt·quippe uesica pro eius humoris conceptaculo habetur:qui minime in uẽtre cõcoquitur·qui non manet:sed prius,q̃ agat quicquam aut patiatur:excernitur· At quæ terrenã sortiuntur naturam:si uires habeant medicas:aluum hæc fundere queunt·In hanc enim terrena quæq; materia se p uoluit·itaq; turbat:si mouendi obtinet facultatem·

42 Cur alia uentrem mouent superiorem : alia inferiorem:ut ueratrum superiorem : scamonea inferiorem· Alia uero citant utrunque:ut eleaterium : & thapsiæ succus·An q; ex medicamentis,quæ uentrem mouẽt:alia frigida:alia calida sunt·itaq; alia ppter suum calorem: protinus ut in superiori uentre fuerunt:loca petunt superiora:ac inde liquefaciẽdo:maxime quæ aliena sint:minusq; insidentia : sed etiam quæ insunt naturæ intima:medicamento·s·uehementiori epoto:aut copiosiori,quam natura patiatur:tã ea ipsa,quam quæ excrescentia adfuerint: in uentriculum deducunt·hic uero feruore excrementa perturbant:flatumq; excitant multum : qui obsistens ue-

xansq; demum uomitum mouet. alia q natura frigida sunt: seorsum uersus pondere suo labuntur. etiam prius, q̃ quicquam uel afficiantur: uel agant: ac inde proficiscentia idem actitant: quod superiora. ubi enĩ per addita foramina illinc ascenderunt: atq; materiam agitarunt: eodem tramite: secũ, quæ corripuerint: excrementa: colliquamẽtaq; deducunt. at genus medicamenti, quod qualitatis utriusq; particeps, mistumq; ex calido, frigidoq; est: hoc ob eã utranq; facultatem rem potest utranque conficere. hinc & medici mistis sibi generibus sæpe medicinas componunt.

43 Cur medicamenta purgare ualeant: cum alia pleraq; amariora, cæterisq; eiusmodi qualitatibus insigniora id facere nequeant. An quia non ob eiusmodi uires purgandi obtinent facultatem: sed quia concoqui nequeunt. etenim quæ ob excessũ caliditatis, aut frigiditatis: quamuis exiguo corpore incoctilia sint: aptaq; uincere non uinci ab animantium calore: resoluiq; eadem facile a uentre utrolibet possint: hæc medicamenta habentur. Vbi enim uentrem adierunt resolutaque sunt: statim ad uenas per easdem feruntur semitas: quibus permeat cibus. mox cum nihilo concoqui potuerunt: sed uictrice perstiterunt potentia: relabuntur: & quæ sibi obsistunt: secum detrahunt: quæ res purgatio uocitatur. Aes uero: argentũ cæteraq; generis eiusdem, & si cõcoqui a calore animalium non possunt: sed resolui a uentribus nequeunt: oleum: mel: lac cæterique eiusmodi cibi purgandi quidem uim obtinent: sed quantitatis: non qualitatis ratione. ubi enim ob nimiam sui copiam concoqui minime potuerunt: tum purgant: siquando id

facere possunt·duabus enim illis de causis aliquid cō coqui nequeat.aut quia generis peruicacis est:aut qa modum excesserit. Quamobrem nihil ex prædictis medicamentum est·quippe cum non ob aliquam sui facultatem purgare ualeat·acerbitas autē:acor:ma lusq; odor medicamenta comitantur:eo quod genus medicamentorum cibo contrarium est·quod enī con coctum a natura accessit: id corporibus adhærescit: alimentumq; appellatur·quod autem conuinci : domariq; minime possit:sed uenas ingressum per excessum caliditatis·frigiditatis ue suæ perturbet:hoc naturam sane obtinet medicamenti·

44 Cur piper,si large sumatur:uesicā soluet:si parce aluū·e cōtrario·scamonea si large sumatur: aluū soluet:si parce:& quæ uetus ē:uesicā· An quia singula magis a singulis mouētur·piper enim magis urinam ciet:scamonea aluū·Itaq; si piper sumptū copiosius ē ad uesicā defertur:nec se in aluū diffundit·sed si exiguū ceperis:retentum id aluū soluet:atq; ita medicamentū eius existet·Scamonea uero quæ data copiosius est:retinetur,ut resoluatur:resoluta iam medicamentū efficitur:ob causam,quā superius ꝓposuimus at si exigua una cū epoto·humore ꝑ inuisibiles meatus inhibitur:ac celerius ante,quā ꝑturbet:in uesicā defertur:qua ꝓ sua facultate recremēta:colliquamētaq; residētia ꝑ summa abducit·Sed illa multa ut dictum est:ꝙ diu ex uiriū soliditate ꝑmāserit :large expurgat:sordesq; terrenas potissimum detrahit·

45 Cur in inflammationes easdem alij frigefaciendo sanent:alij calefaciendo concoquant·an ꝙ illis ꝑ refrigerationem:his per externum calorē caloris sui copiam colligere placet·

46 Cur mutari cataplasmata debeant·an ut plenius sentiatur·Solita enim ut ea: quæ uentriculo mandamus;non amplius medicamenta sunt: sed pro alimentis recipiuntur:sic etiam hæc fungi suo munere nequeunt·

47 Cur cibum imminuere:laborem augere salubre ē· an quia causam ægrotandi excrementorum habet nimietas:quæ tunc certe exultat:cum aut cibus supest: aut labor deest·

48 Cur medicamenta,& res amaræ:aut fœdi odoris magna ex parte purgare possint·an quoniā amara quæcunq;:maleq; olentia concoqui nequeunt: qua de causa medicamenta quoq; amara sunt:atq; fœtida.Quot enim concoctionē nullam sibi admittunt: mouereq; cum amaritudine possunt:hinc medicamēti sortiuntur naturam·Et si iusto plus data sint: periment·Quæ autem necant:etiam si exigua dētur:hæc non medicamēta:sed toxica esse dicimus· Ne illa quidem medicamenta uocamus:quæ nō sui generis qualitate purgare queant·Sunt eniȝ pleraq; in genere cibi:quæ si large sumantur:facere idem poterunt· ceu lac:oleum:mustum·Sed hæc omnia:ꝙ minus facile concoquuntur:iccirco purgāt:nec omnes:sed aliquos Sunt enim alijs alia concoctu facilia: difficilia ue· Quamobrē non eadem medicamento omnibus sunt: sed propria plerisq; comperiuntur·Deniq; medicamētum non solum concoctione immune: sed etiam motus efficiens esse debet:sicut & exercitandi ratio extrinsecus:aut intrinsecus accedens non nisi per motū alienam excernit materiam·

49 Cur odorata generata tam seminum,q̄ plantarū mouere urinam possint·An quia calida,concoctuque

facilia sunt: quo in genere ea collocamus: quæ citant urinam. horum enim uis insita calefaciendi breui extenuatur. odor quoque nullam corpulentiam gerit. Nam & ea, quæ odorem plenissime reddunt uelut allia: caliditate sua mouent urinam: uel potius uim obtinent tabefaciẽdi semina uero odorata calida esse certum est.

50 Cur impuris, tetrisq; ulceribus: siccis: acribus, acerbisq; medicamentis utendum sit. puris uero, & sanescentibus humida tantum imponantur. An ꝙ impuris detrahendum aliquid est: quod non nisi humor ẽ alienus: qui adimi debet. Genus autem medicamenti quod mordax: acre: acerbumq; est: id efficere potest: & siccum magis, quam humidũ. At quæ pura sunt cicatricem tantum desyderant.

51 Cur morbis: qui contrahuntur a pituita: libido immodica prosit. An ꝙ semen genitale excrementi cuiusdam detractio est. ideo naturam præ se fert pituitæ. Quod igitur multum pituitæ concubitus detrahit: iuuare iccirco potest.

52 Vtrum ergo inter initia mali, cibum afferre melius sit: an post. An inter initia: ne iam penitus debilitato febris occurset. Igitur uel extenuandum protinus; est: uel ita alendum: sorbitionibus primum recreandum. Hæ nanque mitiores: leniores: colliquabilioresq; sunt: & alimentum hinc capere infirmum corpus expeditius potest. Nihil enim cibum in uentriculo resolui, perferuereq; ante oportet: quod non nisi labore cubantis fieri potest.

53 Cur intuendum urinam, an concocta sit: nec ne: ꝑ fluuio intercepto mingendi potius: quam perpetuo. An ꝙ signum concoctionis urina exhibet rufa: quod

quidem melius intercepto profluuio deprehenditur. Genus enim quodque humoris suum colorem plenius ostendit: cum exiguum est: quam cum multum. nam in multo figuræ: in exiguo colores conspectiores sensui obuiant. Quod etiam in rore: sanguine: lachryma & palpebris adhærente patescet. Vrina igitur si continue dimittatur: copiosior redundabit: sin intercipiatur: index sui coloris certior erit. Quod si iam ex cõctione colorem traxit eiusmodi: talis profecto apparere etiam amplius potest. cum lumen se refringat: & tanquam speculum fiat propter intermissionem profluuij.

54 Quam ob causam corpus, cui secundam conciliamus ualetudinem: non densum: sed rarum reddendũ sit. An ut urbs, locusque quicunque salubris est: qui placide aspiratur: quapropter & mare quoque salubre est: ita etiam corpus, quod spiratius est: sanitati opportunius constat. aut enim nullum recrementum existet: aut quod extiterit: quam primum excernatur: danda opera est. corpusque est semper ita regendum: ut simulatque excrementum admisit: habeat qua parte illud excernat. sitque motui deditum: non quieti. Quod enim manet. putrescet modo aquæ immotæ: putrescens uero morbum committit: at quod excernitur: ante, quam uitietur: decedit. hoc igitur ut corpore denso nunquam contingit. Fit enim prope: ut in uisibilia foramina claudantur: sic raro. solutoque accedat necesse est. quamobrem in sole nudo corpore minime ambulandum est. Spissatur etenim caro, & cõcalescit: corpusque pte interiore humidius redditur: quantũ. n. humoris residet: aboletur: quãtũ intestinũ ẽ: manet itactũ. Qua rõne quoque

carnes assæ lixis humidiores sunt. Ne pectore quidē nudo ambulandum est. Ita enim uis solis corpis optimæ partis cōditæ adimet: quæ nulla egeat demptione: sed inferna potius, eam desyderant. Inde igitur: ut & remoto non nisi cū labore sudor educitur: hinc facile ob loci opportunitatem digeri potest.

55 Quam ob causam pternioribus: & ambustis frigore tam aqua frigida, quam calida prosit. An quoniam genus id uitij ex nimio humore consistit. frigida igitur humorem restringit: atque exasperat: calida in spiritum uertit: carnemq; elaxans. libertatem efflandi præbet spiritui.

56 Cur frigus pterniones: calor ambusta & facit, & tollit. an ꝗ eadem uis colliquefaciendo facit: ex siccando tollit.

67 Cur potio febrientibus sæpe, & paulatim subministrāda sit. an ꝗ potio multa præceps defertur: exigua lente incedens irrotat: medefacit, seseq; insinuat corpori. Sicut enim in humo si aqua large accesserit: perfluet: si paulatim uero, madefaciet tantū: ita etiā in febribus agit. Nam & aquas fluentes siquis paulatim deducit: alueus humorem totuʒ ebibit: sed si tādundem aquæ uniuersum dimiserit: scaturigo uelox usq; eo profluet: quo deducere libitum est. tum æger quiescere, immotusq; quoad maxime fieri potest: iacere debet. immotus inquam: ꝗ ignem quoque emarcescere certum est: ubi a nullo mouetur: ne aduersus flatui cubat: quoniam flatus excitat ignem: sollicitusque per auram ignis ex paruo magnus assurgit. obuelandus æger: operiendusque propterea est: quia si nullum igni concedatur spiraculum: extinguetur. Nec ueste q̄dē exui debet: donec isudare occepit.

Vt enim subiectum hunc ignem uisui: sic & delitescentem illum naturæ humor extinguit. Adde in genere febrium intermittentium balneum: & fomenta pedibus admonēda: & uestem pleniorem supponendam: & quietem agendam: quibus præparetur. ut corpus pquam calidum sit ante accessionem. Vbi enim multū supest ignis: lucerna nequit ardere. exiguum quippe ignem multus ille ad se trahit: ita fit: ut multum ignis in corpore pparandum sit: febris enim exiguum continet ignem: multusq; proinde ad se ducet exiguum.

58 Quartanis febribus rō uictus extenuanda nō est: sed ignem corpori interferendum: necnō exercitatione utendum. & qua die accessio instat: lauandum: somnumq; minime quærendum. hic uictus calefaciēs pdest: quia febris quartana imbecilla est. nam nisi imbecilla esset: quartana non fieret. Vides ne lucernam: ubi multus ignis pflagrat: suam asseruare flammulam minime posse: multus enim ille exiguū ad se rapit. ergo multum ignis accēdendum in corpore est: ut quod exiguum febris cōtinet: restinguatur. sit igitur uictus quottidiani ratio: quæ partim ignem: partim rorem indat in corpus.

59 Morborū alij ab igne: alij a rore creantur. curat morbos ignis ros: roris ignis. Hinc eni exiccat rorē.

Eorum: quæ ad sudorem ptinent. Sectio secūda: cuius quæstiones. XLII.

1 Vr neq; intento, neq; contento spiritu: sed potius relaxato sudor pueniat. An

c quoniam retentus spiritus uenas iplet. itaq; humorē exire non patitur. ut in

aqua fit uasis: quod in mare demissũ, dulcẽ intra se colligit humorem: clepsydraq; ob id nominatũ est. nequit enim effluere: cum quis pleno iam uase partem alteram obturauit: sed ubi per spiritus libertatem sudorem promere licuit. multus certe erumpit: quoniam eoipso retentu: copia humoris paulatim collecta est.

2 Cur membra aquæ immersa calidæ non sudent: etiam si ex seipsa recalescant. An q aqua liquescere nõ sinit: sudor aũt res uitiose adiuncta corpori est: ut qui per calorem excerni debeat.

3 Cur sudor salsus sit. An quia motu efficitur: & calore secernẽte quãtum alienũ p adhærentiam: intimationemq; inest in alimento ad sanguinem: carnesq;. id enim ocyssime segregatur: quoniam nec aptum nutritioni est: & foras demum euanescit. salsus uero ppter id est; q pars quidem dulcissima: leuissimaq; tota ad corpus nutriendum assumpta est. Pars autem alienissima: crudissimaq; tantũ absoluitur: quæ partim deorsum collapsa: & subsidens urina uocatur: partim in corporis summa emergens: sudor est. ambo tamen salsa ob eandem causam prodeũt.

4 Cur magis parte superiore corporis: quam inferiore sudemus. Vtrum quoniam calor sursum tendit: superque manet. propterea humorem secum trahere potest. an quoniam sudorem spiritus moueat: qui sedem habet superiorem: an quia sudor non nisi humor est incoctus. quo certe humore pars humet superior, habitus etenim corporis supra potius innotescit.

5 Quam ob causam cum manus exercitamus: sudor maxime oriatur: modo cæteræ corporis partes

positum suum seruent. An quoniam robur huic præcipue loco inditum est. hoc enim spiritum continemus: qui parti robustissimæ proximus est. dum uero laboramus: uires augemus. his auctis magis spiritum continemus. Tum etiam cum hac perfricamur parte: magis, quam cum alia: laboramus. spiritu nanq; retento: simul & perfricamus: & perfricamur: dum ita exercemur.

6 Cur sudor capitis aut nullum reddat malum odorem: aut minus, quam reliqui corporis. An quia locus capitis opportunus spirationibus est: & quidẽ laxum se ipse demonstrat argumento exoriendi capilli. Loca autẽ: & quæ in locis tenentur: grauiter olent: si spirandi careant libertate.

7 Quã ob causam: qui se lucta exercẽt: si iterposita aliquãtisper quiete luctẽtur: magis sudabũt: quã si cõtinuæ. An quoniam humor data requie sese colligit: quẽ deinde luctandi exercitatio educit. Cõtinua uero illa modo solis corpora assiccare potest.

8 Cur magis sudamus: cũ nõ longo interposito tp̃e sudor euocatur. An quia non humor tantũ causa est: ut sudemus: sed foraminũ quoq; abditorũ aptio: & corporis raritas: atq; solutio. His igitur: qui diu sudãdi itermiserint usum: foraminũ iter clauditur: at ijs: qui crebro utũtur patefactum semp̃ habetur.

9 Quare cum sol nuda magis: quam induta calefaciat corp̃a: induta magis sudare soleant. Vtrũ q̃a sol corp̃is deurẽdo: foramina comprimat: an q̃a uapores exiccet: quæ minus possunt accidere indutis.

10 Cur facies maxime sudet. An quia quæ laxa: humida: solutaque maxime sunt: hæc sudori se peruia exhibẽt. caput aũt fons esse humoris uidetur. &

quidem pilorum lasciuia sedem hanc ꝓpter humoris copiam possidet. locusq; idem rarus: gracilentusque est. igitur secundum naturam transitus agitur sudoris.

11 Cur igne neq; uniuerso: neq; per diminutionẽ oblato: sed per incrementa continua magis sudamus. Qui enim in caldarijs ita se calefaciunt: magis sudant: quam si protinus tantundem ignis admiserint. An eo quod se modice habeat: agat unũquodque. ergo si tantum agit: plus si fuerit non aget. An potius e diuerso, quoniam scilicet eo rem quanque efficiat: ꝙ se modice habeat. hac igitur de causa nihilo plus sudamus: ubi plus additum sit. Sed quoniam modi singuli singulis respondent quodque iam egerit: non amplius agit. hinc fit: ut modo aucto magis sudemus. neque enim quod præcidit ad singula: & præparat: ut res subdita apta sit: idem potest etiam opus efficere: sed aliud hoc fungatur officio necesse est. Parum itaque potius: quam multuꝫ caloris præcessit: præparauitq; corpus ad sudandũ: sed ad efficiendum alio certe: amplioriq; modo opus est. hoc enim effici ab eo non potest: quod prius agebat: sed aliud post desyderetur: quod modum obtinaat conuenientem.

12 Cur detergenti magis profluit sudor: quam residere sinenti. Vtrum quoniam refrigerari extrinsecus contingat. An ꝙ sudor exterior uelut operculum foraminibus adhæreat corporis. ita, ne interior seꝓmere possit.

13 Qua de causa ruta: & nõnulla pigmenta sudores fœtidos moueant. An quia quorum odor grauitatem præ se fert. hæc humoribus sordidis admista fœ

dum mouere odorem possunt.

14 Cur tergo magis: quam priore parte sudamus. An quod in parte priore locus sane intus habetur: in quem humor deducitur: quod in posteriore nō est: sed foras ibi excernatur necesse est. hoc idem etiam facit: ut uentre minus, quam pectore sudemus. addo quod sudorem terga magis seruare possunt. & posterior pars magis: quam prior. quoniam prior magis, quam posterior refrigeratur: quod etiā causæ est: ut alæ citissime: atque maxime ualeant resudare: uidelicet quia minime refrigerantur. ad hæc posterior carnulentior pars est: quam prior: & proinde humidior. Causam uero, cur humidior sit: medulla habet: quæ per spinam tendens multum humiditatis afferre possit.

15 Cur ea parte qua iacemus: sudare non possumus. An quoniam pars, qua tangimus, cum plus, quā modicum sit: incalescens prohibet: ne permeet sudor: resiccat enim: atque absumit item comprimi eam partem sic euenit. hæc uero sanguinē compressa diffundit: quo diffuso satis refrigeratur. argumēto sane torpor est: quippe qui non nisi frigoris iniuria fiat: atque effici uel afflictu: uel ictu soleat.

16 Quare qui dormiunt magis sudant. An circūobsistendi ratione euenit. Calor enim pte interna collectus potest expellere humorem.

17 Cur facie maxime sudemus: cum in ea minimū carnis sit. an quod expeditius illa sudare possunt: quæ humida: laxaque sunt. caput autem tale est. continet enim suam plurimam humiditatem: quod utique uenarū rōne patescit: quæ hinc ptendunt. Distillationes quoque ex capite oriuntur: & cerebrum humidū

est:& foramina ꝑmulta in capite habentur: quæ tam multa esse:ac foras usq; ꝓtendere:capillorũ indicio cõstat·igitur sudor nõ a ꝑtibus imis:sed de capite oritur·Vnde etiã fit:ut primũ:& maxime fronte sudemus·Prima enim frons subdita est·

18 Qua de causa:qui sudãt:si uel aqua:uel flatu refrigescant:nauseant·Vtrũ quoniã humor:qui ex fluxu cõtinuo minime quiescere possit:hic refrigescens in ꝑte priore uniuersus cõstiterit·An ꝙ spiritus:qui foras uersus ꝓueniens in sudorem ob frigoris occursum cõuertitur:hic intus ante frigescens:quã exeat:transeat in humorem:atq; in eam partem incũbens nauseam moueat·

19 Cur in capite:pedibusq; icalescẽtibus sudores maxime excitantur·An quoniã humorem ad se membra incalescentia trahunt·humor aũt ꝑtem:qua absumatur:nullam habet:cum ea loca ossibus scateant:itaq; ut excidat foras:necesse est·

20 Quare qui laborant: ubi a labore destiterint:sudare incipiunt· Nam si labor causa est: cum laborant: sudare debent· utrum quod inter laborandũ uenæ spiritu inflatæ comprimi foramina cogãt:data uero quiete laxæ consideant:itaque per ampliora iam facta foramina expeditius humor peruadat·An quoniam cum laboratur:spiritum ex cohærente humore motus secernit:& calore: qui a motu excitatur:humor in spiritum per summa corporis extenuatur:cum uero a labore cessatum est: simul & calor desinit: & ex spiritu spissescente humor:qui sudor appellatur:consistit·

21 Vtrum per æstatem potius:an per hyemẽ sudor mouendus sit· An tunc opportune sudatur: cum

humidiora corpa sunt: neglectaq; difficiliora reddũtur: igitur p hyemem potius cõuenit. An magna p id tempus mutatio sit: nec excrementa cõcoqui possint: cum cœlum cõtra naturam frigeat. igitur per æstatẽ potius mouendum. quippe cum humores p æstatem potius oẽs putrescere soleant: quapropter exhaurien dum tunc est: ut etiam ueteres omnes autores hac ea dem de causa censent.

22 Quare cum corpus assidue fluat: effluxusq; ipse de excrementis proueniat: corpus leuari non possit: nisi sudauerit: an quia minus excernitur: quam satis sit. Cum enim ex humore mutatur in aerem: plus de minori existat: necesse est. Humor enim quicunque: copiosius: tum se discernit: redundat: diutiusque ob eam rem profecto excernitur. Lenta item, glutinosaque excrementa: ut cum humore propter mistionem excerni possunt: ita cum spiritu nequeunt: quæ quidem res maxime officere potest. Hinc etiam uomitus magis: quam sudores corpora leuãt. quoniam ea ipsa excrementa educunt: ut qui crassiores: corpulentioresque sint: utque cum carni quidem proculis locus sit: qui lentam illam: glutinosamq; materiam continet. itaq; non sine magno ne gocio dimouendi datur facultas. Ventri autem e uicino est. aut enim in eo consistit: aut prope: quo fit: ut difficile queant aliter educi.

23 Cur minus inter laborandum sudamus: quam cum relaxati labore quiescimus. An quoniam cum facimus: laboramus: cum fecimus: laborauimus: igitur plus tunc ratione excernitur. Alterũ enĩ fieri est alterum esse. An quia cũ laboramus: carnis foramina retento spiritu obserantur. Cum autem relaxa-

uimus:aperiuntur·quo fit etiam:ut ſpiritu retento minus ſudare poſſimus·

4 Quãobrem in non currendo: agitandoq; corpus: ſed poſtea:quam ceſſatum eſt:plus ſudoris euadat· An riuus quemadmodum manu·uel aliquo fluẽs undiq; aqua obſtruſa ſe colligit:relaxataq; demum copioſior profluit:quam ante:ſic etiam inhiberi eadẽ a ſpiritu poteſt·ut in uaſe,cui nomen clepſydra:atque etiam in ueſica· Coercetur enim:detineturq; intus humor a ſpiritu·pari igitur ratione cum corpora motu uehementiori citantur: ſpiritus intus circũuenitur:coerceturq;·itaq; uenæ etiam diſtẽduntur:ac intumeſcunt:cum humor ſe educere nequeat·Quod cũ uniuerſus coerceatur:ſpiritu poſt relaxato,uniuerſus erumpat neceſſe eſt·

25 Cur ſiquis cum biberit:cibum ſumat:minus ſudet·An quoniam cibus ingeſtus humorem attrahit quaſi ſpongia·Eſt enim non parum rei impetum retorſiſſe · quod uel fluentorum conſtat argumẽto·ita enim cibo quoq; ingeſto meatus apprehendiſſe·plurimum ualet·

26 Cur trepidantes pedibus ſudamus,non facie·Rationabilius ènim tunc pedibus quoq; ſudetur:cũ corpore toto ſudamus · locus hic enim frigidiſſimus eſt quamobrem pedes minime ſolent ſudare·& quidẽ medici in aduerſis ualetudinibus pedes,potiſſimum operiendos p̃cipiunt·quoniam frigus hi quam faciliime ſentiunt·itaq; rigoris initium reliquo etiã corpori expedire committunt·An ꝙ trepidatio non caloris de ſummis locis ad ima tranſitio eſt:ut accidit in metu:ex quo alui etiam metuentium ſæpe fundũtur:ſed eius incrementum potius caloris accedit : ut

in ira·quippe cum ira feruor cordi suffusi sanguinis sit:& trepidans ipse non metu,refrigerationeq; sit ita affectus:sed membri ipsius affectione·

27 Cur ij dē facie non sudant:sed erubescunt:an quoniam amplius incalescunt·itaq; facieȝ calor assiccat errans per summa·pedum tamen humorem ꝑpterea liquefacit:ꝙ ut minor est:quam ut exiccet: sic maior insito,præconditoq; calore naturali est : ut sudorem ciere possit·

28 Cur dormientes quam uigilantes sudare magis solemus·An ꝙ sudoris origo intrinsecus est:interna autem calidiora habemus:ergo calor intimus humoreȝ diffundens intimuȝ,educit·An humoris aliquid semper a corpore effluit:sed latet:quia nihil solidum est cui humor occurrens se colligat·Argumentuȝ cur ita sit:ꝙ partes cauiores assidue sudant·

29 Cur in caldarijs tum magis sudamus:cum tempus frigidum est·An quoniam:calor propter frigoris obsistentiam foras euadere non potest·arcetur enim·uerum intus se peruoluens:ac insidens,humorem soluit interiorem:sudoremq; ex eo producit·

30 Cur sudor utilior est:qui corpore nudo currenti ꝑdierit:etiam si minor sit:quam qui sub ueste se prompserit·An ꝙ laborasse quā non laborasse,melius esse perpetuum est:& sudor uero,quē labor præstiterit eo melior est:qui sine labore prouenisset:& qui maiori cum labore melior:quam qui cum minori: maiori aūt cuȝ labore is est:qui nudo corpore currenti ꝑdierit·Nam nisi admodum cursum intenderit: sudare non poterit:qui nudus est· Vestitus contra: celeriter sudat:etiā si parū se concitarit:ꝑpter uestis teporē·et uero coloratiores reddūtur:q nudi cursuȝ æstiuo

tempore agitant: quam qui cum ueste: quia ut omnes qui loca libera, aspiratioraque incolunt, melius colorantur: quam qui impedita, & silentia tenent. sic etiam seipse quisque toleratior est: cum ueluti spiritui afflanti placide patet: quam cum perstrictus, obductusque a calore nimio angitur. quod certe ijs accidit magis: quam uestiti percurrunt. Hinc etiam fit: ut qui nimis dormiunt: minus colore hilarentur: quam qui se modice somno recreant. Nam dormiens quoque ipse astringitur: & propemodum strangulatur.

31 Cur pedes in trepidatione sudant. & non facies: cum in muneribus uitæ omnibus, ut facie maxime: sic pedibus minime sudemus. An quia trepidatio metus quidam super re inchoanda est: metus autem refrigeratio partis superioris est. Quamobrem facie quoque pallent: qui trepidant: pedibus item sollicitantur: & palpitant. sic enim trepidantes homines faciunt: seseque quodam modo exercent: quapropter ea ratione, parte sudare solent: qua laborant. manus etiam assolent perfricare: & se modo inflectunt: modo extendunt. etiam sæpe exiliunt: neque etiam unquam quiescunt. sunt enim exciti: propensique ad negocium: quoniam calor eorum se collegerit in pectoris loco: qui corpulentior est. quamobrem undique cum eo ipso calore tum sanguine turgescente efficitur: ut motu uario, crebroque agitentur. Sed pedibus maxime insudant: quoniam pedes perpetuo tenentur labore: cum cæteræ corporis partes quietem aliquam: consequi per situs mutationem: motionisque possint.

32 Cur in caldarijs igne neque uniuerso: neque decrescente assiduo: sed per incrementa continua oblato magis sudatur. Plus enim ita educitur sudoris. quam

si principio statim ignis tantundem affuerit· An ꝙ principio multum ignis adhibitum, carnem, cutéq; summam ficciorem occupans urit:atq; in modum te stæ indurat:quæ cum talis reddita sit:sudorem arcet obtruditq;·Parum autem contra carne3 relaxans ra refacit.sensimq; intestinum humorem excitat·ut se= cerni,educiq; possit·Carne autem rara plus ignis ad bibitum,& corporis ima facile subiens,humores id inde præmollitos in uaporem conuertit:partesq; eo= rum prætenues secernens educit cum spiritu·

33 *Vtrum per æstatem potius,an per hyemem su dor mouendus sit· An hyeme calor intus se contra= hens concoquit:extenuatq; in spiritum humores in= teriores:ꝙ cum omnes:aut certe maxima pars consu matur:nullam sui excretionem admonent faciendã· At in æstate cum per raram,solutamq; carnem ca= lor euadat:humores minus concoqui possunt intesti ni:qua de causa exhauriendum omnino est: quonia3 si permanserint:temporis eius qualitate putrescent: morbosque contrahent·Putrescit enim quoque exter no calore·nam ut suo quodque calore concoquitur:sic externo putrescit·igitur per æstatem externus præua let calor:ex quo fit:ut quæuis in æstate putredinem sentiant:per hyemem uero,quia calor suus ille,ac do mesticus dominatur:hinc tempus hoc minime crea= re putredinem potest·*

34 *Quam ob causam cum sudor calore, uel interno, uel externo fieri soleat:uenit ut horror nonnullus su doribus possit excitari·An quoniam sudor,qui ex ca lore prodit interno:se scilicet de loco amplo in breuẽ (corporis dico ambitum)contrahente:primũ caloris meatus:& circuitus patescit:deide horror carne ia3*

madefacta ex toto, caloreq; exeunte citatur. Calor aũt, qui extrinsecus mouet primum summa corporis aperit: rarefacitq;: tum calor naturæ internus profluens excitare horrorem potest.

35 Cur calidi sudores frigidis meliores habentur. An ꝙ omnis sudor excrementi cuiusdam secretio est: parum autem excrementi amplius incalescere consentaneum est. plus autẽ non æquæ: sed minus. itaq; sudor frigidus excrementi multi indicium esse potest. quocirca morbos quoq; is facit longiores.

36 Cur minus ad ignem multum sudamus: cum tamẽ pro calore sudor omnis moueri soleat. An quoniam humor: aut corpore uehementer calente in spiritum dissoluitur humidum: aut cum prouenerit: adeo cito calore nimio exiccatur: ut sensus sudoris multi eripi possit.

37 Cur ad solem acrius calefacientem corpora: quæ nullo indumento teguntur: nihil pene sudãt: quæ autem satis ueste intecta sunt: copiosissime sudant: eandem de hoc etiam, quam de superiori: causam reddendam censemus.

38 Quam ob causam cũ motus acuti magis: hebetes minus calefacere posse uideantur: ingressus tamen ꝑ accliuia: qui hebetiores sunt: magis mouent sudorem prosistuntq; spiritum: quasi amplius calefaciãt: quã decliues. An ꝙ graui cuiq;, ut ferri deorsum secundũ naturam est: sic ferri sursum contra naturaẽ est. itaque caloris natura, quæ nostra prouehit corpora: ut nihil per decliue laborat: sic per accliue pressa onere nititur: acriusque ob eiusmodi motum incalescit: & sudorem mouet: & spiritum prosistit. Quinetiam corporis uarius inflexus non nihil afferre causæ po-

test:ut directa spirandi reciprocatio auferatur.

39 Qua de causa cum sudor moueri soleat:quo magis quis sese operuerit:non ij sudant:qui uestez plurimā admiserunt. Eadem etiam de hoc ratio:quæ prius red denda est.

40 Quam ob causam cum corpora sicciora magis p æstatem:quam hyberno tempore sint: sudori magis in æstate pateamus. An ꝙ per æstatem propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur:humoresq; proinde resoluere in spiritū potest: p hyemem autem parte exteriori densata corporum calor frequens naturæ coercitus humorem minime in spiritum resolui patitur. adhæc æstate humoris multum haurimus. Hyeme autem e contrario agitur.

41 Cur sudores,qui corpori bene ualenti sponte prouenerint:ijs deteriores habentur: quos labores citarint. An ꝙ labores excrescentem humorem exhauriētes carnem efficiunt sicciorem:ut cauernæ foraminū sanitati sint opportunæ: & per caloris transmissionez fieri nulla possit obseptio:siue opilatio. Sudores autem spontiui appellati:qui ex necessitate oriuntur cum scilicet foraminibus naturæ ab imodico humore confusis calor non omnino occupatur:ac uincitur: sed repugnare adhuc,extrudereque humorem potest: hi recte pro signis morbi habentur futuri. Nam etiam calor ipse a largiori humore:quā qui modicus secundum naturam sit:hebetatur: & caro plene madescens pessimum ad secundam ualetudinem concipit habitum.

72 Cur tempore hyberno minus oriuntur sudores: nec nos per id tempus sudanduz æque censemus: quā uis corpora humidiora tum constent. An minus

ſudamus: quoniam humores per hyemẽ concreti, co actiq; ſunt uehementer. quare minus diſſolui tũ queunt. ſudandum autem minime per hyemẽ cenſemus quia corporis eiuſmodi diſpoſitio ſalubris eſt: qui autem mouet ſudorem labefactat, confunditq; habitũ corporis, atq; etiam laxiorem: quam conueniat eundem habitum reddens ſimul & intimũ calorẽ educit: diminuitq; ut non æque gelido cœlo poſſit reſiſtere: & humor externus expeditius ſe corporibus inſerit: cum laxiora iam foramina propter ſudationẽ habeantur.

Eorum, quæ ad uini potum: & uinolentiam ptinent: Sectio tertia: cuius quæſtiones. xxxiiij.

1 Quam ob cauſam uinum cũ calidum ſit uinolenti non calent: ſed frigent: & dolore laterũ: cæteriſque huiuſmodi uitiis excipiuntur. An q multum humoris cum refrigeratum eſt: multum frigoris concipit ita: ut calorẽ ſuperet naturalem. Fit etenim ſimile intrinſecus carni: ut ſi ueſtis. nimio madefacta humore: rigorem ꝑinde acrius frigoris admittat.

2 Qua de cauſa non qui uehementer: ſed qui leuiter ſe ebriauerunt. delirant. An q neque tam parum biberunt: ut ſimiles ſobrijs ſint: neque adeo multum ut ſoluantur: & langueant. quo modo efficiuntur: qui multũ hauſerint. adde q ſobrij ratione iudicant penitus: temulenti ne tentant quidem aliquid iudicare leuiter ebriati iudicant: quoniam quidem uino non penitus detinentur: ſed praue id faciunt: quia ſobrij non ſunt. quo fit ut mox & contempnant alios: & contempni ab alijs ſeipſi exiſtiment.

3 Cur magis crapulam sentiunt: qui dilutiusculum bibunt: quam qui merum ex toto. Vtrum suæ tenuitatis causa uinum temperatum expeditius loca plura, angustioraqꝫ subeat: temperatum autem minus facere id possit. itaque difficilius educi potest: quod dilutum est. An ꝙ merũ minus bibitur: ut pote quod multum bibi non possit: magisqꝫ uomitu reijcitur. Ad hæc merum: ut cætera concoquit: quia calidius est: ita etiam seipsum consumit: diluto autem illo e contrario agitur.

4 Cur semen genitale ebriosoruꝫ magna ex parte infœcundum. an ꝙ habitus corporis eorum præhumidus est: semen autem non quod humidum. sed quod constat: crassumqꝫ est: hoc uim obtinet procreandi.

5 Cur ebriosi tremunt: & eo magis, quo liberalius merum hauserint. absurdum enim id esse uideri potest: quandoquidem uinum calefaciendi uim habeat: & tremor ex frigore præcipue soleat prouenire Ita qꝫ qui rigent maxime tremunt. sed tamen multi cum mero tantum cibi gratia uterentur tremores uehemētes adeo exceperũt: ut hoĩes ꝑmētes reijcerēt: et aqua ꝑfusi calida, nihil sentirēt. an q̄d tremor tũ oritur: cũ corpus admodũ friget. s. aut calore intus circũsistēte ob externi frigoris uiolentiã: ut hyberno tꝑe fit: aut naturali calore extincto: quod fieri solet uel qualitate cõtraria: uel ætate: uel senectute, uel externi caloris excessu: quod ijs sane accidit: q̃ ui solis: aut ignis deurũtur. igitur ijs etiã idē obuenit: q̃ mero abutuntur. uinũ enim califica sua facultate amplificata plus, q̃ uires corporis patiãtur: calorē ꝓpriũ corporis se ꝑmiscēs extinguit: quo extincto, refrigeratoqꝫ corꝑe accidit: ut tremores oriãtur: q̃ netiã ꝑter oēs refrigerãdi

modos:quos præposuimus:ille quoq; notatur:ut de=
leta materia,qua quisq; calor sustentatur:& alitur
calor etiam ipse deleatur:quod lucerna inter res iani
matas demonstrat·quippe quæ dempto oleo, lumen
amittere cogatur·Senectus uero in animatoru3 gene=
re illud idem efficit:& morbus longus diutino con
sumptu corpus in tabem redigens·alimento nanque
deleto,uel extenuato caloris euenit:ut calor etia3 ip=
se deficiat·Calor enim humore alitur:non tamē quo
libet humore,sed leni,& copioso.quamobrem tum
ijs,qui a prædictis tenentur uitijs:tum ætate profe=
ctis:exolescente,alterascenteq; tali humoris genere·
(fit enim pro leni,& pingui:acre, & siccum)eue=
nit:ut calor ipse deficiat·patent hæc argumento au=
xiliorum:quæ ijs impendimus:qui ob marcorem e ui
ta abeunt:fit enim:ut eorum uirtus uitietur:cu3 ali=
quid nutrientis humoris instillatum est:utpote cum
eiusmodi humoris defectu,resolutio illa eueniat·me=
ro igitur hominibus deditis causæ id esse uidetur·
Vinum etenim calidum corporis caliditati naturali
coniunctum efficacius porro,quæ calor proprius sibi
subdita pro alimento obtinet:consumit·Vnde fit: ut
alios ex his aqua intercus premat:alios fluctio :alios
alia deiectio:& pleraq; alia uitia eiusdē alui exerce
ant·nā & reliq̄ humores acerbi,ineptiq; remanent:
& q̄ liquidi extrinsecus aduenerūt:crassari ob ībē=
cillitatē caloris ꝓprij nequeunt·Calor aūt ipse ibe=
cillis ꝓpterea manet:quoniā materia,qua contineri
adhuc potest:imbecilla est:quo modo ignis,quē arū=
do reddiderit·hic enim propter materiæ imbecillita=
tem infirmior est:quam qui a ligno præstatur·

6 Cur uinolenti cum uinum calidu3 sit:rigere tamē

solent: citissimeq; laterum dolore: cæterisq; huiusce-modi uitijs excipiuntur. An ꝙ multum humidũ cũ refrigeratum est: in multum frigidum se conuertit ita, ut calorem superet naturalem: quæ autem sunt humidiora: eadeꝫ omnia naturæ calidiora occurrũt. Argumẽtum, ꝙ rebus externis calescimus: non humescimus. Verum si minus calida, quam humida sint: accedet ꝑfecto: ut suam caliditatem potius, quã humiditatem amittant. humore igitur frigido remanẽte: non sine causa uinolenti amplius rigent: & uitijs rigoris ꝓprijs patiuntur.

7 Cur pueri. cum natura sint calida: uinosi nõ sint: cum scythas, & uiros robustos, qui certe oẽs habitu sunt calidiori: cõstat esse uinosos. An ꝙ uiri nõ calidi solum: sed etiam sicci sunt. uirilis etenim habitus talis est: pueri calidi sunt: & humidi. Vinositas autem humoris cuiusdam libido est: itaq; humiditas facit: ut pueri minus sitiant. Cupiditas quippe non nisi indigentia siue desyderium quoddam est.

8 Cur temulẽti aquas salsas: uitiosasq; magis sentimus: sobrij minus. An ꝙ suũ quodq; a suo nihil afficitur: simileq; indomitum a suo simplici ꝑsistit. Contraria uero a contrarijs potius sentiuntur. Vinolentus itaq;. ꝙ dulces intra se cõtinet humores: (nam uini naturam talem esse uidemus) hinc uitiosi saporis sentiens magis est. Sobrius autem, ꝙ acres: salsoque habet: saporẽ eũdem ꝑcipere non põt. Admisso itaq; cibo excremẽtitij redundant illi: & fluitant. ut & ipsi a suis similibus affici nequeant: & hominẽ sensus huiuscemodi reddant expertem.

9 Cur grauiter a uino detentis omnia circunferri uideantur. iamq; inter initia ebrietatis res semotas

cernere nequeunt:itaq; indicium hinc uinolentiæ nõ nulli deducunt. An quia conspectus frequenter a calore uini compellitur:atq; commouetur. Nihil uero interest conspectus moueatur: an res conspectui obuia. Fit enim ratione utralibet: ut id, quod modo dixi: uideatur. Et cum propinquis etiam in rebus conspectum uinolentorũ falli eueniat:multo magis idẽ in remotis accidat: consentaneum est. quamobrem illas uidere penitus nequeunt: propinquas autẽ aspicere quidem possunt: sed non quo sunt posita loco. circunferri autem tantum: non etiam prope, proculque uicissim agitari uidentur: quoniam procul ob circularem mouendi rationeʒ conspectus nequeat progredi. haud enim facile est contraria simul agitari. Appetitio autem, quæ profluit ad elongatiora: uehementior est. circularis uero, figura: quam nomen ipsum declarat:continetur. Prope igitur ac procul uicissim conspectus deferri ea de causa nõ potest: & si ita feratur:rem tamen eandem contingere nõ queat. Quippe qui uice alterutra temporis eodem in loco rem: quam intuetur relinquat: cumque reliquerit: intueri non possit: circulo autem suæ figure causa uidetur. Est etenim conus: cuius basis circulus est: in quo se agitans ipse conspectus. rem quidem percipit eandem: quia nunquam sibi rem subiectam deserit. Fallitur tamen in loco: quia non eodem intuitu rem contingit. nihil enim interest: utrum res ad aspectum: an ad rem aspectus moueatur.

10 Cur uinolentis res una plures interdum esse uideatur. An quia(ut dictũ est)iã aspectus cũ commoueatur:euenit:ut nullo tpe idem uisus in eodẽ quie-

ſcat. Q̃d autẽ eodem tp̃e uarie cernitur: id ſerius occurriſſe uideri põt. Q̃d enim cernitur: nõ niſi cõſpectus tactione ſentitur. Fieri aũt nõ põt: ut idẽ pluribus ſimul attingatur: q̃d cũ nullũ ſenſum admittat: id tẽpus: q̃d interpoſitũ tẽpori diſtinguat: quo rẽ cõſpectus attingit: & quo repetit: efficitur hinc: ut tẽpus unũ eſſe uideatur: quo attingitur: quoq; repetitur. itaq; cum plures aſpectus rem eandem attingãt eodem tempore: plura eſſe uidetur: quod unum conſpectui ſubiacet. quoniam fieri non poteſt: ut res eadem modo eodem attingatur.

11 Cur uinolẽti cõcũbere nequeãt. An quoniã ps quędã magis caleat: quã reliquũ corpus opʒ: q̃d in his fieri nõ põt ob nimiũ totius corpis feruorẽ. extinguitur eni calor motionis internæ obtẽtu caloris occupãtis: quoniã multũ in his ineſt: q̃d humidũ: crudũq; efficiat. Ad hæc ſemẽ a cibo pficiſci neceſſe eſt. cibus autem oĩs cõcoquitur: quo ſatiati ad uenerẽ plane icitamur. unde hac de re pleriq; prandere large: cœnare parce pcipiũt: ut cruda inſint: quã cõcocta, pauciora.

12 Cur ſiquis uinũ dulce: ac merũ: aut cyceonẽ inter potãdũ hauſerit: ſobrius pſiſtere poſſit: & cur minus ebriãtur: qui calice amplo: fœcũdoq; hauriunt. An omnium eadem illa ratio eſt: q̃ ſupficialis calor ita ſupprimitur. Vinolentia eniʒ tum oritur: cum calor ſedem capitis totam occupauit.

13 Q uã ob cauſam cum uinum dulce aptum ſit fluitare: ſiquis temulentus dulce ſuper admiſit: hauſtum uinũ concoquitur: minuſq; infeſtat. an quia uinũ dulce lene, ac lentum eſt. itaque foramina obfarcit: atq; interſepit: auſterum contra: exaſperans: rigidum eſt. facilem item aſcenſum calori hoc præſtat. Dulce

autem obstrusu foraminũ calorem arcet:ac inhibet. Vinolẽtiam uero pte concalefacta superna oriri dictum iam est. Addo etiam:ꝙ uinum dulce inodorum austerum autem odorum est. odor autẽ omnis caput tentat:& ingrauat.

14 Cur a uino diluto meracius tamẽ caput postridie magis dolemus:quã ex mero. An merum q̃a crassius est:foramina capitis angusta subire ipsum non põt: sed uim suã:atq; odorẽ:& calorẽ tantũ trãsmittit. dilutum autem illud:quoniã p aquæ admistionẽ tenuius factũ est:facile ipsuʒ subit:ac penetrat:cum tamen ptem corpulentiæ:facultatisq; meri nõ mediocrẽ adhuc retineat:cõcoctu difficilius est. nam & humida:oĩum difficillima concoqui & corpora longe puicaciora:q̃ facultates eorũ psistere nouimus.

15 Cur inexercitati magis:quã exercitati ad uinolẽtiã usq; potare:& uino facilius solui possint. An quoniã qui excrementa:humores que in se continent urinã copiose pfundunt. Quod facit: ut plus bibi: & leuari facilius possit:quoniam non multũ uinosi humoris in uentre remaneat. Atqui inexercitati humidi sunt:excrementis que redundat. exercitati contra:sicci:siticulosique:ut uini humor sese totum insinuare corporibus possit. statim igitur hic uini impetus urinã retractat:& post humor hic in corpe insidens grauitatem creare nimirum potest.

16 Cur uinum alios retardos:alios superbos reddit: atq; insanibundos. contrario enim affectu id agitur: quãdoquidem alteri magis:alteri minus inducãtur. An(ut Chæremon ait)uinum sese pro moribus utentiũ applicat:cõtraria igitur reddit. nõ quæ eadẽ: sed quæ sunt dissimilia:ut ignis alia excitat:alia hume-

facit: sed non eadem. & quidem glaciem liquefacit salem indurat. nam & uinum: ut quod suapte natura humidum sit: homines tardiores incendit: redditque mobiliores. contra mobiliores dissoluit, atque retardat. Vnde plerosq; melancholicos penitus resolui labique in crapulis nouimus. ut enim balneum corpora pstricta: duraq; relaxat: agilioraque facit: humida uero: & mobilia dissoluit: atque infirmat: sic uinum quasi interna hominis diluens ita afficere potest.

17 *Quid est: cur brassica sedet crapulã. An q̃ succũ dulcem: discutiẽtemq; obtinet. Vnde medici eã aluo infundunt. frigida autem ipsa est. Argumẽtum q̃ ad alui uehemẽtes deiectiones medici ea utũtur: excocta in plenũ: & suo callo purgata: refrigerataq;. Fit igitur detẽtis a crapula: ut eius succus humores in aluũ detrahat: qui uinosi: crudiq; tenentur: & ipsa supra in uẽtriculo remanens corpus refrigeret. quo fit: ut tenues humores ad uesicã labãtur: q̃ cũ humor utrinq; educatur: corpusque refrigeretur: recte liberari a crapula possint. Vinũ enim: humidũ: atq; calidũ est. euenit adhæc: ut cũ humores deorsũ se trahunt: atq; excernunt: flatum etiã secũ deducant: qui si p uinum liceat: in caput se efferens grauitatẽ creat: & crapulam: sin autem deorsum se uertit: corpusq; ob causã pdictam refrigeratum est: dolor crapulæ omnis tollitur. Est enĩ crapula feruor qdã: & desinens inflãmatio: quæ plus cõflictat: quã temulentia: q̃ mentẽ illa quatit: & alienat: crapula aũt mẽte sibi cõstãte: dolorem admouet: ut etiam qui febre urgente ludũt potius: quam dolent. ijdem ubi leuati malo fuere: atque ad se rediere: indolere occipiunt.* Hoc enim idem in

crapula quoq;: & in temulẽtia euenire solitum est.

18 Cur uinũ dilutius tẽperatũ uomitũ magis: q̃ merũ: q̃ aqua ꝓuocat. an ꝙ ea maxie uomitũ mouẽt: quæ inatare solita: quæq; insuauia fastidiosaq; sunt. uinũ aũt reprimẽdi uim obtinet. aqua tenuis: nec insuauis est: ꝙ igitur tenuis est: cito ꝓ sui tenuitate descẽdit: ꝙ nõ insuauis: stomachum nõ ꝑturbat. Vinum autez nimis dilutũ nec ita tenue est: ut ꝑfluere possit celeriter: & fastidiosum est: ꝙ parum obtinet uini. sensum enĩ cõturbat: quia plures motus in eo excitat. s. quem uinum: quemq; aqua efficere põt. ambo enim sentiri queunt. quod aũt fuerit modice temperatum: id sensum penitus aquæ tollit: uiniq; mollis: deliniẽtisq; sensum accommodat: ex quo suauiter bibi põt. sed cum uinum immodice dilutum: ita insuaue est: tum innatare, redundareq; solet. quod autẽ tale est: uomitum id facile ciet.

19 Cur uinolenti aquas salsas: & uitiosas: melius, q̃ sobrij sentire possumus. An quoniaz dura, & tristia certius ab ijs sentiũtur: q̃ minime cupiũt. Latẽt hæc enĩ cupientes: & sæpe fallũt. At uero, qui læte se habet: is nõ cupiẽti similis est: qui aũt in tristitia est: cupientis hic gerit affectum. sobrius aũt ita se habet. uinolentus contra satiatus: repletusq; est.

20 Cur penitus uinolẽtis res oẽs circunferri uidẽtur. & cũ iam amplius uinum attingit: nequeunt: quæ procul posita sunt: enumerare, quocirca nõnulli hinc uinolentiæ indicium trahunt. An quia cõspectus frequenter a uini calore cõmouetur. Quẽadmodum igitur si sub oculo presseris rem obiectam: geminari uidebis: sic etiam uinolentis accidere illud potest. Nil enim interest utrum suppresseris: an aspectum com=

moueris:nec utrum extrinsecus,an intrinsecus·idem eñi obuenire:uel accidere utraq; rõne conspectui po= test·itaq; res obiecta minime cõstare uidebitur·atq; etiã magis quæ procul abest,nam eo obtinebitur mi= nus:quo se longius aspectus deducat·ꝓpiquitas etiã illa'mouendi amplius ad extremum absoluere inter= uallum potest·item si æquabili cum uehementia sur sum,deorsumq; aspectus se agitet:res minus assequa tur remotas necesse est·deducta autẽ circunferri om nia solent·uelut sagittæ,& quæ appensa demitti= mus·igitur uisus quoq; suam ob imbecillitatem qua si procul deferatur:idẽ hoc patitur·nihil aũt interest uisum,an rem uisui obiectam cõmoueas·

21 Quã ob causam qđ uniuersum:raptimq; bibitur: uentrem id minus humectat:cũ tamen ab humore co piosiore plus humectari cõueniat·An ꝙ humorẽ mul tum·ac uniuersum:uenter superare nõ põt: sed locũ adire suum indomitũ patitur·Locus aũt crudi humo ris uesicca est.exiguum uero facile uincit:& conco= quit·ex quo moram hic diutius trahens uentrẽ por= ro humificare potest·

22 Quãobrem qui ante extenuatus:merũ inde mul= tum hauserit:morte occumbat:& pleriq; uero biba ces:cum se nihil extenuauerint:multo tamen:uniuer soq; meri haustu sicci efficiuntur· Quærendum eniẽ hoc est: quandoquidem uinum calidum suapte na= tura est:& ut uita calore cõtineri apparet:sic mors refrigeratione accidere·An ut ex cicuta: sic ex mero intereundum est·uidelicet dum proprius calor pau= latim extinguitur:modo tamen diuerso·Cicuta eniẽ calorem frigiditate sua extinguit:humoremq; indu= rat· uinum autem sua caliditate calorẽ macerat na=

turale; Et quomodo ab igne nimio: aut sole exiguus ignis extinguitur: sic intimus corporis calor a uini calore: si nimius est: superatur: atq; extinguitur.

23 Cur uinolenti sunt ad lachrymandum propensiores. An effectum huiuscemodi omnium eadem causa est: quam repressio: quæ scilicet agitur per summa afferre potest· uinolẽtiam enim locis consistere capitis certum est.

24 Cur uinolentis somnus oriri nequeat. An quod ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est· hic enim concoqui expedire potest: quod si deest: exiguusq; humor: aut concoctu difficilis inest: somnus non oritur· qua de causa post cibum: ac potum somnolentissimi fieri ob calorem solemus· melancholicos uero· & uehementer æstuantes insomnia tenet alteros quia refrigeratus humor penitus est: alteros, quia nullus, aut minimus extat· ergo rõne utriusque affectus inde esse petendam palam est.

25 Cur ebriosi tremũt: & eo magis: quo largius merum hauserint: cum uinum calefaciendi uim habeat· tremor autem ex frigore maxime ꝓficiscatur· itaq; qui rigent: præcipue tremant· Attamen plerosq;, cu; mero tantũmodo cibi gratia uterẽtur: tremores acres adeo inuaserunt: ut homines cõprimentes de se omnes eijcerent: & cum aqua calida ꝑfunderentur: nullatenus sentire possent· Alij uero cum eoipso agerent modo: ꝑfrictioneq; & carnibus in cibo uterẽtur: in stuporem attonitũ inciderunt: quos tremor quidem mitius· s· ob immobilitatem torquebat: dolor tamen acerrimus: & inquietudo iam inde exercebat assidue· Tremoris itaq; causa frigiditas est· nam & qui rigent ea re pati ipsa uidentur: ut dictum est: & qui

admodum senuere: quorum utrorumq; alteri ab effe ctu frigido: alteri a frigida ætate urgentur. Vinũ autem calefaciendi uim præcipue obtinet. quocirca contrarius quidam ut proueniat effectus: ratio exigit: an nihil prohibet rem eandem a contrarijs effici: dũmodo non agant modo eodem: sed diuerso. Exempli gratia. Vritur & a gelu, & a calore: ubi gelu calorem coegit uniuersum. itaq; modo quodã a contrarijs effectus proficiscitur. idem & modo quodam non nisi idem producitur. tremor aũt ob inopiã excitatur caloris non cuiusq;, sed proprij. corrumpitur autem calor aut marcore: aut ex extinctu a contrarijs: hoc est frigido, atq; humido: marcore autem, uel indigentia nutrimenti, ut lucerna cũ fomite, aut oleo caret: uel ab alieno calore: ut ignis in sole: & lucerna apud igne. igitur qui ex frigore rigent: caloris extinctu obtremunt: ex quo etiam fit: ut aqua offusa calida horror exoriatur. calor enim, cum intus includitur: atq; circũobsistit: pilos erigit: & in febrium quoq; accessione rigor ille eueniens simili de causa uenit. in senectute autem calor alimento deficiente, emarcescit. humor enim alimentum caloris est. senectus autem sicca est. ebriosi uero, & siqui ita affecti sunt: alij suo prorsus emarcescente calore obtremiscunt: sed nõ modo eodem, quo senes: sed tertio corrumpendi modo: ut ꝓposuimus. q̃ enim uino utuntur nimio: calor aduẽtitius superans: aut extinguit: aut debilitat ꝓprium calorem: quo ualemus. Fit enim tum tremor cum mouens quicquid rem nequit superare: quã mouet. ut cũ lignum quis longum, crassumq; obtinere, firmareq; non pollet: tremit extremũ: quod ideo fit: quoniã aut suscepta res maior est: aut minor: quæ mouet. ergo tre

mor,cum calor extinguitur:accidit·hic enim du3 integer,inuictusq; manet:causæ animantibus esse uidetur:cur mouere se ualeant.indicium autem ebriosos, senesq; ob frigiditatem affectos sic esse:q tremor bis fieri sine ullo rigore solitus est·

26 Quam ob causam,qui leuiter a uino tenetur: magis peccant:uel delyrant:quam qui aut grauiter sese ebriarint:aut sobrij manent·An q sobrius recte iudicat.qui autem penitus uinolentus est: quod sensibus interceptis onus sustinere non potest:nihil diiudicat atq; ita non peccat·at uero,qui leuiter se ebriarit: iudicat quidem:quia non multum hauserit:sed quoniam a uino detentus aliquatenus est:potestatem recte iudicandi amisit:peccet:necesse est· Quemadmodu3 quod Satyrus Clazomenius propensus admodū erat ad maledicendum:eius aures,cum accusaretur: penitus obstruxerunt:ut de re ageret:non in contumelias se prouolueret·Postea tamen cum cessante ia3 aduersario reserassent:& pauca dicente adhuc:ille audiuisset:nequaquā continere se potuit:sed euestigio maledicta effundere incepit:quoniam sentire iam poterat:recte autem iudicare non poterat·]

27 Cur uini dulcis,quod suauius est:ebriosum neminem esse arbitramur· An q uinum dulce nullu3 saporem obtinet proprium uini:sed alienum penitus reddit·igitur dulcis rei,non uini auidus appellandus ē: qui uini dulcis tenetur desyderio·

28 Cur ebriosi solis calore gaudere maxime soleant· An quoniam concoctionem desyderant: atq; etia3 q refrigerati admodum sunt:exquo attoniti,stupidiq; mox fieri solent a potu·

29 Cur uinolentis multa interdum apparet:qd̄ unū

est. An quia conspectus initia intrinsecus a uino mouentur: sicut uel caput totum sollicitari necesse ē. at cum initia mouentur conspectus: idem sese applicare non quit: sed quasi partem rei obiectæ uis utraq; conspiciendi attingit. merito igitur res una suspitionem recipit geminationis: quod idem uel oculo subter oppresso potest euenire. Conspectus enim mouetur initium: ut ei coire cum altero non amplius liceat. s3 hic motus extrinsecus est: uini autem ille intrinsecus oritur: nec quicquam interest. idem enim sequetur qualitercunq; aspectum commoueris.

30 Cur uinolentorum lingua oberret. Vtrum quemadmodum corpus totum in uinolentia titubat: ita ēt lingua labens oberrat: nec reddere articulatim uocabula potest. An quoniam caro linguæ mollis: & instar spongiæ est: ampliatur madescens: atq; extollitur: itaq; ob mollem retardior fit: exprimereq; syncere non ualet. An ꝙ ut in aqua ob absentia3 aeris loqui non possumus: ita neq; cum nimium in nos humorem indidimus. igitur ꝙ uinolentorum lingua in nimio humore se uoluit: idcirco exprimere syncere nō potest. an animus quoq; uinolentorum compatiens errat. At si animus ita affectus est: linguam etia3 pariter affici consentaneum est. inde enim omne loquē di initium ducitur: quo fit: ut etiam sine uinolentia ubi animus quenquam hausit affectum: lingua etia3 sentiat: atq; compatiatur: ut in metuentibus patet.

31 Cur ebrij omnes, & qui mari operam dant: libenter solis tepori se dedunt. An ꝙ ebrij concoctionem desyderant: simulq; euenit: ut partes corporis quædā refrigerentur. itaque stupidos, attonitosque post potum fieri nouimus. Maritimi autem illi, quoniam

in humore semper suam degunt ætatem calorem por ro desyderant.

32 Cur uinolenti concumbere nequeant. An q͛ partes corporis quandam amplius, quam reliquum corpus incalescere opus est: q͛ uinolentis contingere præ nimio calore non potest. Calor igitur, qui a motu naturæ interno præstatur: obtentu caloris ambientis extinguitur. An q͛ ptes corporis imas recalescere opus est. uinum autem in sublime efferri aptum est. itaque calorem, quemadmodum illic excitat: ita hinc auocat: atq; abducit. Post cibum quoq; libido ueneris minime incitatur. Vnde prandere large: cœnare parce præcipiunt. Cibo enim concocto sursum: crudo deorsum fertur & humor, & calor. Ortus autem seminis ex his est: & fatigatis: idcirco per somnum profluit genitura: q͛ labor corpus humidum, & calidu3 reddit. Quod si excrementum ea in parte substiterit eueniet certe: ut per somnum erumpat. Hæc eadẽ causa est: cur in aduersis quibusda3 ualetudinibus id eueniat: atq; etiam metuenti & morienti.

33 Cur iuuenes potius, q̃ seniores immingant: ubi uino sese ebriauere. An quoniam iuuenes humidi sunt: & calidi multum: idcirco excrementu3 humoris cõfluit in uesicam. exiguum enim a corpore eorum absumitur. quamobre3 id effundi necesse est. senioribus uero corpus pro sua siccitate humorem nimium attrahit: atq; imbibit. An q͛ iuniorum natura ad somnum propensior, q̃ seniorum est. quo circa grauiter iuuenes consopitos urinæ sæpe excitatio latet: ut hæc prius erumpat: q̃ illi surrexerint. Seniores autem latere minime potest: quemadmodum nec externoru3 motuum quisq̃ minus ab his percipi, quam ab adole=

ſcentibus ſolet. Conſtat autem, quod modo diximus: quandoquidem iuuenes ipſi tūc maxime immingunt: cum arcte & grauiter dormiunt.

34 Cur oleum ad arcendam uinolentiã ualet: ſorbitumq; facultatem præſtat potandi. An q̃ urinã ciere poteſt: uinoq; hauſto iter regit.

Eorum, quæ ad rem veneream ptinent: Sectio quarta: cuius quæſtiones. xxxij.

1 Quam ob cauſam, qui concumbit: & q̃ moritur: oculos attollit: qui autẽ dormit: ſubmittit. An q̃ de parte ſuperiore calor exiens, eodem oculos uertit: quo ſe deflexerit: per ſomnum autem deorſum ſe colligit. itaque eodẽ conuertit. clauduntur uero propterea oculi: quia humiditas deficit.

2 Cur ijs, qui rem veneream immodice agunt: oculi & clunes manifeſte ſubſident: partes quarum alteræ prope: alteræ procul a genitalibus abſunt. Vtrum q̃ in ipſo etiam coitu partes hæ perſpicue collaborãt cum rem ſtudioſius ipſæ perſequantur: & ſe cogant nitanturq; in ſemine emittendo. itaq; quantum alimenti facile liqueſcere poteſt: id preſſũ extruditur. An q̃ obcalefactæ præcipue contabeſcunt: concubitus autem caloris agitur facultate: eaq; maxime ſentiunt calorẽ: quæ in agendo commouentur. oculi autem, parteſque ſedi proximæ perſpicue collaborant. haud enim fieri poteſt: ut ſemen profluat: niſi partes coagantur illæ: niſique oculi demittantur. quippe cum partibus his coeuntibus, humor quaſi manu ex ueſica prematur: oculiſque coactis cerebrum ſua

dimittat. Oculos uero & locum his proximum uim ad procreationem maximam obtinere docent illimẽta, quæ mulieres tam steriles, quam fœcundæ experiuntur: utpote cum uis ad semen transmitti hinc debeat. Sunt autem & oculi, & renes omnium pingues, atq; obesi. ergo ꝙ partes hæ rem veneream efficacius adiuuant: caloris participes sunt: cuius tabifica ui extenuantur: multumq; sui succi ad semẽ excerni patiuntur. Calor enim si corpus uel pingue non ẽ: uel si pingue quid est: sed non tamen laborat: æque liquefacere nequit: ut late in uenere patet. Renes tamẽ omnium maxime sentiunt: quia in uicino positi sunt. Et ipse quoq; seminis transitu: cum per ea loca perspicue agatur: extenuare ꝓculdubio potest. Adimit enim: non addit per suam istam propinquitatem.

3 Quamobrem & qui concumbent, & spadones, qui re minime utuntur uenerea: in acumine oculoruȝ offenduntur. An ꝙ alteris ob libidinem, alteris ob excisionem partes superiores plus iusto exiccantur: q̃d perspicuum in ijs est: quorum opus exquisitius administratur. aspectus autem tale est. humoribus uero deorsuȝ ductis superiora siccari necesse est. id igitur nimirum concubitu fieri patet. Spadonum autem crura intumescunt: & alui faciles sunt: utpote cum deorsum se humoris copia senocet.

4 Cur homo cum concumbere posse incipit: tunc pubescit: cæterorum autem animantium, quæ pilis teguntur: nullum tunc pubescere incipit. An ꝙ per ætates mutari animantes in contrarium solent. Vox eñi grauis de acuta efficitur: & nuda, quæ ante fuerunt hirta: redduntur. Vnde etiam animantes a primo natali die hirsutas enudari debere tũc nõ densescere

constat: cum semen habere incipiunt: sed ita euenit: quia quæ semen effundunt: ficciora fiunt: & laxiora, quibus de causis pilus oritur: qđ inde sane pz. Pilus enim neque cicatricibus, neque pueris, neque mulieribus exit. Cum scilicet cicatrices spisso contextu non raro inducantur: pueri, mulieresque corpore humido sunt: non sicco.

5 Cur nuditas pedum obesse in re uenerea potest. An quoniam corpus, quod concubiturum sit: calidū intus: atq; humidum esse debet. quale per somnuз potius esse, quam per uigiliam solet. ex quo etiam celeriter, ac sine corporis agitatione semen dormientibus profluit. uigilantibus uero non sine labore prodit. Simul autem fit: ut & reliquum corpus tale existat. & pedes humidiores sint, atq; calidiores. indicium ꝙ cum dormimus: pedes obtepescere solent: ut ꝗ una cum internis partibus ita afficiantur. at nuditas pedum e contrario agit. siccat enim, atq; refrigerat. ita ꝙ siue impossibile, siue difficile sit: ut res agatur uenerea: nisi pedibus calidis: eam tamen nuditatem in usu concumbendi incommodam esse necesse est.

6 Cur omnium maxime animantiuз homo post, ꝗ̃ concubuit: dissoluitur: & languescit. An ꝙ semen ꝓ portione sui corporis plurimum emittit.

7 Sed cur plurimum homo emittit. an ꝙ minus cibū is conficit. & oīuз maxime animantiū humidus natura, & calidus est. Quarum rerum altera seminis copiam reddit: altera naturæ uim efficit ad semē creandum. semen etenim tale est: quandiu seruatur.

8 Quam ob causam cum ratio concumbendi calore contineatur: timor autem: & mors refrigerandi uim habeant: plerisq; tamen cuз ab his ipsis teneātur

affectibus: semen excurrit. An quod cum loca quædã corporis refrigerantur: alia quædam intepescunt: cum & suum calorem habeant: & pulsum de locis refrigeratis illum ipsa suscipiant. Quamobrem frigẽtibus quidem id euenit: uerum non quia frigent: sed quia calent. Constat hoc etiaȝ ipso aspectu. partes enim superiores timentium sanguine priuantur: inferiores autem humescunt & aluus soluitur: & uesica. Calor igitur cum se per timorem deorsum: per mortem sursum deuius agitat: madificare, & seminis excitare profluuium potest.

9 *Cur neq; concumbere: neq; euomere: nec sternuere: neque flatum emittere oportet: nisi res turgente corpore urgeat. An quia cum non turgemus: similes terræ stirpibus sumus: quibus euulsis, aut alienum conuelitur quippiam: aut aliquid abscissum relinquitur Quod autem cum extrudi debet: minutum remanserit: dolorem diutius id omne monebit. Et siquid alienum cõmotum sit: id cum sua sede priuetur: dolorem creabit. Quæ certe ijs usu euenient: qui cum non turgent: aliquid faciunt ex ijs: quæ modo retulimus.*

10 *Cur ieiuni celerius concumbunt. An quod foramina corporis ieiuno inaniora: repleto autem plena habentur. itaq; impediunt: ne humor seminis genitalis ualeat permeare. quod latissime in uesica patet. hac etenim plena nunq̃ celeriter concumbere possumus.*

11 *Cur adolescentuli cum primo concũbere incipiũt quibus cum fuerint congressi: eas re peracta odio habeant. An quod mutatio summa extiterit: sequentis tristitiæ memores, eam fugiunt tanquam sontẽ: ad quã sese applicuerunt.*

12 *Qua re q equitãt: assidue libidinosiores euadũt. an*

caloris: agitationisq; causa eodem afficiuntur modo: quo p coitum. Quocirca ætatis quoq; accessione mēbra genitalia contrectata: agitataq; plenius augentur. q igitur semper eo utuntur motu: qui equitant: hinc fluentiore corpore: præparatoq; ad concumbendum euadunt.

13 Quare cōcumbendi facultatem dari p ætatem cū cœptum est: corpora male olent. prius autē ante pubem non ita olent nec uiri. nec mulieres. An quoniā quæ incocta sunt: tū sapores habēt deteriores. aut leni acidiores: aut salsiores: aut amariores tū odores reddūt fœtidiores. Contra quæ concocta, maturaq; sunt sapores aut dulces: aut minus amaros. & odores suauiores pstant: aut certe minus insuaues. Patet hoc in oībus tā terræ stirpibus: quā animātibus ipsis. Detractis aūt quæ matura: cōcoctaq; sunt: cætera cruda relinquūtur. ut & in cinere portione dulci consumpta puluis amarus relinquitur. Et sudor quoq; salsus eadē de cā est. calor aūt naturalis semen genitale cōcoquit: qd quāquā exiguū est: uim tamē obtinet maximā. quippe quod ex multo admodū tam exiguum cōstitutum sit. quāobrem ubi id secessit: resoluimur magna ex parte uehementius, atq; refrigeramur. ita q humores incōcoctiores redduntur patefactis meatibus ppter seminis excursum: quo fit: ut sudor ob cruditatem & salsior & fœtidior tunc fit: q̄ in puerili ætate. Quod sicui forte talis natura sit: ut partē subsidētem sudoris fœtidam habeat: huic magis: magisq; res innotescet: ac præsertim eisdem in locis: quibus: & cæteris maxime cōsistit: uelut in alis.

14 Cur si ex nostro semine pcreatum animal est: p lem id nostrā appellare solemus. sed si ex aliquo alio

nostro uel excremento: uel parte prodijt: nostrum id esse nũquam fatemur. multa enim semine putrescẽte proueniũt. Quid igitur causæ sit: ut si quales nos sumus: tale fuerit: nostrum id sit: sin diuersum: id alienum sit: aut enim omnia nostra esse oportet: aut nulla. At primum quoniam quod ex semine nostro prodijt: id ex nostro est. quod secus: id ex alieno. s. quæ purgamentis: excrementisq; enascuntur. Denique nihil ex omnibus quæ animanti tribuimus: gignere animantem potest: nisi semen genitale. Quod autem nocet; quodq; malum est: id suum nullius est: nec qđ alienum est: id suum esse potest. Haud enim idem illa significant suum esse: & alienum esse: uel diuersum: uel malum. Excrementa autem & putredines nõ nostra: sed diuersa: alienaq; sunt a nostra natura. non enim quæcunq; in corpore extiterunt: corporis hæc esse putãdum. Nam & papulæ sæpe erũpunt: quæ tollimus: atque excidimus. omnino quæ præter naturã cõstiterint: hæc aliena oĩa sunt: multa autem præter naturã, uel rebus cõiuncta naturalibus ꝓdeunt. quod si ex rebus nostris solo semine natũ animans sit: recte quod ita ꝓuenerit: ꝓlem id esse nostram tantum putabimus: ex semine uero ipso siqđ extitit aliud: ut uermis ubi uel foris putruit: uel corruptum in utero est. ut quæ monstra appellamus: prolẽ id esse nostram haud quaquam dicendum est. cum enim corrupto creetur semine: nõ insuper ex nostro creatur: sed alieno: quẽadmodum quod excremẽtis constiterit: ut quod ex stercore. Omnia uero huiuscemodi ex corrupto creari semine hinc indicatur: ꝙ ex non corrupto creari tale natura statuit: quale illud est: de quo semen genitale prodierit. Exempli

gratia si de equo equus: si de homine homo: nec semen magnifacimus ipsum: nec aliquid: quod inter generandum confici solitum est· Tunc enim humor, & corpulentia quædam, & caro cõsistunt: quorum nihil nobile est· quoniam non dum naturam obtinent destinatam: sed eatenus naturam attingunt: quatenus ita se habeant: ut ex illis tale credi possit· quales nos sumus: modo seruentur· Corruptis autem nihil tale enasci potest· causa est hæc: cur nec alia ex re nostri corporis: nec ex semine ipso corrupto, aut imperfecto prolem nostram oriri arbitremur·

15 Cur minus in aqua hõies concũbere queũt· An quia res nulla in aqua liquescere põt: quæ ab igne liquefieri apta est: ceu plũbum: aut cera· Semẽ autẽ hominis igne plane liquescere uidemus· haud enĩ prius fluere incipit: quam per attritum recaleat: pisces tamen sine attritu coire fatendum est·

16 Qua de cã res oĩum suauissima cõcubitus est: & utrũ necessitate ĩpellãtur ad cõcũbẽdũ animãtes: an rei cuiuspiã gratia genus hoc libidinis datũ est· An suauissime quidẽ cõcũbimus: quoniã aut toto ex corpore semẽ profluit: ut aliqui uolũt: aut quia quãuis nõ toto ex corpore: tamẽ per eam partẽ se promit: in quã meatus omnes, uenæq; omnes applicẽtur: & coeant· Cum igitur uoluptas similis in libidine, atq; in prurigine sit: efficitur pariter: ut corpus gestiat uniuersum· Prurigo enim secessio humoris spirituosi inclusi contra naturam est· & genituram uero secessionem humoris eiusmodi esse ad rem naturalem constat· suauis autem tum ex necessitate: tum rei cuiuspiam gratia concubitus est· Ex necessitate inquam: quia omnis per=

tinens ad rē naturalē suauis est: si modo a sensu percipi queat. Rei uero cuiuspiam gratia est: ut ortus sit animātium ppetuus. facit enim uoluptas: ut animātes ad coitum ardentius excitentur.

27 Cur uenus immodica morbis pituitæ nonnullis commoda est. An quoniam excrementi quidam exitus est: ita ut multum uacantis materiæ cum semine detrahi possit. pituitam autem excrementū esse nulli dubium est.

18 Cur res uenerea uētrem refrigerat: & siccat. An refrigerat: quoniam calor in concūbendo excernitur & siccare quidē coitus uenereus potest: quippe cum euaporari: dum calor exit: necesse sit. exit autem cum refrigeratur. Adde etiam: q̄ feruor coeūdi siccare nimirum potest.

19 Cur salaces hi sunt: quibus pili palpebrarum defluunt. An ob id ipsum: quo etiam calui. sunt enim hæc ambo partes rei eiusdem. quicunque autem ex pilis congenitis ætate iam prouecta non crescunt: hi omnes decidunt libidinis usu immoderato. Capillus enim: & supercilium: & cilium genere congeniti pili continentur: excꝫ his supercilia tantum nōnullis ætate prouectis obdensantur. Quod cuꝫ ita sit: alibi rationem attulimus. reliqua autem utraque genera eadem illa de causa deficiunt: q̄ partes superiores sanguinis parum obtinentes libido refrigerat. Ita enim efficitur: ut locus hic alimentum concoquere non possit: cum autem pili alimento caruerint: defluant: necesse est.

20 Quam ob causam qui mingendi desyderio tenentur: concumbere nequeunt. An q̄ meatus implentur: Quod autem plenum humoris est: id nulluꝫ

prætereа humorem poteſt ſuſcipere.

21 Cur gignendi facultas iis tollitur: qui a uarici=bus tenentur: ſiue homo, ſiue aliquid ex cæterorũ ani mantium numero eſt. An ꝙ uarix flatu tranſlato fie ri ſolet. Quocirca in uitiis atræbilis accommoda eſt. Fit autẽ concubitus quoq; cum flatus excurſu. Quã= obrem ſi impetus ille agitur: cum uarix exercet: ſemẽ non inſup excitatur: ſed refrigeratur. Fit igitur inde: ut pennis tentigo emarceſcat.

22 Quare: qui concũbunt reſolui atque languere ma gna ex parte ſolent. An ꝙ ſemen omni ex parte cor=poris ſecretio eſt. itaque ut edificii conſtructio: ſic cor poris compactio quatitur. dum ſemen decedit: qua=ſi ſanguinis multum: aut aliqua pars alia decedat. ita quod exit: peropportunum eſt: & quod exiguum ex multo alimento conficiatur: quemadmodum ami lum ex farina.

23 Cur iis, qui cõcumbunt: ſi deſyderio mingendi te nẽtur: pennis intendi uehemẽtius põt. An ꝙ forami=na plena reddũtur humoris: ſemen p anguſta ſe pro=mens: molem efficit ampliorem: atq; extollit. pẽnis etenim ad ipſos meatus eſt poſitus.

24 Quã ob cãm tẽtigo, & amplificatio pennis illa exiſtere poſſit. An duplex cã eſt: una ꝙ pondus urgẽs poſt teſtes facit: ut pẽnis erigatur. teſtes eñi uicẽ ful menti uectorii capiũt. Altera, ꝙ foramina ſpiritu ad miſſo iplẽtur: ita ut genitale mẽbrũ intumeſcat: atq; ſe erigat. An humor auctus: trãſlatuſq; facit: ut mo=les amplior redundet. pẽnis tamẽ qui mẽſura inſigni adoleuerit: minus ſe patitur efferri. fit enim: ut ita pondus a fulmento uectis remotius maneat.

25 Qua de cauſa qui rem agunt ueneream: aut ꝙ ea

ætate sunt: quæ sufficiat ueneri: male olent: uirusq; hirci reddunt: pueri autem non ita olent. An spiritus puerorũ (ut dictũ iam est) humorem: sudoremque cõcoquere põt: uirorum autem nequit.

26 Cur per æstatem uiri minus; mulieres magis cõcumbere ualeãt: q̃d Hesiodus quoq; poeta inquit.
Fœmineo uenus est usu magis effera sexu.
Mitior illa uiris: & sæpe accita relanguet.
Vtrum ꝙ testes eo tempore magis demittuntur: & flaccent: quã per hyemem: cum qui concubiturus est: retrahat: ac suscipiat illos: necesse sit. An quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æstiui tpis: æstuãt: collabũturq;: frigidæ uero refouẽtur: & uigent. Est aũt uir calidus: & siccus: mulier frigida: humidaq;. Ergo uirorũ tunc uires infirmãtur: mulierũ corroborãtur: & uigent ꝑ cõpensationẽ qualitatis cõtrariæ.

27 Cur nonnulli rem ueneream cum uoluptate patiantur: & alij uel ipsi agere cupiant: alij pati tãtummodo gestiant. an ꝙ excrementis singulis locus determinatus a natura est: in quem instituto secerni naturali debeat: sollicitataque natura spiritus excurrens tumorem admouet: excrementumque una extrudere solet. Verbi causa: urinam in uesicam: cibuz consumptum in aluum: lachrymam in oculos: mucorem in nares: sanguinem in uenas naturæ deduci placuit. His autem proxime genituram quoque in testes: & pennem deferri constitutum est. Quibus itaque meatus habitu suo naturali priuantur: uel quia obcæcati sunt. qui ad pennem tendant: quod spadonibus, hisque similibus euenit: uel etiaz alijs de causis: his talis humor in sedem confluit: quippe qui hac transmeare soleat: quod eius loci contra=

ctio in coeundo: & partium sedi appositarum consumptio indicant. Quid si admodum semine genitali abundant: excrementum illud large in eum locum se colligit. itaque cum excitata cupiditas est: attritum pars ea desyderat: in quam confluit excrementum. Cupiditas autem excitari tum a cibo: tum ab imaginatione potest. Cum enim alterutra de causa libido cõmota est: spiritus eodem concurrit: & genus id excrementi cõfluit: quo secedere natum est. & si tenue: spirituosumue est: cũ difflatum id fuerit: requiescunt: quemadmodum pueris: & adolescẽtibus interdum nullo secreto humore cessare tentigines possunt. Sed si crassum: corpulentũq; est: nisi extruso quiescere nequeunt. quod si neutrum eorum acciderit: cupiunt quousq; ad alterutrum accidat. Quorum uero natura mollis: & fœminea est: ita ij constant: ut genitura: uel nulla: uel minima cõueniat: quo illorum secernitur: qui prædicti natura integra sunt. sed se in partem sedis diuertat: quod propterea euenit: quia præter naturæ normam cõstiterunt. Cũ enim mares crearentur: ita degenerarunt: ut partem uirilem mancam: atq; oblæsam habere cogerẽtur. Læsio autem alia rem omnino corrumpit: alia peruertit & uitiat. At genus illud corrumpens: ut in his sit fieri non potest: ita enim mulieres non uiri crearẽtur. Ergo puerti: citariq; aliorsum: quã secernendum natura uoluit: necesse est. Vnde fit: ut insatiabiles etiã sint modo mulierum. humor enĩ sollicitans ille exiguus est. Nec quicquã se ꝑmere conatur. refrigeraturq; celeriter. Quibus itaq; sedem humor ex toto adiuit: ij pati tãtũmodo auent: qbus autẽ in utrãq; ptẽ sese dispertijt: ij & agere: & pati cõcupiũt: idq;

amplius,quo tandem plenius fluxerit. Sed sunt: quibus uel ex consuetudine affectus hic accidat: fit enim:ut tam gestiant:quam cum agunt:utque genituram:nihilominus ita emittere ualeant.Ergo agere cupiunt:quibus hæc ipsa usu euenerunt: & consuetudo magis,ueluti in natura idcirco illis euadit:quibus non ante pubem:sed in ea uitium patiendi inualuit:quoniam his recordatio rei,cum desyderant:oritur.Vna autem cum recordatione gestiẽs exultat uoluptas.desyderant autem pinde ac nati ad patiẽdum magna igitur parte,uel ob cõsuetudinem res existit: sed si accedat:ut idem & salax:& mollis sit:longe expeditius hæc omnia euenire posse putãdum est.

28 Cur homines rem agere ueneream cupientes confiteri se cupere maxime pudet.Bibendi, aut edendi, aut aliquid eiusmodi faciendi desyderio cum teneãtur:confiteri non pudet.an ꝙ rerum plurimarum cupiditates necessariæ sunt:& nonnullæ nisi expleantur:interimunt. Rei autem ueneræ libido supfluit: & abundantiæ index est.

29 Cur uiri ꝑ hyemem:mulieres ꝑ æstatem rei ueneræ appetentiores sunt.An ꝙ uiris calidior natura, & siccior est:mulieribus autem humida:frigidaq;: quamobrem illis humor,& calor satis cupiditatem ueneris hyberno tempore accẽdere queunt:quibus rebus semen oriri certum est.Mulieribus autem & calor minor,& humor concretus propter caloris inopiam tunc est.At per æstatem contra mulieribus calor modicus.Viris largior,quam satis sit.nimius enĩ uires frangit:atque dissoluit.Quapropter pueri quoq; per æstatem tenuiores redduntur.Incidit eniʒ:ut ignis igni coniungatur.

30 Cur quibus natura calida est: si modo robusti, pleniq; sint: nisi concumbant: ijs sæpe bilis prosistit: & aluus amara secedit: & pituita salsa conficitur: & color corpis imutatur: An q semp cũ semine una excremẽti aliqd exit. Vnde etiã nõnullorum excrementis abundantium, genitura lauamentum piscium redolet. Igitur excrementũ quoq; illud cõcumbenti decedit. Itaq; nihil est: quod possit affligere. Abstinenti autem manet. & amarum, salsum ue redditur.

31 Cur libidinosi sunt: qui melancholici. An q flatu redundant. Semenant decessio flatus est. Ergo qbus id ipsum amplificatu: hos sæpe purgari appetere necesse est. sic enim efficitur: ut leuentur.

32 Cur aues, & pilosi homines libidine uehementer aguntur. Vtrum q multum humoris continent. an non ea ratio est. Fœmina enim quæ humida est: pilis uacat: sed potius q genus illud utrunq; naturæ multi humoris concoquens propter caloris copia est. Inditio pilus est: atq; penna. An q & multu inest humoris. & id a calore superatur. Neque enim si multum non esset humoris: neque si non a calore uincere tur: pennæ auibus, pili hominibus possent unquam oriri. semen autem uel loci, ac temporis portione, uel ratione creari plurimum potest: ut in aere: ut in uere Nam eius natura calida, & humida est. Fit etiam ratione cõmuni: ut aues, & claudi homines salaces nimirum sint. alimentum enim utrisq; seorsum quidem exiguũ profluit ꝓpter uitiũ cruris. In sublime uero affatim effertur: atq; in semen conuertitur.

33 Cur homini cũ concũbit oculi potissimũ ĩfirmantur. An q humore deficiente id accidit. Argumentũ uero frigidam esse genituram: q humida nunquam

redditur:nisi calefiat:nec ullam desyderat liquefactionem:quandoquidem per uniuersum corpus expassa est:quemadmodum sanguis.

Eorum,quæ ad laborē pertinent:sectio quinta:cuius quæstiones. xxxviij.

1 C Vr ambulationes prolixe quidem per plana laboriosiores sunt:q̄ per incompta·breues autem leuiores. An q membra tum a multo:tum a uehemente motu fatigātur. est autem uehemens,qui passim per loca inæqualia agitur multus uero,qui continens unusq; est. Locis igitur inæqualibus tametsi longa motio acta est: tamen requiem mutatio præstat:facitq;,ut longa non sit:ne ipsorum quidem equorum propter mutationē. Planis autem habitus similitudo & paritas nihil interpellat:nec membris ullam præstat quietem:sed efficit,ut mouendi ratio continuetur:at uero si breuis sit:nimietas quidem motus nulla in planis fatigabit·acclinibus autem, quoniam immutatio uehemens,& contraria corpus modo sursum:modo deorsum uexat:fatigetur necesse est·Talis uero motus,ut dictum ē:qui per ardua agitur:,cōtrarius,q̄ p plana.

2 Quam ob causam:qui animo deficiunt:& q̄ præ nimio exercitandi labore dissoluuntur: mole corporis contractiore existunt:uocemq; reddere acutiorez putantur·An quia uoces minores mittūtur: ideo acutiores esse uidentur·Argumentum,q qui clamantes a longe imitantur:acute proferunt·Moles autem corporum minores idcirco redduntur:q sanguis se ā sūmis corporis partibus se uocat ad imas.

3 Cur uenter tantummodo extenuatur eorum: qui se exercitationi dederunt·An quoniam uenter pingue

amplectitur plurimum.

4 Cur pingue eorum absumitur: qui se laboribus dedunt. caro autem nullatenus emaceratur. An quoniã pingue concalefactum liquescit: quod carni non euenit. Motio autem concalefacit.

5 Cur uenter opimus admodum esse solet. Vtrum ꝙ cibo propinquus est. Dumq; cætera membra ex uentre hauriũt: uenter ipse sibi sæpius ĩgerit. an quoniã minime uẽter laborat. flexibus. n. hic nullis cõturq̃tur.

6 Cur melius fatigationes tum cessant: cum quis ex aqua oleo permista se perfricuit. an quoniam oleum magis subire cum aqua potest: quam si per seipsum est: ducitur enim suapte natura: ut innatet: & fluitet. ubi autem subijt: corpus subinde amplius emollitur. an quia oleum natura calidum est. calidum autẽ quodq; & siccat & indurat. at membris fatigatis siccitas & duricies incõmodæ omnino sunt. mistuʒ igitur aquæ eo plus innat: quo minus siccat.

7 Cur lassis corporibus euomendum præcipitur: cuʒ tamen uomitus sit laboriosus. an ꝙ lassitudo collisis ossibus: aut pressatis, aut fatigatis consequi soleat. quos quidem affectus patiuntur extrinsecus: idq; bifariam. aut enim cum copia carnis uires exuperauit ossium: aut cum frequẽs corpus se cætero corpori miscuit. quo locum sibi obtinere apte non possit: quale genus excrementorum est. Põdera enim quæcunq; extrinsecus corpori applicentur: laboriosiora sunt: quã ipsa corporis membra: etiam si pondere leuiora illis esse contigerit. argumentuʒ: ꝙ qui plus æquo uel ederint: uel biberint: hi minus quanquis laborarint: quã ieiuni: grauius tamen fatigantur. quoniam cibus locum suũ nõ obtinet: utpote ꝙ adhuc maneat crudus.

Cum autē fatigatio maceret:atq; colliquefaciat:colliquamentum autem non nisi excrementum sit : hoc est:quod lassitudinem mouet:dum temere uagatur: occursatq; ossibus,& neruis,& itimis carnis: quæ rara,soluta,patefactaq; substant.uomitus igitur cū id extrudat:quod fatigationem inducit :merito hominem recreat:liberatq; a lassitudine . corpus enim quale principio fuerit:tale restituit.Elaxat autē uomitus nō nimiū motus ratione:sed si ita fuerit:ut nō plene agatur.copia enim ciborum,quæ in uentriculo remanserit:& excrementa:quæ his incidant cibis: faciunt:ut lassitudo uomitum consequatur: quemadmodum in corporibus nimium impletis dictum iam est.Quod si nec illis causam lassescendi labor inferat:sed cum ita sese haberent:laborarint:nec ijs, qui non totum cibum eiecerint:uomitus causa foret lassescendi:nam si hoc esset:haud erat.ꝙ nō omnibus euomentibus lassitudo incideret:nunc uero multi post ubi euomuerunt:alacriores certe redduntur.

8 Cur laboriosius brachio est inanem iactasse manū: quam cum lapide.an ꝙ inani iactura brachium quasi conuellitur uehementius.nulla enim in re nititur: quemadmodum cum mittit:missili obdito fulcire se potest.Huic proxime saltans quoque pondisculis susceptis innititur:Et qui currit:manus obquatiens se sustentat.Quamobrem ille plus prosilit lateres tenens:quam non tenens.hic uelocius currit manus obquatiens:q̄ non obquatiens.

9 Quam ob causam cursus uelox tam in hominum genere:quam in cæterorum animantium facit:ut capita a morbo tētentur.quanq̄ cursus unusquisq; detrahere ad ima genus omne excrementorum putatur

ut ambulatio. quapropter crura eorum implentur: q̃ nimium ambulant: quoniam de parte superiore ad imam labitur: & alimentum omne, & excrementum. an motus quidem ubiq; agere idem potest. Verum motus uelox cum uires intendit & spiritu; retinet: caput concalefacit: eiusq; uenas nimiru; inflat & attrahens redit facultatis externæ: ut frigoris: ut caloris. adde quæ in pectore continentur. Nam ea quoq; attrahi, resorberiq; inde credēdū est: Quibus remissis locum ægrotare illum necesse est.

10 Cur locis æqualibus, q̃ inæqualibus magis fatigatur: ocyus autem inter æquale q̃ inæquale conficitur an minus laboris tunc est: cum motus non semper eodem habitu agitur. quod ingressu æquali potius fit. ocyus enim ingredimur: ubi minus contra naturam mouemur. ergo per locum æqualem parce, atque frequenter, & ponitur, & attollitur: per inæqualem autem contra. at qui ratio attollendi contra naturā est. Vi nanq; omnem attollendi usum exequimur: q̄d autem per singulos gradus paulum redditur: id multum per multos demum exultat.

11 Cur in planis laboriosius accubamus: quam in cōcauis. An eadem ratio est: cur etiam in conuexis laboriosius: quam planis. Cur enim pondus corporis se eūdem in locum in sedendo, accubando ue colligit: facit per afflictationem: ut laboretur. Incuruu; igitur, q̃ rectum: idq; quam concauu; magis tal- se exhibet. nostrum etenim corpus in orbem se colligit potius. quam dirigat in processum. Quæ autem eiusmodi sunt: hæc per plura attingūtur a cōcauis. q̃ a planis bis eisdē de cāis etiā fit: ut quæ cedūt minus: q̃ dura & renitentia fatigent: & in accubādo & isedēdo.

12 Cur breues deambulationes fatigationem mouere amplius soleant. An quia euariant incoeptaeque sunt. faciunt. n. ut saepe subsistatur. de cotrario aut incontrariu frequenter mutari laboriosum est. Neutri nanque asuescere finit: quae quide asuescedi ratio uacat fatigatione: utrique aute simul, ut asuescas: fieri non pot.

13 Cur qui equo uehuntur: quo longius equus decurrerit: eo magis emittere lachrymas solent. Vtrum quoniam aer, qui se obiectat: subinde eo frigidior est: quo minus teporis corpus attigerit. quod iis etiam euenit qui cursum nudo corpore agunt. frigus autem mouere lachrymam potest: an contra. Res enim calida lachrymam ciet: uelut sol. Motus autem nimirum calorem efficere potest. An propter ictum illatum ab aere illud accidit. Quomodo enim uenti aduersi oculos perturbant: sic aer occursans eo magis ferire potest: quo equus uelocius agitatur.

14 Cur caetera membra cum perfricantur: pleniora euadat: uenter autem soleat extenuari. An perfrictione protinus uehementiore extenuatur: cum is etia impleri soleat illa fricandi ratione: quam paulatim amplificando admouemus: sed non aeque proficit, atque caro qua de re quaeritur. Quippe cum omnino inexercitando, laborandoque uenter praecipue extenuetur. ratio igitur, quod opima quaeque concalefacta liquescut: & ea magis. quae intensa suapte natura sunt: uenter autem cuteus est: cutis uero sua natura tensionem habet: sed enim quod uenter celerrime opimatur: ideo & pingue aliquid semper obtinet. nisi morbo laboret. cuius rei causam dixerim: quod cibo ex uicino positus est. Cum igitur omnino pingue res propria naturae non sit: sed aduenticium: nec ita necessarium: ut caro adhaereat:

ideo & exercitandi, & perfricandi agitatio uentrem concalefaciens liquefacit: & macerat: alimentumq́;, quod inde redundet: membris cæteris dispertit· quamobrem sedile uentrem opimat: reliquum corpus extenuat· Motiones uero, perfrictionesq́; uentrē extenuant: reliquum corpus implent: & augent·

15 Cur peracto longo itinere aut cursu siquis se per summos constiterit digitos: calces pedum conquatiūtur: proniq́; deorsum labuntur, an propter continuatum, uehementemq́; motum concitati nerui non dū requiescunt· Fit enī sæpe: ut animus euincere corpus totum possit: membra autem singula inhibere non possit: ubi se quendam in modum commouere· nō enī cor: non pennem excitum residere animus cogere potest· Ratio autem rei, quam quærimus est: ꝙ multū spiritus circa neruos deuritur: quod non simulac substiteris: refrigescere potest· Is igitur spiritus conquatiens ueluti subtrahendo suo motu deducit: facitque ut pars remotissima minime contineatur· Itaque calces tremiscunt: quemadmodum imum labrum hominis irati·

16 Qua de causa qui non concitate admodū currūt numerose respirant· utrum ꝙ numerus omnis mensuram certo recipit motu· talis autem motus est: qui ꝑ æquas agitur portiones: quemadmodum agunt: qui currunt leuiter· ergo simulatq́; agere cursum incœperint: respirant ita: ut eam spiratio per compares uices propter parem metiendi motum reddatur: numerum, siue modulationem possit continuare· An ꝙ omnis spirandi ratio compari uicissitudine confici soleat· modo quis non retineat: sed tenore trahendi a natura determinato utatur· igitur cū sedemus, aut

ambulamus· q motus corporis mediocris ẽ: numerus palam non fieri potest, cum itez cursum cõcitare agimus: q sensus consequi motũ nequeat: numerũ pcipere respirandi haud q̃q̃ ualemus· at cum mediocriter nosipsi cõcitemus: motus ipsi mediocris modum respirandi sensibilẽ p̃stans: explicare numerum potest·

17 Quare inter currendũ aer in flatum conuerti nobis uideatur· utrum quoniã dũ per cursum agitamur aerem corporibus nostris cõtinentẽ excitamus: quod non nisi flatum mouere profecto est· quo circa nõ solum uidetur: sed etiam uero in flatum aer conuertitur· An q in currendo aerẽ impetu nostro uiolemus: quo facto sensu aeris per motum magis afficiamur· Ergo recte in flatum aer se conuertere uideatur: Hoc enim ratione impetus potest euenire·

18 Quamobrem currentes potius cadimus· quam ambulãtes· an q magis, quã moueamur: attollimus: hoc enim inter cursum: & ambulationem interest·

19 Cur ascendentes genibus: descendentes femoribus elaboramus· An quoniam dum ascẽdimus: corpus sursum iactamus, distensionemq; corporis, genuumque mouemus: ex quo genibus laborandum est· procliuis autem locis eo femoribus laboratur: q ijs ipsi enixi crura submouemus· adhæc omne quod præter naturã fit: laborem doloremq; mouet· est autem secundum, naturam, genibus: ut ante flectantur· femoribus aũt: ut retro, at locis decliuis genua retro flectuntur: procliuis autem femora ante coguntur· corpus enim se p̄num, propensumq; ita defertur·

10 Cur in itinere media femosis parte potissimum fatigari solemus· An q longi cuiusq;, atq; continui pars potissimum media laborat· cuz scilicet stabilitũ

fixumq; manet. quãobrem hæc præcipue rumpitur femur autem tale est. ergo ptem potissimum mediã, eius fatigare merito solemus.

21 Quam ob causam qui humida constant natura: facile a labore: æstuq; strangulãtur. An q humor cõ calefactus transit in aera: itaq; acrius urit. ergo cum ob nimietatem facultas submouendi non datur: refrigeratio nulla subsequitur: atq; ita celeriter homo calore insito, & aduentitio exardescit. Quapropter sudor, spiritusq; secessio eos iuuant: qui se exercent: qui deniq; laboribus se dederunt. Cũ enim humor discernitur: atq; extenuatur: spiritum inde enasci necessarium est.

22 Quare corpa, quæ modice cõstant: temperataq; sunt: in morbũ sæpius incidunt: & facilius curãtur. An utrũq; eadem de causa euenit. est enĩ æquabile: quod modicũ est. qđ aũt æquabile: id cõpatibilius est. Quãobrem siqua eius pars laborauit: ptinus totum collaborat. imodicũ aũt cõtra: utpote quod seiũctius fit: partiũ suarũ uitia minus haurit: minusq; consentiens est. Ergo sæpius id in morbũ hac de causa incidit: facilius autẽ curatur: quoniã malũ partiũ cõmune oĩum est: eo nãq; debilius redditur: quo se in plura digesserit. itaq; curabilius est. imodicũ uero illud: ut quod rem cõmunem cum partibus non habeat: minus quidem ægrotat: sed difficilius curatur: quoniã malum uehementius urget.

23 Cur æqualibus, quã inæqualibus locis magis fatigari solemus: Ocyus autem inter æquale, quam inæquale expedimus. An q minus laboris tum est: cũ non assidue habitu eodem mouemur: quẽadmodũ ingressu æquabili potius agitur: ocyus uero igredimur:

cum ubi minus pari tempore attollimus. Ergo p locū æqualeȝ usus attollendi exiguus est: atq; frequēs. per inæqualem autem, e contrario. Quod uero per singulos gradus paulum redditur: multum id per multos demum exultat.

24 Cur femora in descendendo: tibiæ in ascendendo laborant. An labor in ascendendo est: qua corpus attollitur. Fit enī: ut totū corpus nobis oneri sit. Itaq; cui totū incūbit: & quo totū attollitur: id præcipue p̄mitur: atq; laborat. hoc autem tibia est. Postremā enim hæc longitudinē tenet: nec modo pedis latitudineȝ aliquā sortitur. Vnde fit: ut hoc minus se ualeat stabilire. itaq; ut humeris, ita tibijs pondus sustinemus. laboremq; ob eam rem: quo humerus maxime affici solet tibia quoq; patiatur: necesse est. At in descēdēdo: quoniam corpus deorsum se defert: p̄pellitq; contra naturā: hinc labor: & uexandi ratio p̄uenit. Itaq; laborem huic præcipue admouet: cui incūbitur: quodq; uexat. Atqui tibia manet: thorax ponderi est. femur sustinet: atq; uacillat: eo q & porrectum in longitudinē est: & superne uersatur: qua scilicet thorax p̄cumbit.

25 Cur iter longius tum esse uidetur: cum ignari quātū sit: ambulamus: quam cū gnari: si modo res cæteræ pares adsint: an q nosse quātum sit: non nisi nosse eius numerum est: remq; nō determinatam pluris quam determinatam esse p̄spectum est: ergo quemadmodum si nosti quantum sit: finitnm id esse necesse est: sic etiam si ignoras: quasi reciprocetur: animus cauillatus oberrat: infinitumq; id esse uidetur: quod finitum est. Quamobrem si quantum quodlibet determinatum non esse putetur: uelut infinitum id

esse uidebitur. eo φ aptũ est: ut sit determinatũ. At si determinatũ non sit: infinitũ est. Ergo id quoq; infinitum quodãmodo uideri necesse est: quod determinatũ esse nequaquam uidetur.

16 Cur femora magis: quam tibia fatigantur. Vtrũ φ prope absunt ab ea parte: quæ excrementum continet: itaque ubi ea pars agitata nimium recaluerit femora expeditius: ac plenius attrahere possunt: quam tibia. An φ femora continentiore constant natura. laboratur enim præcipue propter continui distractionem. quippe cum & si nullo excremento substante fessi sumus: tamen femoribus: ac lũbis acrius laboramus. an quo modo inguina p ictum oriri nouimus: propter uenarum & neruorum societatem: ita etiam lassitudo potius in femur incumbit: quod quidem ab initio propius abest: an φ femur eadem habitus rõne fungitur suo munere magis, quã tibia: quæ quidem res laboriosior est; an φ femora carnis copiã sustinent. Itaq; res affatim in his inest: quam naturæ rationi tribuimus.

27 Quam ob causam tubercula: & ulcera nonnullis ex labore pueniunt: an corpore impuro motus cõcalefaciens excrementa alia etiam cum sudore uaporatim destringit: quæ crassa & humore prauo hoc est acuto: aut amaro: aut salso contenta secerni penitus suam ob concretionem non queunt. Itaq; per carnem intumescunt: atq; exulcerantur: ppter amari humoris uiolentiam.

28 Cur non ptinus ab exercitatione, aut a medicamento epoto cibus assumi debeat. an φ adhuc corpus purgatur: nec dum a labore quiescit: excrementaq; excita redundant.

29 Quamobrem currere: quam ambulare difficilius est: an ꝙ plus oneris fert: qui currit: is enim elatus, ac pēdens, onus super se totū sustinet. at qui ambulat parte insistente uicissim sustentatur: quasi pariete admotus requiescat.

30 Cur nō protinus ab exercitatione esurire incipimus. Vtrū ꝓpter colliquefactionis residua: dū penitus cōcoquatur. An ꝓpter spiritum, quem labor ex humore subdito mouet. An ꝓpter sitim, quā laboris calor inducit. Hæc enim accidunt omnia.

31 Cur genitura in somnis ijs ꝓfluere solet: qui aut labore lassescūt: aut tabe cōsumuntur. An ꝙ oino ita incontinentes sunt: qui natura calida & humida cōstant: semen enim tale natura est: quod autē tale est: ex ijs: qui tali habitu sunt: potissimum profluit: cum calor somni accessit. quippe cū corpora tantisper exiguum momentum desyderent: idq; intrinsecus nō extrinsecus: lassi autem, & tabescentes ita affecti sunt redundant enim, & elassati colliquamentis calidis propter fatigationem, & motum: & tabefacti propter destillationem: & calorem, quem inflammatio mouet.

32 Quā ob causam crus suum sinistruз diutius perfricare cuiq; difficilius est: quam dextrum. An ꝙ pte dextera laborare ualemus: rebus autem præter natu ram ꝓficiscentibus annumeranda cruris sinistri frictio est: fit enim dextra transuersa in partem obiectam: quæ auteз præter naturā fiunt: hæc factu sunt difficilia. sinistra uero manu partem perfricādo dextra m: nil tale percipimus: quoniam hæc neutram in partem apta, potensq; est.

33 Cur breues deambulatiōes laboriosiores sunt. An

quod credo subsistimus: neque aequabili incessu mouemur cum flectimus: quod certe laboriosum est.

34 Cur in sole cum stamus: amplius recalescimus: quã cum mouemur: cum tamen motus omnis uim calfactoriam habeat. An non omne mouendi genus calefacit: sed est etiam quod refrigeret. Quod etiam in ollis feruentibus patet: quotiens eas afflamus: aut uersamus. An quia cum flamus calor pmanet: is autẽ cũ permanet: amplius calefacit: quam cũ mouetur. Corpus etenim nostrum uaporem de se quẽdam mittit assidue tepidum: qui proximum aerem tepefacit: quẽadmodũ titio. Cũ igitur quiescimus: aer nos circũfundẽs calidus, ob pdictam causam redditur. At cum mouemur: flatus excitatur: qui refrigerare nos põt. flatus enim quisque frigidus est.

35 Quã ob causam qui equo currunt: quo cõtentius cursum arripit equus: eo magis lachrymas mittunt. Et qui pedibus eo magis: quo intenderint uehementius. Vtrũ quoniam aer occursans frigidus est. frigus enim lachrymas mouet. quippe quod cõtrahendo: cõdẽsandoque carnem: humorem exprimat: an potius contra: calor enim sudorem elicit: lachryma aũt sudor quidam est. quapropter a concalefactione utrũque mouetur & sudor & lachryma: salsaque pariter ambo sentiuntur. calorẽ aũt efficere motus põt, An ppter aeris ictum. Quomodo enĩ flatus aduersi oculos perturbant: ita etiã aer: qui se obiectat: quo quis contentius equum agitat: aut ipse currit: eo magis ictu quodam molli obuerberat: & ferit. quo fit: ut se lachrymae pmant. s. meatibus oculorum relaxatis appulsu eiusmodi. Omnis etenim ictus uim aut secãdi habet: aut collidendi: & contundendi.

36 Quamobrem qui cursum concitate agunt:cõuulsis maxime corripiantur:ubi quis intercurrendum eis substiterit:an ꝙ ea potissimum diuelluntur:quæ in partem contrariam uehementer trahimus : atque mouemus. Cum igitur homini currenti:uehementerq; membra ultra ꝓpellenti,quis obuiam factus obstiterit : accidit,ut in partem retorqueantur contrariam:quæ adhuc ante ꝓtendunt:atq; proripiunt. Ita que diuulsio eo uehementior incidit:quo cursus contentius agitur.

37 Cur ambulationes minus laboriosæ sunt:quæ inæquales:quã quæ rectæ agũtur. An ꝙ delatio erecta secũdũ naturã corpis uniuersi est. Ideo ambulatiões, quas loca æquabilia pſtãt:laboriosiores:quã iæquabiles sunt:ꝙ in easdẽ ptes laborem admouent : quod inæquales illæ nõ faciunt. dispertiũt enim magis in oẽs corpis partes. calidis uero temporibus arctæ ambulationes plus ualẽt:quã frigidis. quippe quæ partibus externis laboris plus afferãt : & quidẽ sudorẽ ob eam rem euocando extenuent. Frigidis cõtra carnem reddunt cõstantiorem. & stomachum excitãt: ciborumq; faciunt auidiorem. Partibus enim internis calorem augent:membrisq; ad frigoris appulsuz torpentibus locum intimũ calore amplificato efficacius purgant. Carnem uero solidiorem efficiunt:ut quæ p eam uniuersam nequeant superare. Acclines etiam ambulationes laboriosiores sunt: quam decliues:magisq; extenuant. Faciunt enim acclines:ut lũbi potissimum laborent : decliues ut femora. Põdus enim totum femoribus incumbens grauissime premit. quod idem cum præter naturam sursum efferri a calore cogatur : maiorem in modum calefacit.

Itaq; efficitur: ut arduum ambulãdi genus sudores moueat: spiritũ suspẽdẽdo extenuet: lumbis dolorem infligat. crura eni magna cũ difficultate se in sublime recipiunt: lumbos inflectunt: frangũt: euellũt quibus de causis labor pcipuus sequatur necesse est. Locis aũt duris. ac renitẽtibus habitæ ambulatiões musculos: & neruos cruriũ effatigant. Quippe quæ cõtentiones tam neruis, quã musculis moueant: cũ enixu agãtur uiolẽto. Mollibus uero: & cedẽtibus locis facta ambulatione articuli potissimũ sentiunt. Flexus eni articulorũ pcrebrescit: cum solum succumbat dilabatur, & cedat: eadem quæstio est.

38 Cur locis arduis difficilius ambulemus. An quoniã omnis ingressus attollẽtia: & positione cõficitur. attollere igitur præter naturã est: ponere secũdũ naturã: pponere medium tenet. in ambulando autez locis arduis multum sortis illius auersæ a natura pculdubio est.

39 Quare qui cursum ex equo arripiunt minus decidunt. An quod magis cauent: quam timent.

Eorũ: quæ ad sessionẽ accubitũ: & habitũ corporis pertinent: Sectio. VI. cuius quæstiones. VII.

1 Cur sedile, alios impleat: alios extenuet. Vtrum habitus corporum distent inter se ut alij calidi: alij frigidi sint. Ergo si ita est: calidi implentur. cibum enim corpus ui sui caloris exuperat. frigidi aũt: q aduẽtitium calorem desyderant: quem ex mouendi rõne potissimũ corpus acquirit: concoquere nequeunt: dum quiescũt. An q alij excrementis redundant: & ob eam rem motum desyderant: alij non.

2 Cur partes corporis distendendæ sint: quod qui se exercitant facere cõsueuerunt. An ꝙ meatus spiritu suo perpurgari oporteat.

3 Cur inflexo corpore cubare melius est: quod etiã medici pleriq; præcipiunt. An ꝙ uenter cum recalescit: concoquere celerius potest. Sic autem fit ut recaleat. Ad hæc locum flatibus dare: in quem incũbant: & innitãtur oportet. ita enim minime infestabunt. hinc enim & uarices, & cæteri abscessus iuuãt: ꝙ uentriculos cõtinent: in quibus flatum recipe queũt. Ergo corpore extento cauerna nulla eiusmodi adigi põt. locum etenim oẽm uiscera occupant: inflexo aũt singula laxantur: & sinuantur.

4 Cur uertigo surgenti potius accidat: quam sedenti. An quoniam quiescenti humor uniuersus unũ in membrum se colligit: ex quo cruda etiam oua nequeunt circũuerti: sed ꝓtinus decidunt, mouenti autem humor se æque expandit. Surgimus igitur a quiete: qua ita affecti sumus. sedemus uero a motu: quo humor æquabili modo quaq; uersus se porrigit.

5 Quam ob causam cum parte corporis dextra cubamus: somnus magis accedit. Vtrum, ꝙ uigilantes contra: quã dormientes habemus: ergo cum uigilando parte accubemus sinistra: contrarium sequetur in dormiendi initio: cum id contrarium sit: An ꝙ somnus priuatio motionis est: ꝑtes igitur: quarum mouere interest: quiescant: oportet. dextrarum autem partium mouere interest. Cũ autẽ ita accubamus: uelut initium quoddam resurgendi detentum: obligatumque habemus.

6 Cur torpeamus: & cur manus potissimum: & pedes: An ꝙ torpor refrigeratio est. Fit enim ꝓpter

sanguinis priuationẽ, translationẽq;·Manus autem, & pedes omnium maxime partium carnis inopes: nerui uberes sunt·sed pcipue pedes·itaq; ad refrigera tionẽ celerẽ sua natura nimirum habiles redduntur·

7 Cur libenter in latus accubamus sinistrum·in dex trum autem potius dormimus·Utrum quoniam con uersi ad lucem, minus dormire possumus·somnus·n· in tenebris ocyus obrepit·An q dum in latus accuba mus sinistrum: uigilare magna ex parte cõsueuimus· & operum functio sic nobis expeditior est·itaq; ad contrarium opus, contrarius habitus, siue situs requi ritur·inuitatur autem quisque magis ad opus fungẽ dum habitus sui ratione·

Eorum, quæ ad consensum naturæ, animantium ptinent: Sectio·vij·cuius quæstiones· 5·

1 Cura morbis nonnullis ægrotant: qui ap propinquarint: a sanitate nemo sanari po test·An quoniã morbus motio est· sanitas aũt quies·ergo illa mouere põt: hæc nõ põt· an q alterum non uoluntarie: alterum uoluntarie ac cidit·res autem non uoluntarie a uoluntarijs, consul tisq; plurimum differunt·

2 Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus· & cum mingentem quempiam uidemus: ad mingenduz mouemur·quod iumentis præcipue accidit·An pter memoriam·mouemur enim ea ipsa parte: quotiẽs me minerimus·hominibus tamẽ, quia sensu præditi sunt faciliori: statim ubi uiderunt: euenit: ut moueãtur: re miniscãturq;·iumẽtis aũt uidisse nõ satis est: sed alio quoq; sensu opus est·Quãobrem addito etiã olfactu: mouentur: quoniã sensus hic in brutis mobilior est·

Vndefit:ut eodem in loco sequentia mingât omnia: quo primum eminxerit. Tum enim præcipue mouentur: cum olfaciunt. olfaciunt autem postea quam appropinquarunt.

3 Quamobrem nõ secari quempiam, aut uri, aut torqueri: aut aliqua re tetra affici uidemus: animo uicez eius doleamus. An ꝙ omnium communis natura humana est. ignoscimus ergo: cum tale quidpiam inspeximus. propter naturæ consortionem, & familiaritatem. An quomodo nares: & aures delibationes quasdam rerum obductarum pro sua facultate concipiunt. sic etiam aspectus afficitur: & a re delectabili, & a tristi.

4 Cur a tabe, & lippitudine, & scabie capiuntur: qui appropinquarint: ab aqua autem intercute: aut febre: aut stupore attonito, aut aliquo ex numero cæterorum malorum capi nequeunt. An a lippitudine, quoniam oculus pars nostri corporis mobilissima est: cæterarum maxime omnium rei sibi obiectæ similis reddi potest. quippe qui facile moueatur ab eo: quod moueat. itaque fit: ut cum perturbatum obspicit oculum: facile ipse etiam perturbetur. Talis autem contagio ideo fit: quoniam spiritum uitiat: grauemque reddit. celerrime autem omnes morbis arripiuntur iȷs: qui spiritu corrupto proueniunt: quale ẽ omne pestilens genus. qui autem appropinquarit: talem profecto spiritum trahit: qualem æger ille reddiderit. Aegrotat igitur: quia morbiferum est. quod spiritu trahitur. ab uno autem morbum excipit: quoniam unus ille sic spirat. cæteri secus. eundem uero quia quo ægrotarit: hoc non aliter spirat quam fuerit affectus. Sed scabies magis, quam lepra, cæte-

raq; uitia generis eiusdem afficere potest: quoniam per summa corporis errat: & humore manat glutinoso· genus nanque prurientium omne tale est ·itaq; id ipsum quia per summa oritur: glutinosumque est: nimirum idcirco attingere potest· cætera nequeunt: uel quia non per summa proueniunt: uel quia persistere suam ob siccitatem non possunt: quanuis p summam cutem oriantur·

5 Quid est: q nonnulla ex ijs: quæ auditu tristia nobis occurrunt: ut inhorrescamus: efficiant: ut serra cũ exacuitur: & pumex cum secatur: lapis cum mola frangitur: Quæ autem notæ affectionu; patent aspectui: hæc genera affectionum ipsa in nobis creant· dẽtes enim stupescunt: cum aliquos rem acidam edentes aspicimus· Et plerique cum homines laqueo suspendi, uel aliter strangulari uiderent: ipsi defecerunt· An quod uox omnis, genusque omne strepẽdi spiritus est: qui nostrum subiens sensum: mouere nos solet: cumque suum motum uel magnitudine, uel pulsu uehementiore amplificauit aliquid ex ijs: quæ nostro in corpore latent · immutat: & sæpe interimit· Ergo spiritus qui quanuis magni: lenes tamen adierunt: hi sedem ipsam commouent sentiendi: & lætitia ob eam rem nos afficiunt. Asperi autem, quoniam ictum inferunt uehementiorem: sedem utiq; illam concutiunt· longeq; pro ictus sui facultate se porrigunt· quod idem res quoq; frigidæ faciunt· frigiditas enim uis quædam est: sed hanc horrorem inuehere posse: dictum iam est: asperitas uero, q pulsu frequente initium pilorum concutiens, i partẽ pellit aduersam: efficit ut pili se erigant· pulso nã q; initio, cacumen pilorum se trãsferat in parte; ad-

uersam, necesse est. itaq; fit: ut pili exurgant. omnes enim deorsum procumbunt. Et spiritus quoq;, qui p aures corpori se insinuat: de summis ad ima se defert Ergo cum soni, quos modo diximus: asperi sint: horror utiq; ob causam prædictam moueri potest. Sed euenit: ut cæteris partibus potius: quã in capite moueatur. quoniam ut pili partium cæterarum imbecilliores sunt: sic affectus hic imbecillus occurrit. Cum uero sensus audiendi, quam uidendi obtusior sit: affectus quoq; hebetiores per summa errant: qui ab eo ipso proficiscuntur. Horror autem talis est. quamobrẽ multis, ac uarijs causis existit. Sensus uidendi uero cum omnium exquisitissimus certe sit: euēta quoque ipsa pro sua præstantia solet ingerere. Quocirca efficitur: ut ipsi ueri affectus proficisci ex eo possint: quã uis uero leniores. At in sensu audiendi, ut ipsos minime sic: eorum expectationem nimirum horremus. Rei enim tristis: & anxie expectatio existit.

Eorum, quæ ad rigorem atq; horrorem pertinent Sectio. viij. cuius quæstiones. xix.

1 Qua de causa liuidi qui rigent: efficiuntur An quoniam sanguis appulsu frigoris gelascit gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam. albedo nanq; igni tribuitur Quapropter ijs maxime, qui ætatem processerunt: caro liuescit: eo q calorem minimum obtinent.

2 Cur extrema corporis maxime rigent. An propter angustiam: foramina enim quæ in his insunt angusta: parum obtinent sanguinis: & ob eam rem parũ caloris sortiuntur. Sanguis enim calidus est.

3 Cur pedes magis tunc rigent: cum suspensi tenen-

tur·Vtrum, ꝙ frigus amplius ad eos aspirat· An ꝙ sanguis in breuiorem se contrahit partem·itaqꝫ reliquum frigori opportunius redditur: cum calor desit·

4 *Cur tempore frigido maxime uis illa famis intolerabilis incidat: qui caninus appetitus uocatus est: & hyberno potius, quam æstiuo· An ꝙ uitium hoc ob inopiam alimenti sicci solet accidere·Tempore autem frigido & hyberno, cum calor in angusta se cõtrahit: ocyus interdum deficit alimentum: quod cuꝫ defuerit: uitium id esuriendi accidere consentaneum est·at si in ea cibi uitiosa cupiditate resolutio, imbecillitasqꝫ secuta est: materia statim interna corporis a collecto calore colliquescit·quæ si ad locuꝫ cibo a natura destinatum influxerit: pro cibo seipsam corpori applicabit·sed si spirandi sedem adiuerit: obmutescere: atque languere necesse est: obmutescere inquam, quoniam spirandi meatus intersepitur: atque obsidetur·Languescere autem est propter inediaꝫ, consumptionemque corporis·Celeriter tamen paucisque remedijs subuenitur·eo ꝙ eius mali ortus extrinsecus est·frigus enim calorem corporis nostri intro compellens·ac contrahens, insatiabilem edendi illam cupiditatem inijcit: atque intendit· Quamobrem quo modo qui in metuendo tremebant, pallebantque periculo demum liberati, subito ad priorem redeunt statum: sic etiam esurientes ibi ubi parum sumpserunt panis: citissime recreantur: ut qui ui paulo a naturæ ratione summoti aberrent: non qui penitus corrupti desciscant·quod enim naturæ tenorem in partem aduersam uiolat: idem suæ naturæ eundem restituit·ergo dimisisse tantũmodo sat est·quemadmodũ cum aduersi inter se pueri funeꝫ enixi retrahũt· quip*

pe qui fune dimiſſo reſupini protinus decidant.

5 Cur homines pleni admodum rigent: cũ tamen pin gue omne calidum ſit. An propter amplitudinẽ mol lis, ut longe a calore interiore diſtãt partes extremæ corporis: ſic prope ab extremo frigore abſunt.

6 Cur exercitati frigus uehementius ſentiunt: quã inexercitati. Vtrum quoniam pingue conſumptũ a laboribus eſt: quod utiq; teporem præſtare poteſt. Calidum enim opimum eſt: an ꝙ ſpiratiora, ſolutioraq; corpora eorum ideo ſunt: quoniam pingue, excrementumq; omne detractum eſt. ita ut frigus arcere: nequeant: an ꝙ meatibus per ſudationem patefactis ueluti hoſtia complura aperiuntur. habitum autem non eundem ſanitati: & robori eſſe idoneũ manifeſtum eſt. alteri nanq; pinguis: alteri laxus uidetur plane conuenire.

7 Cur ut aqua frigida: ſic etiam calida infuſa horreſcimus. Res enim contrarias inter ſe idẽ efficere poſſe abſurdum eſt. An frigida infuſa calor interior extinctus horrorem mouet. calida autem frigus externum circumobſiſtens in unum: ſeq; profugum intercolligens efficere identidem poteſt. quamobrem utrũq; ab eodem agitur. uerũ alias ab interiore: alias ab exteriore, ut dictum iam eſt.

8 Cur pili in cute inhorreſcunt. An ubi cutem cõtraxerant: merito eriguntur, contrahunt autem & rigore & alijs pleriſq; affectibus.

9 Cur ad extremam urinæ miſſionem inhorreſcere ſolemus. An dum humor calidus ille ineſt: ueſica & meatus, qui circa eam poſiti ſunt: pleni, experteſq; frigoris ſubſtant. poſt uero, ubi effluxerit: aere frigido replentur. quippe cum inane nihil eſſe naturæ ra

tio patiatur: sed aut aeris, aut corporis plenum esse unumquodque necesse sit: quod igitur aer se induxerit frigidus: recte ut inhorrescamus: euenire solitum est.

10 Cur lingua rigentium quemadmodum uinolentorum errare soleat. Vtrum quod a frigore concrescit: ac indurescit mouenti difficilis redditur: itaque explanare non potest. An quia partes exteriores appulsu densantur frigoris: humor intus collapsus linguam madeficat: ex quo suo fungi officio lingua nequit: ut de uinolentis etiam diximus. An quod per tremorem a rigore inductum motus temere agitur. Articulate uocabula ligua edere nō pt. itaque oberrat: et haesitat.

11 Cur pili rigentium eriguntur. An quod ex refrigeratione calor in partem interiorem se colligit. Vbi aūt carni caloris beneficiū defuit: magis coagitur. quod cum fit: pili erectiores effici coguntur.

12 Cur hyeme cum currimus: magis rigemus: quam cum stamus. An quod aer nostra ambiens corpora: cum stamus: ubi semel concalefactus est: nullam praeterea molestiam infert: cum autem currimus alius, atque alius subinde frigidus occurrit. itaque facit ut magis rigeamus. Ad haec aer cum mouetur: frigidior redditur. quod quidem in currendo maxime incidit.

13 Cur tempore matutino frigus acrius est: cū tamē sol propius adsit. An quod plus temporis absentiae solis exultat. itaque terra magis refrigerata est. an quod die instante ros, & pruina cadere solent: quae frigida sunt. an haec etiā ideo cadunt: quoniam calor, q̄ sursum se extulit: ui frigoris superatur: idque nō nisi solis absentia euenit. Quocirca cum longe distat: non cadunt: cū propius: tum cadunt, atque gelantur. quod locus

uehementius refrigeratus est: propter solis diuturniorem absentiam. An die instante potius flatus incitantur nocturni: qui gelidi admoduꝫ spirant. An nobis frigus acrius idcirco esse uideatur: ꝙ cibi concocti iam sunt. inaniores autem cum sumus: frigus utique acrius sentimus: argumentum, ꝙ a uomitu maxime frigere solemus.

14 Cur ubi sternuimus: uel minximus: pleruncꝫ inhorremus. an ꝙ ratiõe utracꝫ uenis subtrahitur: quæ cum redditæ sint inaniores: aer ingreditur frigidus: qui rigorem ciere potest.

15 Qua de causa qui uehementer frigent si statiꝫ copioso igne concalefiant: indolescunt. si paulatim uero tepefiant sine magno dolore recreabuntur. An ꝙ omnino cum ex contrarijs contrarium proficiscitur: magna effici commutatio solet. ut in arbore siquis paulatim deflectit: nihil est: ꝙ stirps ipsa laboret. at si uehementius corripit: nec sensum adducit: frangatur necesse est: Ergo si simile a suo simili affici nihil potest: ut autem calor hominis frigentis intus se consistit: & colligit: sic humor: & rigor parti exteriori relinquuntur: contrariumcꝫ sui contrarij corrumpens est: efficitur recte, ut si sensim, paulatimcꝫ tepefiant: calor prouocetur, & exeat: itacꝫ minus doleant: sin subito recalescant: amplius adducatur: & astringatur: itacꝫ dolendum acrius sit.

16 Cur refrigerati magis ab eodem calore utimur atcꝫ dolemus. Vtrum caro suæ causa densitatis caloreꝫ occurrentem sibi tenacius suscipit: ex quo plumbum calidius redditur: quam lana. an calor ui penetrat: eo ꝙ foramina nimio frigore congelauerunt.

17 Quam ob causam non rigent: qui irascuntur. An

quia ira, & excandescentia timiditati contrarij affectus sunt. Est autē ira ex igne pficiscens: cum enim intus copiā ignis retinemus: cōcalescimus. quod maxime in puerili ætate pspicere licet. Pueri nanq; primum spiritus copiam retrahunt: deinde rubescunt. calor enim cum intus affatim substat: atq; humificat: facit, ut erubescant. Nam siquis large aquam frigidam hic infuderit: iram sedabit. sic enim calor extinguitur. pauidi aūt, & pterriti contra rigent enī: & frigidi: pallidiq; reddūtur. Calor nanq; eorū se summis de partibus seuocat ad imas.

18 Quamobrem quotiens inhorrescimus: pili erigūtur. An quia in humore occlusi cōtinentur: humor enim a pili altitudine uincitur. horror autem pulsu frigoris fieri solet. Frigus uero calidum humorem ꝯgelet: naturæ ratio uult. Ergo ubi commutatus, congelatusq; humor est: in quo pili inhærent: pilos ipsos mutari consentaneum est. Aut igitur in partem aduersam se transferent: aut in eadem manebunt: si rursus uincere humorem potuerint: at uerisimile nō est: ut humorē gelatum: coactumq; pilus uincere suo pōdusculo possit. Ergo si pilus undiq; gelido humore obsessus: ne quo ualeat inclinari: restat sane: ut erectus consistat. An quoniam calor pulsus frigore ad locum interiorem se colligit. Vbi autē calor se a carne dimouit: caro plenius cogitur: coactaq; pilos eminentius erigi cogit. quo modo si cum terræ festucā: aut aliud quodlibet infixeris: construas: atq; undiq; terram colligas: efficies: ut magis erigi possit: quod infixum est: quam si terra minus esse ꝯcoactū fueris.

19 Quam ob causam qui rigent: maxime dormire non ualeant. An quoniam qui riget: spiritum magis

retinet: quam laxat: qui dormit magis reddit: quam attrahit. facit igitur rigor: ut contra agatur: quam cum dormitur.

Eorum quæ ad uibices & cicatrices: & pelles pertinent: Sectio. IX. Cuius quæstiones. XV.

1 C Vr pelles recẽter detractæ: maximeq; arietum uerberũ uulneribus: & uibicibus admotæ: & oua sup confracta ꝓhibent ulcera, ne cõsistant. An rõne utraq; humor colligi: intumereq; ꝓhibetur. Pars eni collisa humorẽ trahit: intumescitq; ꝓpter feruorẽ. Oua sua lentitia glutinãt: atq; ita intumescere nõ sinunt: ut etiã in ambustis glutine agitur: cõglutinare possunt: pelles quoq; ob suã lentitiam hærentes nimirũ simulq; suo calore cõcoquunt: inflãmationemq; sedant. Neq; eni detrahere eas solemus: nisi diebus aliquot post etiam qui ex sale: acetoue pfricandum censent: inflãmationem tollere uolunt.

2 Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ: oculis albæ inducuntur. An ꝙ cicatrix colorem priori contrarium trahit? scilicet quemadmodum omnia quæ ægrotarint. ulcera autem parte oculi nigra cõtrahi solent. uerũtamen neq; in corpore statim nigrescunt: sed principio albæ sunt: neque in oculo semp nigræ: sed demum uel ex toto: uel magna ex parte redduntur.

3 Cur ferul oras siue ambitum plagæ rubidũ: medium album facit. Vtrum ꝙ sanguinem pellit ex medio: quod maxime ferit: quia in orbem se colligit & rotunda est. An ea quidem de causa sanguinem

deinde redire oporteret. Rubedo autẽ nõ nisi cõcursus sanguinis est: isq; in eũ locum: qui ictus est.

4 Quare cum membra a ferula uehementius feriũtur: medium carnis album: oræ rubræ reddũtur? Ligno autem contra medium amplius rubet? An ꝙ ferula suam ob leuitatem, ubi uehementer pcussit: sanguinem residentem per summa dissipat. itaq; unde sanguis defuerit: mox ea pars alba existit: quo autẽ plenius fluxit: hic rubor ambit: cumq; plaga intumuit: sanguis cito suam sedem repetere non potest: quoniam & exiguus est: & relationem per accliue agat necesse est. non enim nisi copia magna referri potest contra naturam: At ictus: quos dura corpora inferant: affligunt: colliduntq; ponderis sui ratione. ac robore. Afflictum itaq; medium cauum redditur: collisum autem rarum existit. Collisio nanq; dissectio: & distractio leuis est: quod cum cauũ: collisumq; reddatur: sanguis ad id summus de oris undiq; fertur. nam & aptus ferri deorsum est: & laxa expeditius subit: ꝙ ea cedunt facilius. Vbi autem sanguis eo ipse se collegit: efficitur merito ut mediũ rubore tingatur: oræ autem, quas deseruit albedine decolorentur.

5 Cur nigræ cicatrices hoĩum sunt: qui uitio lienis tenẽtur? An ꝙ sanguis eorũ corruptus est: ppter admistionẽ morbosi, dilutiq; sanguinis: qui a liene procedit? Cicatrix igitur cute prætenui, summaq; consistit. sanguis uero ille, quia ut dilutus, & calidus sit niger est: cicatricẽ nigram transpectus utiq; ostẽdit: & quidem sæpius. hac eadem de causa cicatrix nigrior fit. Sanguis etenĩ cutis imbecillitate frigescit: & calore euaporãte atrior redditur. Senioribus

etiam pari rõne cutis magis nigrescit:& natiuæ cicatrices atriores:quã iunioribus habẽtur.est eni quasi uibicatũ corpus eorũ totũ:non ob aliquam cutis tenuitatem:sed ꝙ calor defecerit.

6 Vtrum quæcũq; rei eiusdẽ causam obtinent: uim habent eãdem ad agendum:an non:uerbi causa:cum uibices discuti & ab aere:& a radicula:& ã faba commanducata:& a pulmone: & ab argilla: & ab alijs huiuscemodi possint:singula ne ui eadẽ hoc efficiant:an diuersa. An æs ideo tollit:quoniam rubiginem præ se fert:quæ pro medicamento accipi põt. faba uero:& pulmo:&argilla:eo ꝙ ad se attrahũt ꝓpter sui corporis raritatem. cæteraq; pdicta alijs ex causis idẽ faciunt. Ad ultimũ quidem in his omnibus idem est. Quod autem antecedit:hoc discrimini fore,nihil est:quod prohibeat.

7 Cur cæteræ cicatrices nigræ:oculi albæ cõsistũt An ꝙ cicatrices colorẽ contrahũt contrarium parti. in qua efficiuntur. At in pte oculi nigra fieri solent ergo albæ efficiantur necesse est.

8 Cur ictus ferulæ dolorẽ amplius mouet:quam aliquod duriorum:ita enim deprehendetur:siquis cum uerberat:rõne consyderat.cum tamẽ ictum durioris: uehementiorem esse ratio potior exigit. Acrius enim ferit:quod durius est. An ꝙ caro non solum cum percutitur:sed etiam cum repercutit:dolet.igitur a duris percuti tantum potest. Cedit enim propter eorum duriciem. At uero a ferula utrunq; sane accidit: ut & pcutiatur:& repercutiat ꝓpter ponderis leuitatem:cum scilicet non cedat:sed renitatur ita:ut ictus possit duplicari.

9 Cur thapsia,& cyathus,quæ contraria plane in=

ter se sunt: pariter uibices possint discutere: hic principio: illa potest. cyathus enim frigidus est: quod etiã poeta inquit Homerus. Et gelido dentes defixit in ære: thapsia uero calida, & urens. An quia ut animo deficientibus aqua: sic cyathus uibicatis occurrit. obuians enim refrigeratio calorem prohibet educi e sanguine: qui per ictum ad summa confluere corporis, atque concrescere solet: ubi calor decesserit. Fit enim: ut perinde ac si extra sit: congeletur: cum sub cute est: propeque abest: ut extra sit. At uero cum calori exitus negatur. non concrescit: sed se rursum diffundit: & sedem unde effluxit: repetit. Quod idem thapsia quoque præstare potest: quippe quæ caloris sui facultate prohibeat: ne sanguis gelascat.

10 Cur æneis quibusdam admotis, ut cyathis: aliisque generis eiusdem: uibices reprimi: resoluique possunt. An quoniam æs natura frigida est: ergo calorem effluere uetat e sanguine: quem ictus collegit. eo namque per summa corporis exhausto uibex existit. itaque celeriter ad mouendum est ante: quam geletur: & thapsia uero ex melle illita eadem de causa iuuat. quia enim calida est; sanguinem refrigescere prohibet.

11 Cur si eodẽ in loco sæpius ulcus extiterit: cicatrix atra ducetur. An quacunque parte ulcus se ostenderit: hæc admodũ debilitatur: eoque magis: quo ulceratũ sæpius sit. Debile autẽ omne frigescit: humorisque plenũ est. quo fit: ut nigrũ quoque appareat. Et quidem ulcera magna: & uetera cicatrice atra obducta uidemus. Sæpe autem ulcus cepisse nõ aliud est: nisi ulcus diu habuisse.

12 Cur uibicibus cyathos admouere solemus. An quia locus: quo icti fuerimus: refrigeratur: calorque inde

omnis decessit. cyathus itaq; admotus facit aeris frigiditate: ne calor abeat.

13 Cur pili cicatricibus nequeunt exoriri. An q; omnes meatus obcaecantur: & uariant: e quibus pili se promouere solent.

14 Cur ictus tumorē, liuoremq; suscipiant. An q; de loco pcusso humores disiecti in loca pxima ruunt: in quibus offendentes retorquentur. itaq; coniuncta, cōglutinataq; humorū copia tumor p collectionē exurgit: & siquae uenulae ruptae sint: confluuium id humoris subcruentum fiat necesse est.

Eorum, quae ad res naturales pertinent: Sectio decima: cuius quaestiones. LXVII.

1 Vr in animātiu; genere alia tussiunt: alia non? uerbi gratia: homo tussit: bos minime utrum q; caeteris maxima ex pte excrementum aliorsum se uertit: homini autem eo conuerti natura uoluit? an q; homo maximum: humidissimumq; cerebrum continet? Tussis autem pituita distillante fieri solet.

2 Cur homini tantūmodo ex omni animātiū numero, sanguis e naribus defluit? an quoniā plurimū cerebri: ideq; humidissimū homo cōtinet. Vnde uenae excremētis p ora eodē tendētia nimiū repletae pfundere inde coguntur. Sanguis enim uitiatus quisq; integro tenuior redditur. talis aūt est: qui se cerebri excrementis miscuerit: & quasi in saniē degenerat.

3 Cur alia ex animātibus sub cutem: alia intra carnē: alia utroq; modo pinguescere consueuerunt? an qbus densa est caro: ijs inter cutem, & carnē humor praetenuis cogitur. q; is semper sua natura eminet at

quod residet: qui tandem concoctus pingue effici solet. Quae autem carne sunt rariore: cuteque gerunt obuiam: haec opima intra carnem redduntur. Quae uero utroque modo se habent: utroque etiam pinguescunt.

4 Cur uitiliginem pueri: mulieresque minus habent: quam uiri: & in eo ipso foeminino sexu: quae prouectae aetate sunt: magis habent: quam minores? an quod uitiligo exitus spiritus est: corpora autem puerorum contextu denso non facili expiratu constant: & mulierum minus expirant: quam uirorum. Spiritus nanque in menstrua se auertit foeminae. densitatem uero leuitas eiusdem satis declarat. Quae autem corpora aetate processerint: aut conseruerint: respiratiora euadunt: haec enim modo aedificij ueteris structuram suarum partium laxiorem iam habent.

5 Cur homo tantum habeat uitiliginem. Utrum quod tenuissimam is ex omnibus animalibus cutem habet. simulque flatibus redundat. indicium uero: quod uitiligo partibus tenuissima cute obtectis maxime: primumque existit. an & his ipsis de causis: & praeterea quod homo unus ex omnium animantium numero canescit. Quippe cum in uitiligine pili canicie immutentur: itaque fieri non potest: ut uitiliginem habeant: quae nunquam canescere soleant.

6 Cur capris, & ouibus lac plurimum demulgetur: quae corpore non maximo sunt, homini autem & boui minus: scilicet ad corporis proportionem? Utrum quod his copia in corpus absumitur: caeteris in excrementum se confert. ouibus autem: & capris quantum excrementi accesserit omne in lac transit? an quod plura gignunt: quam quae magno sunt corpore. itaque plus attrahunt excrementi. quoniam plura alendum sit. An his

grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redundat. Lac autem excremento consist e=re certum est.

7 Cur animantium alia cum aquam mutarint colorem suum amittunt: similia quæ loci illius domesticis redduntur: ut capræ: alia uero nunquã amittunt: ut homo.

8 Ad summam cur alia mutantur: alia non: ut coruus: qui semp incommutabilis psistit: an quorũ natura uincere: pdomareq; humorem non põt: ut auium: quæ uesicam quoq; nullam ob eã rem obtinent: hæc nusquam mutari possunt.

9 Sed cur non illa eadem: sed quæ nata ex his sunt hæc mutentur. an ꝙ recens nata: suis parentibus sunt infirmiora.

10 Cur mares corpore maiori ex toto pene sunt: quã fœminæ: utrũ ꝙ mares calidiores fœminis sunt: quæ res uim obtinet augendi: an ꝙ mares præditi natura integra sunt: fœminæ manca: oblæsaque desciscunt: an ꝙ mares longo temporis spatio perficiuntur: fœminæ breui.

11 Cur in animãtium genere alia breui tempore pariunt: alia diu gestant: an longius perfici solent: quibus longiora sunt uitæ spatia. Sunt autem partu tardiora: quæ longo tempore uiuunt. Sed non uniuersaliter id est. Equus enim ut tardius maxime quam homo parit: sic uiuere minus potest: cuius rei causam uuluæ: siue uteri durities habet. Quomodo enim ager sitiens haud cito suas stirpes enutrit: sic durior uulua equarum informando: nutricandoq; suo fœtu remoratur.

12 Cur proles cæterorum animantium magis, quam

hominis suis parientibus similem gerit naturam·an ꝙ homo uago, uarioq; plurimum animo in coitu est· prout autem pater: materq; in conceptu affecti fuerunt: ita partus euariant· Cætera uero animãtia omnia aut certe plurima rei tantum ipsi intendunt: totaq; sese ueneri dedunt· Adde ꝙ ob eam auiditatem minime repleri magna ex parte patiuntur·

13 Cur albi tam homines, quã equi oculis magna ex parte cæsis sunt·an cum oculi triplici coloris genere distinguantur: nigro, caprino, & cæsio: corporis totius colorem oculi quoq; color cõsequitur·itaq; haud immerito cæsius est·

14 Cur homines uaria, statura proueniunt · uel potius quærendum in uniuersum: cur in animantiũ genere alia paruo: alia magno consistant corpore causa duplex sane reddi potest: aut enim locus, aut alimentum id facit· Locus si angustus est: alimentum si exiguum: quod etiã partu iam edito nonnulli efficere conantur: ut qui catellos in caueolis occlusos educãt· Quibus itaque causæ locus est: hi pomiliones reddũtur· Sunt enim latitudine quidem, profunditate que pro magnitudine suorum parentum: breues tamẽ omnino·cuius rei causa est: ꝙ recte lineæ in aduncas se flectunt·igitur quo modo tabernarũ picturæ: quã uis breues, tamen distentæ in latitudinem, profunditatemque cernuntur·ita pomiliones quoque formari ex loci angustia incidit· At uero qui ob alimenti inopiam perfici non potuerint: hos membris quoque puerilibus constare uidemus· Fitque·ut aliqui quanuis breues admodum sint: modice tamẽ coagmentatas omnes sui corporis partes habeant: ut melitenses catelli·Ratio enim, ꝙ non ut locus: sic natu-

ra suum efficere opus soleat.

15 Cur in animantiũ genere alia maris, ac fœminæ coitu creantur: alia concretis quibusdã proueniunt similiter: atque primus eorum ortus extiterit. quemadmodum qui de natura docent. primum animantium ortum mutatione, dimotioneq; mundi, uniuersiq; orbis ingente differunt extitisse. Et ꝙ nũc si rursũ ortus eiusmodi futurus sit: tales motiões aliquas præcessisse oportebit. Principium enim rei cuiusque maximum est: quippe ꝙ rei dimidium sit. semen autem genitale principium esse certum est. Ergo minutorum animaliũ quorunq; ortus nullo agi mutuo concubitu solet. causa, cur ut principio extiterũt: creari nunc etiam possint: seminis exiguitas est. Rei nanq; minoris minus quoq; principium esse conuenit. Quamobrem huius etiam seculi mutationes semen animantium minutorum generi satis cõtrahere possunt: quod sæpius usu euenit. Tũ enim maxime oriuntur: cum mutationes temporum incesserunt. Maiorũ autem genus mutationem quoq; pro sui magnitudine desyderat ampliorem.

16 Cur animantium alia partu sunt numeroso: ut sus canis: lepus: alia non, ut homo: ut leo. An ꝙ alia uuluas, siue uteros continent multos: totidemq; formandi loculamenta: quibus impleri percupiunt. quibusq; semen genitale diuidendũ: inserendumq; est: alia contra se habent.

17 . Cur homo inter animantes oculorum minimum pro sua magnitudine habet interuallum. An ꝙ omniũ maxime naturali solertia homo constat. Sensus autem contuendi partem uersus priorem natura posuit. id enim conspicere oportet: in quod nos ducit ra

tio mouendi·Quanto autem oculoruꝫ plus discrimi nis sit·tanto magis conspectus uergent in latus: qui si secundum naturam sedem debeant obtinere: quam minimum esse interuallo certe oportet·Sic enim partem uersus priorem ingredi maxime possumus· Ad hæc cæteris animantibus cum careant manibus: despiciant prorsus in latera necesse est·itaq; plus eorũ oculi distant inter sese: & maxime ouium·eo ꝙ maxime prono capite ingrediuntur·

18 Cur cæteris animantibus partim nunꝗ profusio seminis per somnum incidere assolet: partim raro· Vtrum ꝙ nullum homine excepto resupinum cubare consueuit. Nullum autem nisi resupinum semen ꝓfundere potest· An ꝙ cætera non pariter ut homines somniant·seminis autem per quieteꝫ illa profusio nõ nisi cum imaginatione fieri potest·

19 Cur animalium alia caput moueant: alia non moueant· An ꝙ quæ collo carent: ea caput mouere neque unt nonnulla autem carent collo·

20 Cur in animantium genere homo sternutare maxime solet· Vtrũ ꝙ meatus obtinet ampliores: ꝑ quos spiritus, odorq; subeunt·his ẽniꝫ spiritu repletis sternuimus· Indicium uero datos esse meatus homini lassiores: ꝙ is olfactu minime oĩum ualet·quo nanq; arctiores meatus sunt: eo magis uim obtinent olfaciendi: quod si in ampliores plus humoris ĩgreditur: quo inflato sternutamentũ fieri solet: tales autẽ genus hominum omnium maxime animantium obtinet: merito homo solus sternuere sæpissime consueuit· An ꝙ homo breuissimis naribus est: ita ut humor concalefactus celeriter cõmutari in spiritũ possit: cũ cæteris refrigescat prælongitudine prius, quam mutetur·

21 Cur nullius animalis lingua est pinguis. An quoniam pingue unumquodque densum est. lingua autē rata sua natura propterea est: ut percipere possit genera saporum.

22 Cur fœminæ intento corpore mingunt: mares minime. an quod fœminarum uesica remotius tum profunditate: tum longitudine sita est. iacet enim uulua earum interius sedem: atque uesicam. itaque humor emittendus, uim propter spatium uuluæ desyderat pleniorem: quæ per spiritū corpore intento acquiritur.

23 Cur sues hybernum pilum amittere non solent: cū cætere quadrupedes soleant. nam & canes: & boues certe amittere assolent. an quod sus calidissimus omnium est: partique calenti corporis eius pili adhærent quippe cum pingue tale esse necesse sit: cæteris itaque uel quia humor refrigescit: pili defluūt: uel quia suus calor alimentum concoquere non potest. suibus uero non idem incidit: uel quia nihil humor interior affici potest: uel quia bene alimentum concoquitur. nam & si quando causa, cur defluant: sit. tamen uetare potest. Oues ac homines propter sui pili tum densitatem: tum copiam, non ita affici pulsu frigoris possunt. non enim altius refrigerationi subire licet: ut possit uel humorem gelare: uel calorem concoquēdo seuocare.

24 Cur ouibus expilatis mollior pilus subnascitur: homini durior. An quod ouium pili summæ cuti cohærent: euellique ob eam rem sine ullo possunt labore: cū initium alimenti integrum maneat: quod carni iunctum est: meatibus itaque patefactis excrementa respirare melius possunt. uellus enim proprio carnis uescitur alimento. Caro autem molli: dulcique alitur pa

bulo·hominum contra,q altius pili inhærent:p uim summoq; cum dolore euelluntur·Constat id:quando quidem sanguinem secum detrahunt·corpore igitur saucio euenit:ut tandez cicatrix obducatur·unde fit: ut uel finez pili amplius promendi faciant:qui euul si fuerint:uel quandiu præterea promere possint:du ri extrudantur:eo q omne ualens alimentum carnis exhaustum est:nec nisi materia inutili,& superuacua pilus prouenit·indicium,q hominum omnium plagam inhabitantium meridianam pili duriciem præ se ferunt·quoniam calor exterior altius corpus subiens,alimentum concoctu facile absumat in uaporem·Contra,eorum,qui sub aquilonem incolunt: molles,lasciuiq; funduntur:q his sanguis, dulcisq; sapor per summam potius fluitat formam:quamobrem his color quoq; hilarior est·

25 Cur ouium pili eo duriores sunt:quo prolixiores: hominum contra,molliores,quo prolixiores· An q ouium pili,qui,quale diximus·capiunt alimentũ ubi procul se ab suo deduxerunt initio:ieiunius uescũtur & alimentum·quod inest ui caloris:facile pro sua inconcoctione euaporatur·itaq; siccati duriores redduntur.molle nanq;,humidum est:hominuz uero pili minus alimenti:sed plus suo initio hauriunt:cõcoquitur autem plenius:quoniam minus est:concoctuz autem pilum efficit molliorem,concocta eteniz quæque molliora inconcoctis redduntur·indiciuz,q oues recentes uellera molliora gerunt:quam uetulæ·copia nanque excrementi pilum & ouis & hominis procreat·

26 Cur hirti homines,& aues ueneris sunt auidiores·An q natura humida,& calida sunt:qua quidẽ

utraq; qualitate opus ad coitum est. calor enim excernit: humor excernitur. hæc eadem ratio est. cur etiam claudi hoïes sint salaciores. his enim, ut parũ alimẽti deorsum ꝓpter crurium uitiationem labitur: sic multum loca petit superiora: seq; in semen conuertit.

27 Cur homini nulla iuba data a natura ẽ. An quoniam barba data est: ergo quo excrementiciũ alimentum cæteris animantibus in ceruicem se cõfert: id homini maxillas adire solitum est.

28 Cur pedes animalia pares habeant. An ꝙ fieri nõ potest: ut aliquid moueatur: nisi parte aliqua sui consistat. dummodo non prosiliat. cum igitur ex duobus illis motu, & statu confici ingressum necessum sit: paritatis iam inde ratio patet: bipes enim altero pede mouetur: altero stat. Et quadrupes quoque cũ duobus mouetur: reliquis duobus innititur: Pariq; modo de cæteris: quæ uel senis: uel etiam numerosioribus pedibus ingrediuntur: animaduertere licet.

29 Cur equis, & asinis pili e cicatrice promere sese possunt: hominibus autem non possunt. An ꝙ cæteris animalibus tergus pars per se corporis est: hominis autem cutis ueluti affectus carnis exultat. Quippe quæ summa illius forma refrigente solidiuscula existere uideatur. quemadmodũ crustæ in pulte sup ducuntur: quas uetulas appellamus: cum itaque illæ non nisi farina elixa sint: hominis quoq; cutis nominata non nisi caro putãda est. ubi igitur hæc uel uulnus acceperit: uel attrita fuerit: incidit, ut hominis quidem caro condensetur. Quamobrem summa corporis parte immutata uulnus non eandem compagẽ capit: qua corpus iam inde ab ortu naturæ extitit. cũ itaque hæc immutata sit: nihil profecto absurdũ fue

rit:si ex ea non idem præterea proficiscatur. Sicut in areis quoque appellatis licet percipere. naꝫ illas etiã corporis summi corruptioneꝫ, immutationemq; esse nouimus: at iumentis attritis, ubi ad sanitateꝫ redierunt: partes uitiatæ corporibus denuo eisdem replentur: quanquam debilioribus, quam principio fuerint. sed cum etiam cutis eorum pars sit: confici pili, prouenireq; possunt. cute nanq; pilos enasci certum est: sed candidi propterea oriuntur: quoniam ut secunda hæc cutis imbecillior: quam prima est: sic pilus candidus ille imbecillimus exit.

30 Cur in animalium cæteroruꝫ genere seruari æquæ gemini possunt: quanq̃ sexus sunt utriusq;: in hominum autem non possunt. An ꝙ homini maxime partus geminatio contra suæ naturæ legem accidit. singulos enim parere sancitum est: tum in geminis ipsis marem, ac fœminam creari natura omnino recusat: Ergo quod maxime contra naturam est: id & imbecillum esse ratio postulat.

31 Cur equis: & asinis pili e cicatricibus possunt euenire: hominibus autem non possunt. An ꝙ cicatrix uel suam ob densitateꝫ impedimento est. uel quia deprauat nutrimentum hominibus. itaq; ex toto ꝓpter pili infirmitatẽ ĩpedimento ẽ: eq̃s aũt. ne pili exeãnt nũq̃ ẽ: sꝫ deprauat: facitq; ne prior ĩtegritas seruetur.

32 Cur pares pedes natura animãtibus dedit. An cuique cũ mouetur ꝑtem aliquam requiescere necesse ẽ. Quod si pedes ĩpares essent: ne hoc fieri posset: accideret. Agitur enim motus situ obuersario pedum.

33 Cur animalia, ut minus temporis dormiũt: quam uigilent: sic nõ cõtinue: sed uicissim modo uigilando modo dormiendo, somnũ suum perficiunt: An ꝙ

nõ simul omnis uacans materia coquitur: sed ubi ps aliqua est concocta: leuatum iam animal expergiscitur. Et uero sæpius illi expergiscuntur: quibus ea pars frigida est: quæ excrementum domat: & concoquit Et enim ut celeriter, sæpeq; cessetur. cessatio autẽ nõ nisi expergefactio est: suauis quoq; res ea ipsa: quoniam requies est: non immerito esse uidetur: sed nihil quidem plus temporis in munere naturalium actionum consumimus: nam & si esse suauius est: quã nõ esse: nõ tamen plus temporis propterea edimus: quã a cibo abstinemus.

34 Cur animantium alia statim parentes sectantur: alia sero: ut homo: uel uix nunquam. An ꝙ alia cito uim recipiunt cognoscendi: alia sero, & alia rei sibi commodæ sensum obtinent: alia carent: quæ igitur hæc ambo sensum dico rei commodæ: suique corpo=poris perfectionem sortiuntur: hæc parentem sectari protinus queunt: quæ non utrunque illorum habeãt: hæc id facere ipsum queunt. opus enim est, & uiribus, & sensu.

35 Cur genus uitiligenis quod leuca appellatur: quasi albam dixeris: cæteris animãtibus contrahi neque at. Vtrũ ꝙ hominibus morbo hæc est: cæteris autem animalibus tergora uaria, piliq; eodem modo albedine efficiuntur. Attamẽ ambiget aliquis: quæretq;: cur non postea: sed statim ab ortu naturæ uarietas illa existere soleat. An ꝙ cæterorũ animantiũ tergora dura sunt. homo aũt e natura prætenui cute continetur: uitiligo aũt spiritus secretio est: q. cæteris animantibus excerni tergore denso prohibetur.

36 Cur ubi uitiligo canicies quoque est: reciprocari autem non licet: ut semper ubi canicies: sit etiam

uitiligo. An q pili omnes cute proueniunt: canicies autem putredo ueluti quædam est. Cu3 itaq; cutis morbo laborat: pilũ etiam laborare inde necesse est: cum autem pilus: cutem male affici necesse non est.

37 Cur animantium alia post partum sæuire solẽt: ut canis: ut sus: alia nihil efferãtur: quod pspicuum fit: ut mulier: ut ouis. An quæ superuacua redundant materia: hæc suam clemẽtiam seruant. quantum eni3 dolori esset: secretum in partu est. quibus aute3 secretio non a uacantibus: sed integris fieri materijs solet: hæc exasperantur: & sæuiunt. Vnde fit: ut extenuatio quoq; iram rõne habitus moueat: ut etiã gallinæ furiunt: non cum pepererint: sed cum incumbũt ratione inediæ.

38 Cur spadonibus cætera in sexũ fœmineũ uitiata mutãtur. uox eni tenuis: corpus imbecillũ. deniq; ita hoies cõmutantur: ut etiam cæterorũ animantiũ quæcunq; castrata. nam & tauri, & uerueces sua cornua e cõtrario gerunt: quod fœmine quoq; eorũ contra, quam mares armantur cornibus. Itaq; alij maiora excisi gerunt: alij minora. Magnitudo uero tantummodo spadonibus dico ad sexum uirilem cõmutatur. maiores nanque redduntur: quæ quidem res maris sua profecto est. quippe cum fœminæ minores maribus esse soleant. An ne id quidem ad mare3, sed ad fœminam pertinet. Haud enim omne magnitudinis genus: sed longitudinis duntaxat acquiritur. cu3 mas profunditate etiam augeatur: & latitudine. sic enim perfici ipse assolet. ad hæc, ut fœmina ad marem: sic fœminæ ipsius; uirgo ise habet ad mulierem. altera enim generosa iam est: altera non dum est. In eam igitur ipsam fœminæ magnitudinem mutãtur.

crescere nanq; in longitudinem corpus assolet fœmi narum. Vnde carmē illud Homeri. Virgo diana dedit prolongi corporis usum. utpote cum rem, quam suam ob uirginitatem haberet: largiri nimirum posset. ergo non magnitudine in marem mutatur: cum non in magnitudinis genus perfecte commutetur. Spadones enim longitudine tantum in magnitudine proficiunt.

39 Cur spadones uel omnino uaricibus uacant: uel minus habent: quam cæteri: An quoniam naturam suam dum castrarentur; in genus seminis infœcūdū cōmutarint. Talis autem est puer, & mulier: quorum neutrum habere uarices solitum est: præterquā si mulier raro.

40 Cur homo oīum maxime animātiū oriri claudus pōt. Vtrū ꝙ cæterorū crura robustiora sunt. osse nāq;, & neruo, tam quadrupedū, quā auiū cōstant: hominum carne redundant. Itaq; facilius hæc ob suā mollitiem lædi possunt: cum se in utero mouent. An ꝙ solus ex omnium animantium genere uaria generationis tempora obtinet. Nā & septimo: & octauo: & decimo mense uenire in lucem potest. Cæteris tempus unum perficiendi sine mora statutū est: hominū generi tēporis multū pro uaria rōne immorādi consumi necesse est. Itaq; cum fœtus mouētur: extrema, ꝙ tenerrima sunt: facile infringuntur: & eo magis, quo plus temporis intercessit.

41 Cur spadones cruribus putridis. ulcerosisq; sunt. Vtrum ꝙ etiam mulieres crura habēt eiusmodi. Spadones autem effœminati omnino sunt. An hoc accidit: causam autem mulieribus quoque reddere illam debemus: ꝙ calor deorsum se uertit: quod etiam mē=

ſtrua declarant. Vnde fit etiam:ut præ nimio humore,neque ſpadones:neque mulieres pilis ualeant redundare.

42 Cur nullũ animal niſi homo calculoſuʒ fieri põt. An ꝙ iumẽta,& quæ unguibus ſunt numeroſis:ueſicæ meatus obtinent ampliores.quæ autem nõ ꝓtinus ſed poſt patere intra ſe animal cõſueuerũt:ut piſces nõnulli:ex his nullũ ueſicã habere nouimus. Sed humor ſubſidẽs ille totus in aluum conſtringitur:ſicut etiam in auibus fit. Itaq; celeriter exit per ſedeʒ. At homo ueſicam habet:& ceruicẽ eius canali anguſto ꝓ magnitudine porrectam.ergo ꝙ membrũ id adeſt quãtum terreni humoris ſeuocatur:in ueſicam cõtruditur : ex quo uaſa quoque urinaria ideſt matula eo ipſo tinguntur. Loci autem calore efficitur : ut amplius cõcreſcere:atq; craſſeſcere poſſit. Retinetur uero,augeturq; propter canalis anguſtiam.cum enim terrena illa ſubſidẽtia ꝓdire ex facili nequeant:reuerſa cohærent inter ſeſe:calculũq; ita conficiunt.

43 Cur nõ iumẽta:nõ boues:aut oĩno quæ cornua gerunt:non aues ructare ſoleãt. An ꝓpter uentris ſiccitatẽ.Celeriter enĩ cõſumitur: ꝑcolaturq; humor : qui dũ immoratur:inflaturq; ructationẽ mouere poteſt. Iumentis tamẽ ob colli etiam ꝓlixitatem flatus deorſum ſe uertit.quãobrem his crepitus uentris maxime incitatur. Auium,cornigerorũq; genera neutrum faciunt. Quinetiã ruminãtibus ructare negatuʒ eſt: quoniam plures continent uentres:& quem reticolum appellamus.facultas etenim meandi tam ſup, quam ſubter flatibus multifariam præſtatur. Itaq; humor cõſumitur ante,quam in flatum uertatur:qui flatus moueat uel ruptum:uel crepitum.

44 Cur in animātium genere quæcunq; domestica: eadem etiā fera reperimus: quæcunq; autem fera: nō utique eadem domestica natura creauit. Etenim homines feri nōnusquam cernuntur: & canes apud indos: & equi alibi. sed non leones: non pantheras: nō uiperas: non alia complura domestica esse nouimus. An ꝙ res praua, & facilis ortu est: & mutari quod q; expedire in eam pōt. Naturam enim non quæ prima: sed quæ ultima est: assequi statiz perdifficile est. Quapropter omnia etiam domestica principio fera potius, q̄ domestica esse solent: ut puer feracior profecto, q̄ uir. quippe qui omniuz edax: & iræ deditus sit. quāquam infirmus. ergo quomodo in operibus artis: sic etiam in naturæ licet ꝓspicere. Nam in his quoq; praue omnia facta sunt: & plura sunt praua: q̄ proba, ut lectus: uestis: quoduis aliud. quodq; probuz est: id omne prauum etiaz comperiri potest: quod autem prauum: id non omne probum quoq; reperies: ut siquis uetustissimorū pictorum: fictorumq; opera cogitet. non dum enim perite pingebatur: aut ex ære ducebatur: sed pingui minerua omnia effigiabātur. Natura etiam praue oīa facit: & plura: praua quaz ꝓbo. ꝓbe uero pauciora præstare non omnia potest. Atqui domesticum omne melius est. ferū autem, atq; syluestre prauum natura: scilicet non quæ initia: ortusq; continet: sed cui opinor factu difficile sit ꝓbuz illud urbanum: atque domesticum. Contrarium uero aut nunquam: aut raro efficitur. Attamen uel temporum, locorumq; conditione: temperamentoq; uniuersi quodam fieri potest: ut urbana & mitia redantur omnium animalium genera. hoc idem in omni etiam stirpium genere intelligere licet: quæcunq;

enim urbana sunt: eadem etiam comperiri syluestria possunt: at quæ syluestria extitere: eadem omnia mã suescere non possunt. non tamẽ desunt: quæ suis locis quibusdam peculiariter ita se habeant: ut neglecta, feraq; ꝓuenire præstantiora possint, & mitiora: quã quæ alibi summo cum studio colantur.

45 Cur hominum umbilici ampliores: cæterorũ; autem animantium exigi: incertique fiunt. an cæteris quoniam temporis multum gestentur: umbilicus arescit: inque directum porrigitur: denique ulceribus intumescit. Quamobrem nonnulli umbilici deformes sunt. at uero homo imperfectus prodit. itaque humidus, atque sanguinolẽtus sequitur eius umbilicus. Indiciũ uero cætera perfecta: hominẽ imꝑfectum ꝓdire. ꝙ illa statim inde ab ortu naturæ uiuere sua opera queunt: pueri curã desyderant: nec seruari nisi alieno beneficio possunt.

46 Cur animantium alia semel coeunt: alia sæpe: & alia anni tempore certo: alia nullo statuto tempore: sed prout inciderit: homini semper concubitus opportunus est: feris non sæpe: & quidẽ; sues agrestes semel concumbunt: domestici sæpe. An propter pabulum: calorem: atque laborem: quippe cũ uenus comes sacietatis sit. nam eadem alibi semel: alibi sæpius pariunt: ut oues in magnesia: & africa pariunt bis. Causam uero tẽpus pariendi ꝓlixius obtinet. Vbi enim se impleuerunt: non amplius cõcupiscunt: quomodo nec cibũ affectãt: quæ satiata sunt quæ autem grauida iam esse incœperint: minus auida ueneris euadunt: quoniam menstruæ purgationes nullæ præterea ueniant.

47 Cur homines qui raris dentibus sunt: magna ex

parte breuioris sunt uitæ. An indicium hoc est: den sum os esse capitis: ergo cerebrum inualidu3 est. quia minus sit respirationibus opportunum. itaque celeriter putret: ut quod sua natura humidum sit. Nam & cætera cum non mouentur: neque exhalant: facile corrumpuntur: quo etiam fit: ut homo capite piloso maxime sit: & mas quam fœmina diutius uiuit futurarum sui capitis beneficio. an in cæteris quoque idem sit cogitandum.

48 Cur, qui manus cæsuram per totam obtinent palmam: uiuere diutius possint. An quoniam minus uiuere possunt: quæ carent articulis: incompactaque sunt: quale genus omne aquatile est. quod si quæ articulaea non sunt: uitam breuiorem agere solent: constat contra sese habere: quæ articulata. Cuius profecto generis illa etiam sunt quæ cum sua natura omni articulo careant existũt: tamen articulata nonnunquam quoad maxime licet consistunt. Manus autem pars interior penitus articulo uacat.

49 Cur animãtium uni uel homini, uel maxime oculi deprauãtur. An ꝙ homo uel solus: uel maxime morbo comitiali capi in puerili ætate solet: cum certe deprauari omnibus accidit.

50 Cur animantium homo maxime fumo affici potest. An ꝙ homo lachrymam maxime emittit. fumatio autem non nisi cum lachryma est.

51 Cur equus equo: homo homini: atque omnino cognata cognatis: sibique similibus gaudent: atque cupiunt. Non enim quia pulchrum uidetur. cupiditas autem formam sequitur elegantiorem. nam si id esset: rem pulchram suauiorem esse oporteret:

nunc autem contra potius euenit: ut quia iucundũ suaueq; est: ideo pulchrum esse uideatur. nec omnibus res eadem uoluptati est: nec pulchrum idem lætitiæ. alijs enim esse, aut bibere: alijs cõcumbere lætabilius est. Sed causa cur unũquodq; iunctum suo cognato maxime: suauissimeq; cõcumbat: in aliã cadit quæstionem. Pulcherrimũ uero id etiam esse nõ duz asseri uere potest: sed nobis, quod ad cõcumbendum suauius est: pulchrum certe uidetur. quoniaz rei, quã cupimus: aspectu quoq; nimirum delectemur. Et quidem in cæteris etiam cupiendi generibus res pariter sese habet. cum enim siti detinemur: humorez suauius cernimus. Quod itaque ad usum aliquem pulchrum est: & quod idem maxime cupere solemus: suauissimum id esse ipsum uidetur. Quod autem per se tale est: non præterea sic esse uidebitur. Argumentuz ꝙ adolescentuli plerique formosi, aptique nobis esse uidebuntur: cum ad concumbendi usum respeximus. nunquid igitur ita, ut etiam plus gestiamus: quam si deformes quosdam intueamur? non hercle: nisi eorũ auidi sumus: quo modo potio quoque uidetur pulchrior. nam si siti detinemur: humorem multo suauius aspicimus.

52 Cur hominis prior pars pilosior: q̃ posterior est: quadrupedũ contra, posterior quã prior setosior. An ꝙ omne animal bipes partem priorem habet pilosiorem. nam aues quoq; eodẽ modo, quo homines se habent. an partes infirmiores natura semp integere potius consueuit. infirmum autem unũquodq; loco sui corporis aliquo est. Quadrupedum uero omnium partes posteriores, infirmiores loci causa sunt: quã priores: affici nanque a frigore: æstuque amplius

possunt: hominum, priores infirmiores sunt: incommodisq; illis eisdem opportuniores.

53 Cur animantium homo maxime soleat sternutare. An quod etiam grauedine maxime homo tẽtatur. cuius rei causa est: quod calor: qui circa cor est: sursumq; sua natura effertur: cæteris animantibus in armos se effert. unde per refractionem disiectus: partim ceruicem: caputq; petit. partim in spinam, lumbosq; defertur. hæc enim linea recta: iuxtaq; basim sita omnia sunt. Quod cum æque corpus pene totum recalescat: humores quoq; in sese pariter digerit: planeq; partitur. humores enim calorem sequuntur. ex quo fit: ut neq; a grauedine admoduз infestari: neq; sternutare quadrupedes soleant. Sternutamentum enim uel spiritus uniuersi delatio est: humore scilicet plus aliquid exhalante. uel crudi humoris conatus, excursusq;. quocirca destillationes solent præcedere: quæ quidem animantibus cæteris minime incidunt: eo quod caloris illa delatio ante, retroq; portionibus æquis se digerit. Homini uero: quod erecta basi se in sublime modo stirpiuз attollit: euenit: ut caloris elatio plurima: & uehementissima caput adeat: elatusque eo, calor meatus concalefacit: rarefacitq; capitis: qui tales demum effecti nimirum capaciores humorum: quam meatus cordis inferiores redduntur. Quotiens itaq; accidit: ut caput humescat: refrigeretur q; extrinsecus amplius, quam satis sit: efficitur: ut calor: qui & alimentum habet: & se in partem interiorem contrahit: nimirum crescat: crescens sese in caput: meatusq; capitis efferat: quo humores prætenues, crudiq; sectantes, implent meatus: destillationesq; faciũt & sternutamenta rõne simili mouent. Nam inter

initia destillandi calor humorem sursum praecedens inflansq; meatus: sternutamenta expulsu spiritus, ductuq; humoris tenuis, acrisque incitat. Vnde fit: ut post grauedinis sternutamentum: pituitam aquae similem abstergamus: haec cum omnia sese mouerint humores coacti, crassiq; subsidunt: & foramina capitis, nasiq; intersepiunt. Facta enim tumidiora, distentioraq; caput dolore infestant. Argumentum, ꝙ nullus per eas spiritus foras mittitur: ex quo sequitur ut neq; sternuere: neq; olfacere possint: qui grauedine detinentur. Sternutamenta autẽ, quae sine grauedine mouentur: has quidem easdem ob causas ueniunt: sed exiguis, leuibusq; initijs. itaq; ubi ui caloris collecti humores sunt: facile ab eodem calore pro sua exiguitate spirascentes in nares interrumpunt. strepitum uero spiritus non minus uiolentia sese efferendi, quam sua copia mouet. cum enim calor directo tramite se ad cerebrum usque extulerit: eique ipsi impegerit: ad nares reflectitur. eo quoniaʒ meatus illac foras de cerebro pertendant. quod cum illa foras reflectendi delatio spiritus nares uersus contra naturam agatur: uehemens ut fiat nimirum euenit: itaque strepitum mouet. Caeterorum autem animantium aues, maxime grauedinem sentiunt: ꝙ formaʒ corporis maxime similem hominibus gerunt: uerum minus, quam homines afficiantur. quoniam caput magna ex parte deorsum tenent: ut quae uictum abs terra petere soleant.

54 Cur maris aialia maiora, uegetioraq; sunt q̃ terrae. An ꝙ uis solis consumendo quae terram ambiũt: copiam detrahit nutrimenti: quamobrem quae abdita uitaʒ agunt: uegetiora sunt. his igitur omnibus in-

cõmodis cũ genus maritimũ ſit immune: merito tum adoleſcere poteſt corpore ampliori, & uegetiori.

55 Cum cætera animalia cibum ſæpius ſiccum: q̃ humidum capiant: homo humidum ſæpius: quã ſiccũ. An q homo natura calidiſſima eſt: plus refrigerationis deſyderat.

56 Cur ſpadones calui effici nequeant. An eo q multum cerebri obtinent: quod ſane his contingit: quia rem veneream non agunt. ſemen enim labi per ſpinam e cerebro uidetur: qua de cauſa boues quoque caſtrati cornua genere maiora putantur: necnõ & mulieres, & pueri cur calui non ſint: eadem ratio eſſe creditur.

57 Cur animantium alia ubi primum in lucem edita ſunt: nutriri per ſe ipſa poſſint: alia nequeant. An ea poſſunt: quæ in genere, quod memoriæ capax eſt: breuius uiuunt. Quocirca ocyus quoque morte eadẽ omnia occumbunt.

58 Cur homo plus excrementi humidi egerit: quam ſicci: equi, & aſini plus ſicci, quã humidi. an q hæc animantium genera ſicco pabulo largiori utuntur: homo humidis magis, quam aridis ueſci ſolet. Ex cibo autem omne proficiſcitur excrementũ: & ex copioſiori copioſius. Igitur alia humido potius: alia ſicco largiori utuntur pabulo. quoniam alia ſicca natura ſunt: alia humida. Itaque humidum potius capiunt quæ ſicca conſtant natura. huius nanque ſunt indigentia. cõtra ſiccũ affectant: quæ humida ſũt natura: utpote quæ q̃litatis eius iopia magis teneãtur.

59 Cur aues: & homines, & genus quodq; animãtium forte: corpore ſunt duriori. an q animoſitas cũ calore eſt. metus enim refrigeratio eſt. Quorum igi-

tur sanguis amplius feruet:hæc & robustiora: & animosiora sunt, sanguis autē alimento corporibus est: & quæcunq; uero ex stirpibus terræ aqua tepida irrigaueris:omnia duriora euadent.

60 Cur monstra paruæ quadrupedes pariunt:homo autem grandesq; animantes omnes minus:ut equi, et asini. an q paruæ ut canes:sues:capræ:oues:lōge sunt fœcundiores:quam grandes. Illarum enim aliæ omnino singulos pariunt:aliæ magna ex parte. Mōstra autem tum confici solent:cum plura semina inter se se cohærescunt:confunduntur que uel cum prodeunt ex mare:uel cum se in fœmina permiscent. unde aues etiam monstra edere possunt. Oua nanque uitello pariūt geminato. Monstrum autem ex geminatis illis consistit:quorum uitelli nulla interiecta membrana distinguntur.

61 Cur hominum caput pilosius, q̄ reliquum corpus, nec ex proportione pilosum est. Cæterorum autem contra. an cætera uel in dentes exuperant præ nimia alimenti copia:uel in cornua, uel etiam in setaz. quæ igitur i cornua. capite minus setoso hæc sunt. absumptum enim illam in rem est. quæ autē in dētes plus quidem pili, quam cornigera obtinent, capronarum enim non nihil sortiuntur:sed minus, q̄ aues. his eniz illud etiam, quod hominum genus integendi natura tribuit:sed quod illis pro copia nutrimēti multis luxuriat locis:id in capite homini abundat. Nec enim ullum habent:nec adeo multum:ut pilorum undiq; excrescat congeries.

62 Cur unus oīum animantiū homo canescit. An q pars animantium maxima piluz quotannis deciduū gerit: ut equus: ut bos. nonnulla deciduum non

gerunt·tempus autem uiuunt breue:ut oues·& quædam alia:quorum pilus utpote non senescens canescere non potest·at homo nec deciduum gerit pilum: et longam degit ætatem·Itaq; tempore consenescit:atque inueteratur·

63 Cur uita breui:imbecillisq; uiribus sunt: qui ptem umbilico subiectã maiorem,q̃ superiorem habẽt pertinentem ad pectus·An q; uenter suam ob breuitatẽ frigidus est·itaq; ut uim paruam obtinet concoquendi:sic excrementis redundare aptissimus est·Morbis autem nimirum patent:qui tali uentre constiterint·

64 Quam ob causam animantium alia nõ solum coitu,sed etiam sponte naturæ procreantur : alia coitu duntaxat proueniunt:ut homo:ut equus·An q; & si non aliam ob causam:tamen q; alijs gignendi tẽpus breue statutum est·Itaque fieri non potest : ut tempus,quod uim obtinet generandi:amplificetur: prorogeturq;·Sed temporum uicissitudine,commutatio neque:ut procreentur:contingit:alijs multo generatio ampliari solet·Etenim uel anno,uel decem mẽsiũ spatio confici assolet·Quapropter:uel nullo pacto: uel ex coitu procreentur:illa necesse est·

65 Cur æthiopum dentes candidi,& candidiores,q̃ cæterorum:ungues autem non dentibus in candore respondeant· An ungues ideo nigricant : quia cutis etiam nigra est:& nigrior,q̃ cæterorum·ungues autem ex cute proueniunt·

66 Sed cur dentes candeant:quæ nam ratio sit·An q; albescere illa solent:quibus uis solis humorem detrahit:dummodo nihil superinficiatur:quomodo etiam ceram albescere nouimus· At cutem superinficit calor:dentes minime·sed totus eorum humor in ua=

porem a calore conuertitur: atq; exhalatur.

67 Cur animantiũ alia præciso capite uel protinus moriuntur: uel paulopost: alia minime. An ita affi ciantur quæ sanguine carent: exiguoq; cibo contẽta sunt. Quippe quæ neque continuo cibum desyderẽt: neq; in humore calor eorum diffundatur: quibus rebus priuatum animal sanguine constans uiuere nequit. Illa uero sine respiratione uiuere multo diutius possunt. Causam cur ita: alias abunde reddidimus.

Eorum, quæ ad uocis: soniq; rationem pertinent: Sectio·xi·cuius quæstiones. lxv.

1 c Vr sensum auditus maxime ab ortu naturæ offendi potest. an q auditus, & uox ab eodem initio proficisci uideantur. atq; locutio ex facili posse deprauari uidetur: quæ species uocis est: eademque perfici difficillime potest. Indicium huius est. q postea quã nati sumus: diu obmutescimus: deinde balbutire tandem incipimus. Principio nanque nullum proferre penitus uerbum ualemus. Cum itaque facile peruerti locatio possit: idemq; initiũ audiendi, loquendique sit. (Vox enim quædam audiendi quoque primordium est:) sequitur: ut quasi per accidens non per se omnium facillime sensuum auditus interimi possit. Argumentum autem facile omnino loquendi principium destrui posse: uel ex cæteris animantibus erui licet. nullum enim loqui ex cæteris potest. sed homini tantũ facultas hæc data est. & hic tamen sero (ut dictum est) loqui incipit.

2 Cur omnes surdi uocem reddere per nares assolẽt. an q prope absunt: ut rauci sint. muti autem per nares uocem extrudunt. eo nanquẽ spiritus illorum cõ

pellitur:quia ore compresso sunt:quod compressum ideo est:quoniam lingua his ad uocē reddendā usui nullatenus est.

3 Cur omnes,qui natura sunt calida:magnam uocē emittere solent:an ꝙ multum in his aerem ·feruidū ꝗ inesse necesse est·uis enim caloris facile ad se & spiritum trahit:& aerem:eoq̄ amplius id agit:quo amplior est·uox autem magna tum oritur:cum aeris multum agitatur:utq̄ acuta cū celeriter:sic grauis, cum tarde aer incitatur.

4 Cur omnes surdi ꝑ nares loquuntur:an ꝙ surdi uio lentius spirant:quippe qui ꝓpe absunt:ut muti sint meatus itaq̄ narium ductu spiritus laxior redditur: ex quo fit:ut nisi per nares loqui non possint.

5 Cur melius audiri quæq̄ in nocte:q̄ die possunt·an ꝙ requies omnium noctu amplior est:quoniam calor abest·unde tranquilliora quoq̄ magna ex parte om nia sunt·sol enim est:qui omnia mouet·

6 Cur uoces e longinquo acutiores esse uidentur·ita que cum hominum procul admodum absentium cla morē imitamur:uocē acute emittimus:& similē ijs: qui suā uocē in sonum astringunt tenuiorē:& stre pitus quoq̄ resonādi acutior uenit:quē ꝓcul abesse palā est·Non enim nisi ꝑ refractionē existere pōt· cū igitur in strepitus rōne,acutū quod uelox sit:tardū aūt,quod graue:uoces e longinquo delatas,tardiores uideri oporteret·quæ·n·ferūtur:eo tardius oīa mouen tur:quo longius a suo discesserunt principio:tandēq̄ collabuntur:& decidunt:utrū igitur:q̄ imitātur uo ce exili simulāt:& sono tenui agere tētant uocē:quæ se e longinquo defert:tenuis aūt grauis non est :neq̄ exiguus·exilisq̄ uocis ꝓferēdæ usus grauis ē:sed acu·

tus sit:necesse est. An non modo qui imitantur: ea de causa ita simulant:uerumetiam strepitus ipsi acutiores existunt. Causa uero cur ita sit:q aer: qui defertur:strepitum excitat:& quemadmodum primum illud obstrepit:quod aerē mouerit:sic rursus aer subinde mouendo agat,oportet:ut partim moueat:partim moueatur:quo fit:ut continuari strepitus possit quippe cum perpetue mouenti mouens succedat: donec omnis conatus mouendi emarcescat. quæ quidem res in corporibus non nisi cadere est:cum scilicet aer non amplius impellere uel telum,uel aerē pōt. Vox enim continua redditur:cum aer aerem propellit:telum autem fertur:cum corpus ab aere mouetur. Hic igitur corpus idem defertur assidue usq; ad eum finem:dum corruat. At ibi alius,atq; alius aer ppetua uicissitudine profluit:præcedenteq; subsequens minor est. Itaq; uelocius quidem mouetur: sed per minus subinde aeris:qua de causa uoces acutiores e longinquo,tenuioresq; sentimus. est enim acutum :quod uelocius est:ut ambigendo superius proposuimus. Hæc eadem causa est:cur & pueri. & ægrotantes acute:uiri autem,& bene ualentes grauiter uocem emittant. Cur uero propinquis auribus uox grauior, acutior ue esse minime pateat:& omnino cur similis proiectis ponderibus non sit. causa:q proiectum illud cum unum assidue sit:identidem assidue fertur. strepitus autem aer propulsus ab aere est. Itaq; fit. ut pondus unum in locum cadere tantummodo possit. uox autem quoquo uersus spargat sese:non secus, ac si proiectum pondus dum fertur:in partes frangatur innumeras:atq; etiam se retrorsum dispertiat.

7 Cur domus nup illita magis resonat. An q maior

refrangendi datur facultas propter leuitatem. Leuis autem ideo est: quoniam continens adhuc, rimisque immunis penitus extat. non tamen admodum humidum uolo intelligi. nulla enim refractio de limo effici potest. hæc profecto causa est: cur etiam opus omne tectorium magis resonet. Quin etiam aeris immobilitas fortasse aliquid facit. congestus enim: uniuersusque cum sit: occurrentem illum retorquere uehementius potest.

8 Quam ob causam siquis dolium, & lagenas, & cætera id genus figlina inania obruat: operiatq́;: domicilia resonare amplius possint. necnõ si puteus, uel cisterna: uel aliqua fouea in domo sit: magis, magisq́; ita fiat: necesse est. An q̄ ratio resonandi non nisi refractio est. sic enim potissimum resonandi illa reciprocatio nascitur. Ergo puteus, & quelibet fouea angustiam obtinet: & aerem colligere potest. Dolia, cæteraq́; fictilia densitatem quoq́; suæ ambientis formæ præ sese ferunt. Itaq́; utraq́; de causa illud euenit. Concaua enim omnia magis sonant: & æs quoque ob eam rem sonitum præcipue omnium reddit. Nec uero absurdum: q̄ obruta illud faciunt. uox enim non minus in ima se defert. Deniq́; quoquo uersus, atq́; etiam in orbem ferri putandum est.

9 Cur si uasa quis inania obruerit: faciet ut magis ædificium resonet. An q̄ uasa soliditate, perpetuitateq́; sua melius & concipiunt: & cõtinẽt aerem: simulq́; accidit: ut ictus uehementior effici possit.

10 Cur aqua frigida de eodem profluens uase acutius, q̃ calida obstrepit. An q̄ delatio aquæ frigidæ uelocior est: grauior enim frigida est: acutiorem autem strepitum reddit: quæ uelocior est. Calor uero et

raritate alleuat: & elatione. Proximũ illud est: q̃d fauces quoq; ardentes ictum faciunt imbecilliorem.

11 Cur homini, qui uigilauerit: uox asperior redditur. An q̃ eius corpus ob cruditatem humescit: maxime que loco superiori: unde caput quoque grauescit. Et cum fauces humore redundent: uocem asperiorem existere necesse est. asperitas enim ob inæqualitatem: grauitas propter obseptionem exultat. redardius enim fertur.

12 Cur cibo ingesto mox tenor frangitur uocis. an q̃ membrum illud uoci tributum crebro cibi occursu perclusum concalescit: concalescens humorem attrahit: qui ob assumpti cibi humefactionē, & largior est: & paratior.

13 Quare qui flent: uocem mittunt acutiorem: qui rident grauiorem. An q̃ alteri suam ob debilitatē parum spiritus mouent: alteri uehementer intendũt: quod facit: ut spiritus uelocius ferri possit. uelox autem omnis acutus est. quippe qui ab intento pie=ctus corpore: feratur uelociter. Contra, qui ridet resoluitur: & debilitatur: itaq; uocem grauius edit. Quãquam ægri acutam emittũt uocē. parum enim aeris mouent. at uero qui rident: non solum parũ: sed etiam leuius mouent. ad hæc qui rident: spiritum calidiorem emittunt: qui flent frigidiorem. Dolor enim refrigeratio pectoris est. calor itaque multum aeris mouet. ita ut tarde feratur. frigor autem parum ciet. idem uel in tibijs fieri nouimus. Enimuero. q̃ spiritu iflãt calidiori: multo tardius agũt.

14 Cur pueri, cæteraq; recens nata animalia uocem reddunt acutiorem: quam quæ perfecta ætate sunt: cum tamen omne acutum uehementia sit. an q̃ uox

motio aeris est. & acutior: quæ uelocior. Facilius au tem, & uelocius parũ quã multũ aeris mouetur. Mo uetur autem quotiẽs uel a frigore cogitur: uel a calo re discernitur. Sed cũ inspiratio frigida admissio sit: interior nimirũ aer tantisper cogitur. cũ spiritum ca pimus: cũq; exspiratio caloris emissio sit: aere sane a calore citato, uox effici põt. Cũ enim spiritum reddi mus: nõ cum capimus: uocẽ formamus. Cũ aũt nouel la callidiora sint: quã uetusta: suosq; meatus habeãt arctiores: minus in se aeris possunt continere. cumq; calor, qui moueat: amplior in his insit: res autem quæ moueatur. minor subsistet: uelocius utraq; de causa aer moueri potest. at si uelocius: uox certe acutior dabi tur: ob ea ipsa: quæ ante retulimus.

15 Cur uocem: qui flent acutiorem emittunt: qui ri dent grauiorem. An qui flent intendendo, contra hendoque os uociferantur. itaque ꝑpere aer interior corpore intento mouetur: cumq; ꝑ os transeat angu stum: ferri uelocius potest. utraque igitur ratione fit ut uox acuta edatur. Contra, qui rident: remisso corpore: hiscentesq; ore rident. cum igitur ob eam rẽ late, tardeque ꝓfundant aerem: merito uocem emit tunt grauiorem.

16 Cur uocem reddunt acutam: qui expertes seminis sunt: ut pueri: mulieres: decrepiti. spadones: grauem autem uiri: qui firmissima sunt ætate. An ea causa est: qua linea, cæteraq; tenuia dimensionem unã dũ taxat sortiuntur: crassa autem, plenaq; plures obti nent. itaq; uox etiam tenuis unam dimensionem ha buerit. unum autem & efficere & mouere facilius est: quã plura. Ergo cum ꝑdicta illa spiritum habeãt imbecillum: non nisi parum aeris moueri ab illo sp i

ritu poteſt· Minimus autem eſt:qui dimenſione unica conſtat:quē p̄dictis rationibus tenuem eſſe, uocem q; talem ab eo ꝓficiſci neceſſum eſt· uox autem acuta:quæ tenuis:eſt· igitur qui ꝓlifico illo ſemine carēt uocem hinc merito reddunt acutiorem· uiri robuſti, quoniam ſpiritu ualeant:multū aeris incitare queūt: quod cum multum ſit:lente mouetur:uocemq; efficit grauiorem· Motu enim ueloci:& tenui uocem reddi acutam iam conſtitit:quorum neutruз:ut in uiro poſſit exiſtere:accidit·

17 Cur uoces noſtræ grauiores ſint tēpore hyberno· An q aer interior tunc:& exterior craſſior eſt· Craſſior autem cum ſit:tardius mouetur· itaque uox grauior non imerito fit· Adde q ſomnolentiores hyberno tempore ſumus:quā æſtiuo:pluſq; tēporis obdormire ſolemus· Somnus autem facit:ut membris grauioribus ſimus· quo igitur tempore plus dormimus: quam uigilamus· (quod hybernum profecto eſt) hoc uocem effici grauiorem:quaз qui e contrario agitur: ratio eſt· cum enim tempus uigilandi quod interuenit : breue ſit : habitus corporis:qui inter dormiendum committitur:permanere uſq; ad ſomni repetitionem nimirum poteſt·

18 Cur ex potu:uomitu:atq; frigore uocem emittimus grauiorem· An faucibus interſeptis:quā rē pituita ſubſiſtēdo cōmittit : ꝗppe quæ aliquid fluctionis in eas detrahat:alijs uomitus , aut potus , alijs p̄ſentis temporis qualitas p obſtrictionem fauces reddit anguſtiores· itaq; delatio ſpiritus tardius agitur quæ aūt tarda delatio eſt· grauē hæc efficit uocem·

19 Cur uox grauior e propinquo magis:quam e longinquo ſentiri pōt· An q grauior plus quidem aeris

mouet·sed nequaquã in longitudinem: ergo a longe minus sentitur: quoniam per minus spatium se deducit: e propinquo autem magis· quoniaꝫ plus aeris sensorium ferit audiendi· Acuta procul ideo audiri potest: quoniam tenuior est· Tenue autem omne augeri in lõgitudinem potest· Dixerim etiam: ꝙ motio quæ uocem reddat acutiorem: uelocior est· quod fieri potest: si ut densus: sic angustus spiritus sit: qui aerẽ mouet· Naꝫ & exiguus aer mobilior est· quippe qui ab angusto moueri queat· & dẽsus plures efficit ictus: qui strepitum reddant· Licet hoc in musicis ꝓspicere instrumẽtis· Fides nãq; tenuiores cæteris eisdem substantibus acutius consonant·

20 Cur uox acutior illis esse uidetur: qui longius absunt: cum tamen acuminis ratio sita in eo sit: ut uelocius feratur: & quod longius fertur: moueri tardius soleat· An ꝙ uocis acumen non solum in uelocitate mouendi: sed obstrependi etiam nimia tenuitate consistat· Qui autem longius absunt: uocem tenuiorem excipiunt ob aeris, qui mouetur: exiguitatem· Motus enim ita marcescit· utque numerus emarcescens in unitatem relabitur: sic corpus in unicam dimensionem extenuatur: quæ tam in corpore, quam in uoce tenuitas est.

21 Cur uocem acutam, & exercitati reddũt: & debiles· an debiles, quia parum aeris mouent: parum autem, quam multum uelocius fertur· exercitati uero aerem excitant uehementius· Aer excitus uehementer, uelocius fertur· acutum autem in uoce id est: quod uelox in delatione·

22 Cur uox corrumpi his soleat: qui cibo ingesto clamitarunt· itaq; omnes, qui uoceꝫ exercent: ut histrio-

nes: saltatores: & cæteros generis eiusdem: inane, ieiunoq; ore ex:rcitationem adire licet inspicere. An uocem corrumpi non aliud est: quam membrum: qua spiritus transmeat corrumpi. Quocirca rauci quoq; uoce corrupta sunt. nō quod spiritus uitiatus est: qui uoce3 afformat: sed q̄ exasperata arteria est: quæ uehemēte cōcalefactione exasperare maxime solita est. Quamobre3 neq; qui febriunt: neq; qui uehementer febrierunt: statim cu3 febris cessauerit: cantare queunt. sunt eni3 asperis nimio ex calore faucibus. cibis autem spiritū & largum reddi: & feruidum consentaneum est: qui talis autem est: exulceret arteria3 transmeando: atq; exasperet: ratio est: quod cum inciderit: merito uox destrui potest.

23 Cur uox cum aer quidam formatus sit: & qui cū fertur: formam sæpe illam amittat: echo idest resonantia fiat. Cum enim aer uehementius in aliquod solidum offenderit: uox non dissoluitur: sed eandem expresse reciprocantem audimus. An q̄ refractio est non perfractio. sic enim cum totum p̄manet: tu3 partes ab eo duæ uniformes p̄ficiscuntur. Quippe cum p̄ similem angulu3 refractio existere soleat: itaq; uox resonandi similis primæ efficitur.

24 Cur cæterorum animalium nouella: recensq; edita uocem mittunt acutiorem: quam quæ perfecta ætate sunt. uituli autem grauius mugiunt: quam boues perfecti. An q̄ infans quoq; in genere similis fœminæ eiusdem generis est: boum autē fœminæ grauius mugiunt: quam mares: cū cætera e cōtrario agant. at uituli similiores fœminis: quam maribus sunt: ergo uocem hi grauiorem emittere debent.

25 Quam ob causa3 paleis in orchestra sparsis, cho-

ri uox minor sentiatur. An ꝓpter asperitatem. uox enim pauimēto minus leui occurrens: ut minus una: ita minor existit. quippe quæ minus cōtinua sit: quomodo etiā lux amplior resplendet in leuibus: eo ꝙ nihil impedimenti interuenit: quo interpelletur.

26 Cur sal igni ingestus mouere crepitum soleat. An quia sal parum humoris intra se continet: quod mox a calore ignis conuersum in spiritum: uiolentoq; exiliens impetu salem rumpit. omne autem quod rūpitur: mouere crepitum solet.

27 Cur pueri nonnulli ante, quam ætas ueniat: qua uocabula suo tempore explanare possint: fari incipiant: & ubi aliquid expresse dixerint: rursus obmutescant: atque ut prius degant: quousque solitū tempus loquendi accedat. quæ quidē a plerisq; portēta esse putantur. iam aliquos etiā statim cum in lucē euenerunt: locutos esse ꝓditum est. an magna quidē ex pte secundum naturam homines ꝓdeunt. itaq; illud paucis accidit. sed naturæ ratione simul hæc contingere: ac perfici solent. Quamobrem simul & audiunt & uocem emittunt: simul & intelligunt facultate audiendi: & loquuntur & explicāt. Euenit tamen interdum: ne hæc simul contingant: sed ut alij prius intelligant: quam membruʒ id absoluatur: quo loqui possumus: alij contra: qui scilicet quæ loquantur: intelligere nequeant. Quæ enim audierint: simulate eadem reddunt. sed cum tempus affuerit; utroque iam munere naturæ fungi incipiāt. Quibus autem prius sensa auditus in animo ualeant: quam membrum id absoluatur: quo primo uocem mouemus: orationemq; condimus: ijs nonnunquam: ubi iam multa intellexerint: facultas quoque

membri illius: & absolutio ꝓpere contingit: maxime quidẽ a somno: Cuius rei causa est: q' somnus data requie tum corpora tota, tum mẽbra singula facit segniora. sed fieri põt. ut uel ob aliã huiuscemodi mutationem idem eueniat. complura autẽ sunt: quæ ut efficere ualeamus: breuissimi tẽporis adiumẽto opus est: & tamen eadẽ postmodũ æque agere nequaquã possimus. Quotiens itaq; mẽbrum illud ita se habet ut liberum: absolutumq; sit: efficitur: ut quod per auditum intelligẽtiam mouit: idem cum pendet: fluitatq; in sensu: remeet: uerbumq; reddat. hinc nobis & carmina: & uocabula sæpenumero non ex uolũtate occurrunt. & quæ prius uolũtate petita diximus: eadẽ postea non uoluntarie dicimus. hinc etiam sæpe quæ nouimus: ore explicare nõ quimus. ita fieri põt: ut pueri aliquid dicant: rursusq; membrum, cui fandi data potestas est: redeat ad suam naturam: ac obmutescat: dum tempus corroborandi: absoluendiq; ultimum ueniat.

28 Cur aliqua obstrepunt: mouenturq; subito: ut arcæ, quæ nullo mouente. quod sensus nouerit: concitãtur: & crepant: cum tamen potentius esse debeat: quod mouet: quam quod mouetur. quæ eadem quæstio etiam de corruptione: ac senectute est. Quippe cum a re insensibili omnia corrumpantur: quæ a tempore pereunt: an simile guttis hoc est: & lapidibus: quos plantæ emergentes attollunt: atq; reijciũt. non enim quod ultimum actionis est: id uel attollit: uel mouet: sed hæc uniuersa continuatio efficit. qua quidem re insensibili accidit: ut motus ille sensibilis nascatur. sic etiam res contenta spatijs sensibilibus temporis mouetur: atq; in partes digeritur

insensibiles. uniuersi tamẽ & continui rõne exultat: & motus: & obitus. continuum autem illud nõ in instanti temporis: sed in tempore: quod ab instanti determinatur: situm profecto est.

29 Qua de causa oscitãtes minus audire possimus. An quod multũ spiritus effluentis inter oscitãdũ au res etiã itrinsecus subit: ut motio uel sensu pcipi pos sit: quã trudit ad aures: maximeq; post somnũ. stre pitus aũt uel aer: uel aeris affectio est. igitur cum in terior renititur exteriori illi occurrenti efficitur: ut motus interioris strepitus motum exterioris retor queat: atq; offuscet.

30 Cur pueri magis: quã uiri lingua hæsitãt. An ut etiã manibus. pedibusq; pueri minus ualemus: & infantes ambulãdi oĩno facultate caremus: sic etiam linguæ parũ cõpotes pueri sumus. & infantes uerbũ nullũ referre possumus: sed more brutorũ animãtiũ uociferamur. uidelicet causa ĩbecillitatis, quæ nõ so lum hæsitatẽ linguæ: sed etiã balbutiẽ: blesitatẽq; fa ciat. quippe cũ blæsitas sit: litterã quãdã exprimere nõ posse: eamq; nõ quãlibet: sed certã: balbuties uel litterã prætermittere: uel sillabã: hæsitas alterã al teri syllabam iungere ꝓpere non posse. Quæ quidẽ omnia imbecillitate eueniunt. Lingua enim submini strare intelligentiæ non potest. itidem etiã uinolẽti: senesq; afficiuntur ꝓpter debilitatem uiris autẽ hæc minus usu eueniunt.

31 Cur uox hominum tam metuentium: quam trepi dãtium obtremiscere soleat. An ꝙ emigrante calore cor conquatitur. Nam utrisq; & trepidantibus: & metuẽtibus accidit: ut ita afficiatur. Cũ cor aũt con quatitur: ictus nequaquã effici unus potest: sed plu

res pficiſcantur:ut e fidibus laxius ictis neceſſe eſt·

32 Cur uocem homines trepidantes grauem: metuentes acutam reddant· An ꝙ metuentibus locus cordis refrigeratur:cum calor deorſum ſe defert·ita ꝙ parum aeris excitare poſſunt:uires enim poſitæ in calore ſunt·trepidantibus autem calor loca petit ſuperiora:ut etiam pudore affectis effert idem ſeſe ad faciē· cuius indicium eſt:quod plenius erubeſcunt: reſoluit igitur:multumq; aeris,quo loquimur:efficit·hic autem tarde propellitur·tardum uero non niſi graue in uoce eſt·

33 Cur nox ad audiendum aptior eſt:quã dies·Vtrũ (ut Anaxagoras ait:) ꝙ aer interdiu ſtridet a ſole cõ calefactus:& obſtrepit:noctu requieſcit·utpote cum omnis calor abfuerit·Tunc autem quæq; audiri melius poſſunt:cum nullus ſtrepitus eſt·An ꝙ p ianius facultas audiendi amplior:quam plenius datur· Eſt autem aer interdiu denſus:ut qui luce,radijſq; refertus ſit·noctu autẽ rarior:ꝙ ex eo ignis,& radij deceſſerũt:quæ corpora eſſe dixeris·An ꝙ corpora multifariam interdiu uim intelligendi diſpertiuntur:in q; res uarias deducunt·itaq; clara audiendi eripitur ſenſio·Et eo,ꝙ omnia die magis,quam noctu agimus ipſa quoq; intelligentia negocijs corporis impedita eſt·ſenſus autem ubi ſeiunctus ab intelligentia eſt: laborem uelut inſenſibilem habet·Vnde dictum mẽs uidet:mens audit·At uero noctu cũ noſter intuitus omni ſit munere liberatus·magiſq; intelligentia requieſcat:meatus aurium uel amplius patẽs:uel nibilo minus,quam die ut capax ſonorũ pariter eſt:ſic melius eoſdem ſonos referre ad intelligentiã poteſt·quoniã nec ipſa intelligendi uis quippiam agat:nec ab aſpe·

ctu tentetur: ut fieri interdiu solet.

34 Cur omnes, qui humore prolifico uacant: ut pueri: mulieres: decrepiti: & spadones uocem reddunt acutam. Viri autem, qui firma ætate sunt: grauiorez: An propter membri imbecillitatem: quod mouere aerem solet. Mouet enim exiguum aerem: quod imbecillum est. exiguus uelotius fertur. quod uelociter fertur: acutum est. an q primus meatus: qua uox pmeare solet: omnibus semine uacuis pusillus est. itaq; exiguum proficisci ab eo potest: quod aera moueat: exiguum uero cum sit: uelociter p amplas superiores fauces fertur. At uiris ætate uigentibus hic amplior habetur: ut etiam, qui ad testiculos pertinet. itaque aer plurimus est: qui inde propellitur. tardior ergo cum transeat: merito grauior reddi potest.

35 Cur homines lingua hæsitantes loqui nequeāt uoce submissa: An q offensaculo quodam uox sistitur: retineturq;. Sed cuz non pares requirantur uires: aut similis motus: cum quicquam impedit motum: cum q non impedit: enitendum omnino est. uox autē motus est: uocemq; altiorem solent emittere: qui pro uiribus conantur. Ergo cum expellendum quod obstat: enitendum sit: altius eos loqui necesse est: qui linguæ huiusmodi uitio tenentur.

36 Cur ijdem illi trepidantes magis, quā uinolenti: hæreant lingua. An quoniā affectus hic, similis generi stuporis: quā apoplexiā uocamus parti interiori cuipiā tribuendus est. quā ptem mouere nequeant impedientem propter suam refrigerationem. Vinū igitur, quod sua natura calidum est: refrigerationē tollit: trepidatio facit. Est eniz trepidatio metus quidā. metus autem refrigeratio est.

37 Cur strepitus extrinsecus magis intus auditur: q̃ intrinsecus foris. An q intrinsecus cum uasta, immẽsaq; adeat spacia: discerpitur: dissipaturq;: ut ps eius uel minime, uel minus sentiri possit. Extrinsecus uero cum uox sese in locum arctiorem, stabilioremq; aerem conferat: uniuersa ingreditur. itaq; cu3 maior sit non immerito melius potest audiri.

38 Quam ob causam, qui lingua hæsitant: melancholico habitu constant. An q propere sequi imaginationem: non nisi esse melancholicum est. hæsitãtes autem illi tales proculdubio sunt: impetus nanque dicendi præuit: anteceditq; facultatem eorum: utpote cum animus uisa sequatur. balbis etiam idem accidit hos etenim omnes membra uoci accommodata tardiora habere certum est. indicium uero, q tales uinolenti redduntur. cum suas maxime imaginatiões: nõ rationem sequuntur.

Cur porrum psit ad uocem sonoram. nam & perdici commodum eadem in re nouimus. An q allium quoq; elixum delinit: & quidem porrum lentitiam quandam obtinet: quæ fauces detergere possit.

40 Cur cætera aialia uocẽ tum acutiorẽ emittunt: cũ ualidiora sunt. homo autẽ cũ inualidior est. An q homo inualidus exiguũ aera mouet. aer exiguus uelociter pmeat: uelocitas strepitum reddit acutiorem.

41 Cur melius audimus: cum spiritu3 retinemus: quã cum reddimus. itaq; minus spirare in uenatione præcipitur. Vtrum q per uenarum elationem uis sentiendi locum petit superiorem: cum enim dormimus deorsum se defert: & crebrius tunc reddimus: quam ducimus spiritum: minimeq; audire ualemus. An etiã sanguis cum reddimus spiritum: ascendit. itaq;

pars superior impletur·cum tamen per inane audi=
mus·An ꝙ efflatio strepitus quidem est·hic autez ex
spirando eueniens uim obtundit audiendi·

42 Cur sal exiguus ocyus crepat:& exilit·uehemen
tius autem & crepat & exilit:qui plenior est · An
ꝙ exiguus rumpi celerius potest·haud enim multuz
id ē:quod subeat ignis oportet:cum sal ipse totus exi
guus sit·plenior autem ille lentius domatur:qđ plus
negocij est magnum disrupisse : quam paruum· cre=
pat paruus parum : quia paruus inuehitur ictus:ma
ior magis,quia magno agitur ictu:crepitus aūt ictus
est·quod etiam robustius est: magis exilit :quoniam
minus cedit·

43 Cur si salem eadez magnitudine,qua modico igni
ingestus crepet:nimio inieceris igni:uel nihil,uel mi
nus crepabit·an ꝙ prius ab igne corrumpitur: quam
rumpi possit ·comburitur enim humor:ꝙ cōsumptus
est:crepat ꝙ discissus,disruptusq; est·

44 Cur oscitantes minus audire ualemus·an ꝙ spiri
tum intercludimus:qui se ad aures trudat indicium,
ꝙ strepitus in auribus nascitur:cum oscitamus :cir=
cunuentus autem,interclususq; illis spiritus facit·ut
minus audiamus:ad hæc uox oscitantibus quædā ori
tur:quæ uim audiendi interpellare potest:& com=
primi uero aures necesse est·quotiēs corpus se distrá·
bit,atq; intendit·

45 Cur uox cum apta sua natura sit in sublime effer
ri:ut quæ aer quidem sit:non inferius sursum:sed su=
perius deorsum melius audiri potest· An ꝙ uox aer
quidam iunctus humori est:qui pōdere humoris gra=
uescens deorsum labitur:non sursum effertur·humo=
ris nanq; secundū naturā interest·ut deorsuz feratur

itaq; ab imis sentiri plenius potest· an hoc uoci dũtaxat animalium reddi debeat·hæc enim non sine humore profluit·illud uero accidere nimirum uel in cæteris omnibus strependi generibus nouimus·ergo ut uisus si superius deorsum prociderit:sursu; uersus reflectetur:sed si inferius sursum pertenderit: deorsum se flectet:sic uox quæ sua natura cogitur:sursum ferri:ubi aeri sibi aduerso occurrerit:cum per uim nequeat eum propellere:qui & amplior & grauior ẽ reflexa in partem aduersam deorsum se defert·Itaq; aer,qui ore motus procurrerit:retorquetur·& ad ima collapsus sentiri inferius magis potest·tale etiã est:quod in resonando fieri solet:uocis enim reflexus in partem contrariam agitur·

46 *Cur uinolentis potius,q̃ sobrijs frangi uox soleat:an repletio facit:ut uox celeriter frangi possit·cuius rei argumentum:ꝙ neq; choreæ·neq; ludi omnes statim a prandio·sed ieiuni uocem exercere cõsueuere·cum igitur uinolenti impleti sint:merito uoces eorum potius frangi solent·*

47 *Cur uocem acutiorem longius audire possumus· an ꝙ uocis acumen uelocitas est:moueri autem ocyus solent:quæ uehementius feruntur:hæc longius ferri possunt·*

48 *Cur spiritu retento melius audire ualemus·an ꝙ respiratio non nihil strepitus mouet:merito ergo tũc melius sentimus:cum strepitus minus est:minus aũt strepitus tum est:cum spiritum retinemus·*

49 *Quamobrem lux quæ tenuior:& uelocior : & deductior est:corpora penetrare densa nõ potest:strepitus autem potest·an ꝙ lux directo itinere fertur· itaq; siquid recte illi profluentiæ lucis obuiũ sepiat:*

lucem penitus discludi necesse est. at strepitus, quia spiritus est: ferri non recte etiam potest. itaq; efficitur: ut strepitum sentire undiq; licet: non eum tantũ qui se recte nostris auribus obtulerit.

50 Quare qui rident: uocem grauiorem emittunt. q̃ flent acutiorem. an ꝙ corpore intento uox acuta depromitur. infirmum autem: quod acutuꝫ est. Quæ utraq; in flentibus inesse potius nouimus. sunt enim & intentiori corpore & infirmiori.

51 Quamobrem cum uox aer quidam formatus sit: & sæpius dissoluatur: cum fertur: echo, id est resonantia fiat: icto eiusmodi aere in solidum quippiam uox ipsa nõ dissoluatur: sed expresse eadem percipi possit. an ꝙ aer refrangitur. ideoq; totum a toto proficiscitur. Tu'n etiam affectus hic non nisi de re simili existit. Quippe cum aer reflecti de aere soleat in cauo non de cauo.

52 Quamobrẽ cũ simul uocẽ multi emittũt: minusq; tantũ, quantũ singuli reddit: multorũ uox illa neq; parem uoci unius offert sese: neq; longius ꝓ rõne deducit. An ꝙ singuli ꝓximũ aerem ꝓpellunt. nõ eundẽ: nisi paulo tenus: qd simile euenit: ut si multi q̃deꝫ ꝓijciãt lapidẽ: sed singula: aut magna eorũ pars mittat diuersũ. neq;. n. ibi lõgius: aut ꝓ rõne lõge lapis ullus deueniet: neq; hic lõgius cũctorũ, q̃ unius uox poterit audiri. uox eteni tanta nõ unius ẽ: sed multoruꝫ recte igitur ꝓpinquo uox multa esse uidetur: qñq̃deꝫ lapides quoq; illi multi: ita uideri: atq; idẽ asseq. possũt. at e lõginquo plus, q̃ singulæ sint: sentiri nõ põt.

53 Cur trepidantes uocem reddimus grauiorẽ: metuẽtes autem acutiorem. quanquã etiã pudor genere metuendi continetur. An multum inter se affectus hi

distant. Quos enim puduit: erubescunt. trepidatio autem pudor quidam est. Qui uero metuunt: pallent: constat igitur calorem in metu partem superiorem deserere: ut parum aeris prae sua exilitate mouere spiritus possit: uelociter autem ferri potest: quod exiguum est. uocis uero uelocitas non nisi acumē est. ijs contra, quos puduit: calor partem superiorem id est pectus petere solet. cuius rei indicium erubescens facies affert: ampliorem autem aerem amplior potētia mouet: Tardius uero omne fertur: quod amplius est. tarditasque in usu uocis non nisi grauitas est.

54 Quae causa est: ut lingua haesitantes aliqui fiant. An membri: quo loquimur: refrigeratio causam habet. & tanquam stupens: & attonitum membrum id est. itaque uino: continenteque oratione concalefacti uerba facilius possunt copulare.

55 Cur homo solus ex omnium animantium numero lingua haesitans oritur. An quod solus compos sermonis est: caetera uocem tantum obtinent. Qui autem lingua haesitant: uocem quidem producunt: sed uerba copulare, sermonemque condere nequeunt.

56 Cur sobrij tempore hyberno uocem acutius mittimus: uinolenti autem aestiuo grauius. An uox acutior, quae uelocior est. uelocior autem quae corpore intento se promit. Sobriorum uero, hyemeque corpora magis constant: quam uinolentorum: aestateque calores enim, teporesque corpora resoluunt: atque elassant.

57 Cur homo solus omnium animantium lingua haesitans prouenire potest. Utrum quod etiam mutus solus existit: linguae autem haesitatio mutitas quaedā est. nec mēbrū, quo loquimur: absolutum habetur. An quod homo solus compos est: sermonis: caetera autem

uocem duntaxat sortiuntur. linguæ autem hesitatio, ut nomen declarat: unum non est: nec promptam, cõtinentemq; parit orationem.

58 Cur homini uox serius perfici solet quam cæteris quibus data est uocis proferendæ facultas. an φ uocis humanæ genera, & discrimina quã plurima sũt. cætera enim animantia litteras, uel nullas, uel paucas exprimere possunt. Quod autem summæ uariũ, plurimisq; distinguendum differentijs est: id tempore longissimo perfici necesse est.

59 Cur cæteræ speciei eiusdem animantes uocẽ fundunt eandem. homines autem uariam: & multiplicem agunt. An hominum etiã uox una est. multa autem genera loquendi.

60 Sed cur communis hæc una hominum uaria est: cæterorum autem simplex. An homines multas proferre litteras possunt: cætera uel nullam, uel duas: aut tres exprimunt insonas: quæ uocalibus iunctæ locutionem conficiunt. oratio autem non uoce: sed uocis affectionibus significando absoluitur. At uocis affectiones litteræ sunt. Quinetiam pueri non secus, ac bestiæ suas exprimunt appetitiones. utpote q̃ nõdum proferre litteras possunt.

61 Cur aspectus corpora penetrare solida nõ potest: uox autem potest. an φ aspiciendi delatio simplex ẽ: quæ per directum profluere soleat ad lineam: cuius rei indicium solis radius est: & φ nisi regione cernere non possimns. uox autem motu multiplici ferri potest. Quippe cum undique liceat audire. Quotiens igitur aspectui directus ille ipeditur ꝓgressus: eo scilicet, φ res obiecta meatuum. incondita, siue indisposita turba constipatur: transpicere nequit. at uox

quoniam quoquo uersus pfertur: omnia preptat: penetrat: translapsa audiri undiq; potest. in humoribus tamē facultas transpiciendi oculis data est: uoci autem nulla: uel minima. quanquam humor, tenuior quā terra: est. quoniam humoris meatus parui: densi, cōtinuatiq; sunt: ut minime aspectus ipediatur: quo minus tramite directo ingredi possit. Hæc eadē causa est: cur etiam per uitrum: quod densissimum est: transpicere liceat: per ferulam, quæ rara: solutaq; est nō liceat. in altero enim meatus respōdent inter sese: in altera uariant. Nec quicquam iuuat amplos esse meatus: nisi recte ad lineam positi sint. Vox autem minime in aqua sentiri potest. quoniam minus aqua inanit: quam ut aerem capere, uocemq; transmittere possit. Vox enim aer quidam est. haud eni omne rarius permeari se patitur: nisi etiam meatus ei respondeant: quod pmeare conetur: & congruant: ut uis etiam colligendi, & contrahendi sese deest. nisi meatus capaces corporum sint. quanquam quod rarum est: molle est. & tale: ut in seipsum coire possit. Verum nonnulla præ nimia suorum meatuū angustia colligi impediuntur: ut uitrum. Quippe ut flecti: contrahique non queat: quamuis rarius ferula est: quam ratione prædicta. Vt etiam aqua: & quicquid aliud generis eiusdem. Vnde illud quoque palam fit: nō quod rarius raro: molliue uel eodem: uel proximo est: id magis in seipsū colligi posse: & adduci: causa enim omnibus eadem reddenda est.

62 Cur uox quāuis minor reddatur adimēdo: speciē tamē seruat eādem. An q cū his ipsis miscetur: quæ dempseris. Res aūt mista nō partim est: partim non

& trepidantibus hominibus: & metuentibus: & rigentibus causam uocis tremulae afferre credendũ est. Cum enim qui uocem ita emittit eius calor pulsus ab affectibus illis intro se colligat: maxima ex pte reliquum, quod exiguum extat: uocem cõtinere non põt. Quapropter quatitur: atq; intremit. unde artium liberaliũ pfessores: qui se solitos trepidare nouerunt: principio agunt uoce submissa: dũ resideant: & stabiliantur. uocem enim exiguam uincere continereq; facilius possunt.

Eorũ, quae ad res bene olidas ptinent. Sectio. XII cuius quaestiones. XII

1 Cur suffimẽta omnia minus e ppinquo sentire possimus. Utrũ q odoris delibatio aere tẽperata ualidior redditur: ut myrrha medicinalis suauior est. an cõtra agitur: ut ignis ui sua cremãdi tollit odorẽ: qui per suffitum effluat. & quidem apud carbones ipsos nihil redolent: longius uero purius: tenuissimumque feratur: quod oleat.

2 Cur odores tam suffimẽtorũ quã florũ minus suaues e pximo sentiãtur. Utrũ una cũ odore terrae quoq; particulae pdeunt: quae prae suo pondere ante currunt: quã ad sensum odor deueniat. itaq; longius ille syncerum se offert: an neq; cum principium proximum est: neq; cũ admodum semotũ odor abunde effluere põt. Nam si pximum nondũ large emanat: si remotissimum: discerpitur.

3 Arbores reddi odoratas aiunt: in quas coelestis arcus decubuit. Utrũ uerum hoc sit: an falsum. Et si uerum: quam ob causam ita eueniat. ergo nec omnes arbores: nec semp aliquas odorem ita acquirere palam

est·Etenim sæpe arcus cœlestis constitit: & tamen arbores nihil odoris spirarunt: quod quidem sensum mouere posset ·cumq; odor contrahitur: (accidit eni; id aliquando: itaq; narratur) non in quaq; materie contrahi potest·causa uero per accidens ad arcũ refe renda est·præsertiz si arcus ipse nulla natura sit: sed obtuitus refrangendi tantum affectio· Prouenit au= tem odoris ille affectus: (ut dictum iam est) nõ qua= litercunq; se materies habeat: (neque enim in uiridi neque in arida: sed in usta post aquam: quæ arcui su peruenerit) certam reddi suauitatem odoris pasto= res referunt: maximeque ubi aspalathus: aut etiam rhamnus est: & genus ex ijs aliquod: quorum flos suauiter olet· Ratio autem odoris eadem est: quam etiam de terra animaduertimus · hæc enim cũ feruet atq; inuritur: quod ediderit: principio bene olet· Eni uero quæ parce humido quẽdam in modum recalue= rint: odorata redduntur·humor enim concoqui calo= re nimirum potest·Qua de causa totius quoq; orbis terrarum: quæ ad solem orientem spectant: odoratio ra exurgunt: quam quæ ad aquilonem· Et eorũ ipso= rum: quæ ad ortum plus uergunt: quã quæ ad meri= diem·eo ꝙ loca Syriæ: & Arabiæ pleniora sunt: at= q; terrenosiora: Africæ uero arenosa: siticulosaq;·nec enim humorem nimium inesse oportet: (concoqui nã que nimius non potest:) nec nullum·sic enim nullus uapor inde extringi potest: quod uel in ea materie so let accidere: quæ & nuper combusta sit: & tale ha beat genus: ut secũ odoris ferat suauitatem: quæ qui= dem res floribus declarari potest ·odor enim in eos transmittitur·Sed fieri putant in ijs: quibus cœlestis arcus institerit: quoniam nunq̃ id sine aqua effici po

test. Cum enim materies immaduerit: caloreq; inte-
riori concoxerit: respirare iam incipit: uaporemq; in
ter se conceptum emittit. nec uero aquam nimiam ac
cessisse oportet. eluit enim: atq; extinguit calorē ab
igne iniectum: quæ nimia uenerit. quæ autem aquæ
post arcum solent incidere: non multæ: sed semp pe
ne mediocres adueniunt: & si plures constiterint
arcus: aqua non large: sed sæpe: & parce accedit.
Quãobrem non immerito: cũ hoc ita fiat: qui rem in
signem præter arcum nullam aspicerent: causã odo
ris illi attribuere.

4 Cur flores: & suffimẽta suauius e lõginquo olẽt:
e ppinquo autem herbã alia potius redolent: alia fu
mum. An quia calor qdam natura odoris est: odora-
taq; omnia calida sunt. calidũ autẽ quodq; leue est:
itaq; cũ longius pmeant: odorem deferunt suum se-
cretiorem: uendicatũq; ab cæteris tum foliorum: tum
fumi: qui uapor aqueus est: odoribus: qui comitentur
eum ipsum. An cum in propinquo sunt admista illa:
cum ijs una redolent: quibus inhærent: atq; ita odo-
rem deprauant.

5 Cur omnia plenius olent: cũ mouẽtur. An q excí-
ta plus aeris implent: quã quiescentia. itaq; ocyus ad
sensum nostrum odor transmittitur.

6 Cur tẽpore hyberno minus olfacere possumus: mi
nimeq; p gelu: & glaciem. An q aer a frigore imo-
bilior redditur: itaq; motus non æque pficisci a cor-
pore odorato potest scilicet ppter difficilem deliba
tionis motũ: & aeris: quo inuehitur.

7 Cur acrius aromata olẽt cinere suffita: quã igne:
& plenius: ac diutius suum seruant odorem: cum ci
nere suffitur. An q in cinere minus cõcoqui odor po

test. itaque plenior est. Ignis autem, quod celeriter uires eorum domat: & concoquit: odorem cõmutat. Concoctio enim rei concoquendæ commutatio est: siue alteratio.

8 Cur rosæ suauius olent: quibus umbilicus asper: quam quibus leuis. An quod suauius olent: quæ modum consecuta sunt suæ naturæ. Rosa autem spinosa natura est. ergo suauissime ideo olent: quod magis secũdum naturam constiterũt.

9 Cur odores e proximo minus suaues tã suffimẽtorũ: quam florũ spirant. An quod portio terrena una cũ odore se defert: quæ ut in proximo mista uim hebetat sic in longinquo prona defertur: ac decidit. Hinc etiã flores cõtusi suum amittunt odorem.

10 Vtrũ odoris natura fumus sit: an aer: an uapor. Hæc enim inter se differũt: quã alterũ ab igne: alterũ & sine igne effici potest: & utrum a sensu aliquid in res odoratas proficiscatur, an ab illis in sensum: quod aera proximum moueat. At si ab illis aliquid delibaretur: minora certe ob eam rem reddi oporteret. nũc autem quæ odoratissima sunt: hæc potissimum eadẽ uidemus educare.

11 Cur aromata cinere suffita acrius olẽt: quã igne. An quod in cinere minus cõcoqui odor potest. itaque plenior est. multũ ergo partis quoque terrenæ respiratur: fumusque redditur. at ignis terrenum propere illud rapit. itaque odor purior: ac syncerior sine ullo fumo ad sensum deuenit. Vnde etiã fit: ut flores triti hebetius oleant. partem enim terrenam ut contritus mouere potest: sic lentus calor absumere non potest.

12 Cur omnia odorata tam semina: quam plãtæ urinam ciere possint. An quod calida: & tenuia sunt: tale

autem quodq; urinā citat·celeriter enim calor indi·tus ille extenuat·nec odor ipse aliqua corpulētia con cretus est·Nā & quæ nō bene olēt:uelut allia:ui sui caloris urinā mouēt·Vel potius uim resoluēdi:lique=faciēdiq; obtinent·calida uero semina·quæ bene olēt ideo sunt:q̄d odor oīno calore efficitur: fœtida sane incōcocta sunt·Nec solū calida:uerū etiā plene esse cōcocta debēt:quæ ꝓuocatura urinā sint:ut una de=scendendo humores possint extenuare·

13 Cur uinum dilutum olere ocyus desinit:quam me rum· An ꝙ dilutum imbecillius mero est·quod au=tem imbecillius est: ocyus a quocunq; mutatur:quā quod ualidius· Tum etiam uinum dilutum facilius affici potest: quam merum· quod autem affici fa·cilius potest: id & recipi a quouis:& recipe quod=uis facilius potest· ita fit ut merum odorum:dilutū inodorum sit·

Eorum:quæ ad res male olidas Sectio·XIII· cuius quæstiones· XII·

1 Vr fœtidior urina redditur: quo diutius in corpe manserit:stercus aute3 minus·An ꝙ stercus:quo diutius retētum sit: eo ma·gis siccatur·q̄d autem siccius est:minus id putredini patet·urina cōtra effici crassior solet:recēs q; potioni ingestæ similior est·

2 Cur esculenta male olida minime his olere uiden tur:qui illa ederunt·an ꝙ olfactum peruium ad pa·latum habemus:idcirco sensus hic propere impletur itaq; nec interiorem odorem æque amplius percipe re potest· Principio enim omnes sentire queunt: ubi autem tetigerunt:non insuper possunt·quasi iam res cōsociata:natiuaq; reddatur:& exterior similis

ille oblatus delitescit obtentu interioris.

3 Cur flores contusi deterius olent. An q pars terrena, quæ flori inhæret: odori pmiscens sese: uim hebetat odorandi.

4 Cur animantium nullum suauiter olet: excepta panthera: quæ etiam ipsa non nisi bestijs ita olet. ferunt enim suauem illis olentiã ab hac respirari. Stirpium autem multæ: & integræ bene olent: & corruptæ: ac aridæ magis: magisq; suauem reddunt odorẽ utrum q mali odoris causa cruditas quædam excrementi est. Quamobrem sudores etiam aliqui: atq; aliquando ita olent: sed e morbo maxime uitiãtur quibus tales esse non solent: & flatus etiam: ructusq; crudorum fœdius olent. quam eandem causam de cæteris quoq; pportione animaduertisse oportet. pportione inquam: q animalium carne uacantiũ generi æstimandũ aliquid est: quod carnis uice habeatur. nam excrementum crudum: uel in hoc esse nouimus. Hoc igitur & uiuis causæ fœdi halitus est: & mortuis cum putrescit. Quamobrem pingue: os: pilus: fœdum nũquam reddunt odorem: scilicet illaʒ ob causam: q pingue concoctum est: ossa: & pili humore uacant. At genus plantarum nullum intra se contrahit excrementum. an etiam plantis aliquid inest: sed quia sicca: & calida sunt natura: humor eorum non feculentus est: sed concoqui expeditius potest. Constat hoc etiam plagis terræ: quæ ut feruentiores: sic odoratiores sunt: ut Syria: ut Arabia: & muneribus earũdem regionum: quæ sicca: & calida nouimus: hoc idem pbare potest. nullam autem sentire putredinem possunt: quæ huiusmodi sunt. at animalium genus tale non est. itaque excrementa eius

cruda, fœtidaq; sunt flatusq; itidem olent: pemptis quoque animantibus humor putret: plantis minime quippe cum humore plantarum genus haudquaquã redundet·

5 *Quam ob causam res male olidæ grauius olent: cũ calent: quam cum frigent· An ꝙ natura odoris uapor quidam, & delatio est: quæ calore existunt· motus etenim quidam sunt· calor cutem mouendi uim obtinet· frigor contra: efficit ut res consistat: & contrahatur· deorsum etiam refrigerata omnia ferũtur· calor autem, odoresq; omnes sursum feruntur: tũ qa siti in aere sunt· tum quia sensorium eorum supra, nõ infra habetur: quippe cum odor ad cerebrũ penetrãs mouere soleat sensionem·*

6 *Cur siquis allia ederit: urinam redolentem allium reddet: cu; tamen alia pleraq; odoris uehementioris ingesta: nihil in suã qualitatẽ urinam possint cõuertere· Vtrum ut quibusdã scholæ heracliteæ placet: q̃d sicut in uniuerso: ita etiam in corpore nostro expiratur: deinde uapor denuo cõcrescit: utq; ibi humor: sic urina hic est: exhalatio aũt alimenti ubi reuertit: unde ꝑdierat: odorẽ eundẽ nõ immerito recipit: quippe quæ illud reddat: in quod sese cõmutarit· an si ita eẽt cætera quoq; idẽ facere deberent: quæ uehementẽ spirant odorẽ· Nunc aũt nullũ hoc posse efficere nouimus: ad hæc uapor, qui postea cõcrescit: nõ ad statu; pristinũ redit· Verbi causa si uapor uini exhalarit: non postmodũ in uinũ concrescit: sed in aquã· ita falsum id etiã illi referunt· ergo alliũ solũ ex omniũ numero, quæ odorem simul & uehementem: & urinæ mouentem reddunt: inflare uentrem inferiorem potest· cætera enim, uel sursum mouere spiritum so-*

lent: ut radicula: uel urinam citare non queunt. Aliũ uero tria nimirum hæc facit: ut & urina augeatur: & spiritus excitetur, isq; deorsum, non sursum: quæ quidẽ situs uesicæ testiculorumq; ideo sentit: q & in uicino est: & spiritui opportunior habetur: ut tẽtigo abunde declarat. Constat igitur ut excrementũ allij omnium maxime huiuscemodi ad uesicam possit una cum spiritu deuenire: q permiscens sese odorem plene urinæ committat.

7 Quam ob causam ora hominum, qui nihil ederint sed ieiunarint: grauius olent: quod ieiunam graueolentiam appellant: eorum autẽ, qui aliquid ederint non olent: cum tamen eorũ magis olere debeant. an q uentre inani, minusq; agitato aer factus calidior: spiritum, excrementaq; pituitosa sua imobilitate putrefacere potest. calidiorem autem affici argumentũ est: q uel sitim parere ieiuniũ solet. at ubi ederimus: odor ciborum grauem illam olentiã offuscat: ut maior minorem. calor enim ciborum calorem præcedentem illum exuperat ita: ut nihil affici possit.

8 Cur alæ omnium maxime partium nostri corporis male olent. Vtrum q omnium minime respirare possunt: malus autẽ odor locis huiusmodi contrahi maxime solet. quoniam putredo quiete interioris qualitatis consistit. an ideo q immobiles, inexercitatæq; habentur.

9 Cur homines, qui uirus redolent hirci: fœdius oleant: cum se odorifice unguentarint. an hoc in multis accidere solet: uelut cũ acido dulce cõmistũ ẽ: dulcius totũ exultat: tum etiam oẽs post, quã sudarunt: grauius olent. unguẽtum autem concalefaciendi uiñ habet. itaq; sudorem potest prouocare.

10 Cur hominum incuruorum, gibborumq; halitus grauior, ac fœdior est: an q; locus pulmoni accõmodatus, conclusus deflexusq; a sua proceritate est. ita q; spiritum transmittere expedite nequit. sed euenit ut uapor, ac spiritus amplius interclusus putrescat.

11 Cur magna pars sudori permista male olet: aliqua uero suauior redditur: aut nihil deterior. an quæ motu, tractatuq; commutari solent: hæc deteriora redduntur: quæ autem eadẽ persistere possunt: hæc sua uius redolent. at sunt quæ resistere queunt: quo modo etiam florum quibus odores conficimus: alij contusi, uel concalefacti, uel excitati exolescunt: ut uiolæ albæ: alij sibi similes ut rosæ: & unguentorũ igitur, quæ ex floribus huiusmodi sunt: commutari utiq; possunt: quæ non sunt: nequeunt. unde rosaceũ cõmutari minime nouimus. & quidẽ quo sudores fœdius olent: eo grauius unguentum quoq; redolere uidetur. quoniam rei sibi contrariæ se permiscet. ut mel cum sale non magis: sed minus dulce sentimus.

12 Cur oĩa plenius olent: cũ mouentur. an q; aera implent. itaq; odor citius ad seipsum reducitur.

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinent: Sectio. xiiij. cuius quæstiones. xvi.

1 Cur efferis & moribus, & aspectibus sunt: qui in nimio uel æstu: uel frigore colunt. An eadẽ causa est optima enim temperies non corporis solum: uerum etiam intelligentiæ hominis prodest: excessus autem omnes dimouent: & ut corporis, ita etiam mentis temperamentum peruertant.

2 Cur frumentum in ponto frigori expositum diu re

aer bétur:palustribus ipurus:idcirco semp emarcescit·

8 Cur timidi sunt:qui loca feruida incolunt: fortes qui gelida· An quod natura contra,quam loca & tempora,se habet·quoniam si se similem ageret:cito periret·sunt autem fortes:qui calida sunt natura ·timidi qui exangues refrigeratiq; sunt·fit igitur:ut qui loca inhabitāt calida:refrigerentur:qui frigida :concalescant·utriq; tamen corpore magno adolescunt : eo quod qui frigida colunt:insito calore abundant:qui calida,calore loci refouentur quippe cum in calidis et a calore incrementum sequatur:frigus aūt uiз astringendi,constipandiq; habeat:cum igitur alteri principium inter se uehemens augendi obtineant : alteri nullo extremo frigore impediantur : merito utrique augeri possunt plenius·Homines nostræ regionis augeri ideo minus possunt:quod & principium illud i se imbecillius continent : & frigore aliquantisper constipantur·

9 Cur diutius uiuunt:qui locis calidis suam degunt ætatem· An quia natura sunt sicciore·firmius autem diuturniusq;:quod siccius est· mors autem putredo quædam est·an quod mors caloris interioris refrigeratio est·refrigerari autem oīa solent ambientis aeris qualitate·qui ut locis calidis calet:sic frigidis friget itaq; interiorē calorē ocyus:magisq; corrumpit·

10 Quam ob causam qui calida loca habitant:uiuere diutius possint·an quod humorēз,caloremq; amplius seruant:quarum rerum interitus mors est·

11 Cur locis palustribus effici somnolentiores solemus·an quod magis in his ipsis refrigeramur ·refrigeratio aūt cum requies quædam sit:somnum nobis conciliat:qui inter quiescendum solet accidere·

12 Cur qui in nauibus degunt: quanuis in aqua, colo ratiores tamen sunt: quam qui in paludibus. An lo ca commodæ aspirata coloris præbere hilaritatē pos sunt: pallidos autem humor efficit: cum putrescit: qꝛ euenire immobilitatis causa solet: quamobrē; suppal lidi sunt: qui loca palustria colunt.

13 Cur locis hybernis æstus fieri uehemētiores, quam tepidis soleant. utrū ꝓpter nimiū aeris humorē. enim uero caloris opera eiusdē aqua: reddi potest calidior quam aer. ergo aer quoq; humidior acrius, quam te= pidus ille recalescere potest. an non calidior aer locis huiuscemodi est: sed esse ob uehementiam qualitatis contrariæ uidetur. quomodo sol cu; e nube illuxit: ca lidior esse ob contactum umbræ uidetur.

14 Qua de causa qui meridiem uersus habitant: ni= gris oculis potius nascuntur. an qꝛ ut oculi cæsij calo ris interioris exuperantia redduntur: sic eiusdem ab sentia nigri efficiuntur. ut Empedocli etiam placet. ergo quemadmodum qui aquilonē uersus positi sunt: oculis cæsijs ideo nascuntur: qꝛ calor interior efflui= a frigore exteriori uetatur: ita qui ad meridiem uer= gunt: continent quidem suum humorem propter ae= ris circunfusi teporem obuium: sed calorem contine= re non queunt. qꝛ nihil extrinsecus est: quod obsepiat atq; arceat: itaq; humor, qui relinquitur: nigrescit: lucis enim absentia omnia offuscari, opacariq; solent an reliqui corporis colorem oculoru; color imitatur. itaq; qui aquilonē uersus inhabitant: ut ipsi albo cor pore sunt: sic oculos quoq; cæsios habent. hic etenim color prope album est: & qui ad meridiem sunt: ut ipsi nigri, ita etiam oculos nigros sortiuntur.

15 Cur locis calidis homines sapientiores sunt: q̃ fri

gidis·utrum eadem de causa, qua etiam senes, q̃ iuue nes sapientiores·etenim qui sedes frigidas habent: fri gore loci obsistente longe calidiores, q̃ sua sint natu= ra: redduntur: itaq; uinolentis admodum similes esse uidetur · nec ingenio ualent: quo prospiciant: rerũq; rationes inquirant·Sed fortes: fidentes, sperantesq; sunt·contra qui loca calida habitant: sobrij propter ea sunt: quia possunt satis refrigerari·Fit autem qua q; in re: ut qui metuunt magis: q̃ qui confidunt: ue= lint inquirere·Itaq; magis ualeant inuenire· An q antiquius genus hoc hominum est·cæteri enim eluuie perierunt: ita ut tanq̃ iuuenes sint ad senes: qui loca habitant frigida: ad eos, qui calida colunt·

16 Cur timidi, qui loca habitant calida: fortes q̃ fri= gida·An q natura contra, quam loca, & tempora se habet·Quoniam si se similem ageret · periret breui fortes autem sunt: qui natura calida constant·timi= di, qui frigidi sunt·Accidit ergo: ut qui calida colũt: refrigerari nimirum possint·Cum enim solutum·ra= rumq; corpus eorum sit: calor foras profluere potest qui autem in frigidis sedent: sua concalescunt natu= ra: q a frigore exteriori caro densetur: cuius densita te calor colligi intus potest·

Eorũ, quæ ad res mathematicas pertinent: et ad cœlestia·Sectio·xv·cuius quæstiones· xij·

1 C Vr linea de angulo ducta in angulum, so= la ex omnibus, quæ figuras rectis constan tes lineis bipartito secant: diameter uocita ta est· An q diameter, ut nomen designat: duas in partes figuram æque dimetiendo digerit nihilo de= struens: quod subiacet mẽsurãdũ·ergo quæ p cõmissu ras, hoc est angulos diuidit: appellanda diameter est

plius meminisse modo puerorum non potest: neque usum habet rerum multarum.

4 *Quamobrem cum sol eodem cum uigore feratur non pari tempore idem incrementum: decrementumque umbrarum exultet. An quod anguli: quos radij sub aequis circunferentiae spatijs ad res cōspectas efficiūt aequales inter se omnes consistunt: quod si illi aequales sunt: eductos quoque inde aequales esse necesse est. scilicet quos radij faciant in triangulo, qui radio primo: & re conspecta: & umbra continetur at si anguli aequales inter se sint: radium ab re cōspecta: & prolapsum longius maiorem esse ꝓpinquiorem necesse est. quod ꝑ certo recipimus. igitur totam circūferentiam in ꝑtes quasuis aequas inter se digeramus: sitque res conspectui obuia. g. cum itaque sol in. g. ingruēs de. a. umbram in. g. a. aliquam reddet: radius in. a. ꝓlabatur necesse est. Vbi uero ad. b. deuenit radius inde proficiscens intra. g. a: radium decidet: ac rursus cum idem ad. c. se contulerit: pari modo suum radiū mittet. aliter efficiet profecto: ut linea recta rectā partibus duabus contingat. Cum ergo. a. b. circunferentia aequalis. b. c. circunferentiae sit: anguli quoque illis subiecti apud. d. aequales inter se constant. quippe qui ad centrum se colligant. qui autem in triāgulo habentur aequales illis. d. angulis ꝓueniunt: utpote qui se per uerticem illis iungant. ergo cum totus angulus in aequa secetur: angulus. d. e. maior quā e. f. angulo. d. g. est: pari modo uel caeteri anguli se habebunt: quos radij a circunferentia profecti reddiderint. Simulque etiam constat umbram meridie minimam esse necessario: minimasque tum effici accessiones. quippe cum sol meridie maxime e perpen=*

diculo sese nobis exhibeat. æstus quoque meridie ac=
cenditur tum ob eam : quam modo diximus causa;
tum etiam: ꝙ omnis spiritus cessat. tunc enim spiri=
tus excitari solet ; cum sol aerem terræ familiarem
discernit. ꝙ si sol cum medium cœlum proreptat:
minus id faciat : merito noctes mediæ : atque meri=
dies a spiritu silent.

5 Cur sol ꝑ quadrilatera proflués: non rectis lineis
figuram describit: sed circulum format : ut in crati=
bus patet. An ꝙ aspectuū procidētia turbine agitur.
turbinis autem basis in orbem se colligit. quamobre;
quocunq; radij solis incurrerint: nimirum circulares
apparent. An ꝙ solis quoque figura; rectis lineis
contineri necesse est. siquidem radij recti proueniunt
cum enim recte in rectam incidunt figuram: rectis cō
tentam lineis formant. ꝙ certe in radijs accidit : ad
rectam enim cratium sese trudunt: aut ad quodlibet:
per quod liceat translucere : ac ipsi recti proculdu=
bio sunt. Itaq; procidere ad rectam debuerunt: ueru;
quia radij: qui de aspectibus ad extima linearum re=
ctarum discinduntur: imbecilli admodum sunt: idcir
co anguli concerni nō possunt: sed quantum recti in
turbine sit: hoc tantum rectam agere potest. reliquu;
non potest : sed conculcati aspectus: indiscretiq; lati
tant: nec mirum cum multa uidere nullo pacto possi
mus: quãuis nostro attingūtur aspectu: ut ea: quæ te=
nebræ opacant. proximum est: cum quadratum spe=
ciem multi anguli representat: atque etiam circuli: si
amplius remoueatur. Cum enim aspectus proci=
dentia turbinis specie figuretur : quotiens figura ul
terius seposita est: aspectus: qui se in angulos spar=
gunt. quoniam & imbecilli: & pauci sunt: re; asse.

qui nequeunt: qui autem mediam in partem cõcur runt: hi nimirum ꝑsistere possunt: utpote uniuersi: & ualidi. Ergo cum figura prope posita est: anguli quoq; aspici possunt: aucto interuallo non possunt. Quãobrem circularis etiam linea remota recta: esse uidetur: & luna rectis contineri die octauo uidetur: si aspectus non latitudinem: sed lineam circũdantẽ ineant: ut enim cum circunferentia prope posita est: quanto pars altera orbis quã alteri ꝓpius sit: aspectus discernere potest: ita cum procul abest: recte sentire non potest: sed ex æquo partium situ cernere sibi uidetur. Itaq; rectam etiam iudicat.

6 *Cur lunam: quæ in spæræ faciem conglobatur: rectam cum semiplena est: cernimus. An quoniam eo dẽ in plano aspectus noster uersatur: & circuli ambitus: quem lunæ sol ingruens facit: quod cuȝ agitur sol recta linea uidetur. Cum enim q̃ suum aspectum spæræ admouerit: orbem uidere necesse sit: luna autẽ spæræ faciem gerat: eamq; sol aspiciat: orbis ꝑfecto id esse debet: quod a sole efficitur. Hic ergo cum e regione se nobis præbet: totus uidetur: itaque plenilunium iam apparet: cum autem mutat: & præterit: propter solis discessum: portio eius aspici potest. Itaque fit: ut luna altera parte recta uideatur: cum altera orbem colligat: quoniam hemisperium aspectui ex aduerso positum est: quod semicirculum repræsentarit. Semper enim aspectui obuia luna est. quotiens tamen sol radios admouerit suos: aspici nequit. Repletur post diem octauuȝ de medio: quia paulatim euadens: orbem nobis exhibet propẽsiorem. Cũ q; ita circulus aspectui se opponit: sectioneȝ turbinis imitatur i cornua iã sole dimoto. Vbi.n. circũferẽtia*

solis ad puncta deuenerit ultima:p quam orbis æqua portione secari uidetur.circũferentia ipsius orbis ap paret.Non eni insup ex aduerso oculis est:sed iã præ terire incepit.Q ḋ cũ ita agatur:ac circulus:siue or bis p eadem ducatur puncta:curuari in cornua necess se est.ps eni aliqua orbis prioris aduersi ꝓtinus aspe ctui se obducit.ut de pte lucida abscindi aliquid pos sit. Tum etiam extrema in eodem persistunt:ut cur uari in cornua necesse sit. Sed tamen plus, minus= ue pro solis dimotione.cum enim sol dimouet sese:cir culus quoq; in eadem reuertitur puncta. Q uippe cũ fieri possit : ut infinito numero inclinetur.siquidẽ summi circuli per eadem puncta describi facile infi= niti possunt.

7 Cur sol:& luna plana esse uidẽtur:cũ tamẽ con globari in spærã certũ sit. An ut plura:quorũ qḋ nã plus:minusue distet:incertũ sit:æque posita esse uidẽ tur:sic etiã quod ptes obtinet:nisi color uarius adsit: partes ex æquo oẽs collocatas habere uideri necessum est:quod aũt ex æquo aspectu obuiã fit:idem æquabi le cõpositum:& planum necesse est.

8 Cur sol oriens:atq; occidẽs umbras efficit lõgas: efferẽs se:minores:obtinens cœli medium: minimas. An ꝙ oriens principio umbra terræ æque distantem reddit:ac infinitã pene protrahit.deinde longã:atq; ita minorem subinde.Q uia linea:quæ recta de pun= cto superiori elicitur:interius per diminutiones assi= duas cadit.Gnomon.a.b.Sol ubi.c.& ubi.d.Radius igitur ex.c.proficiscens.c.f.exterius procidet:quã ra dius.d.e. At umbra.b.e.sole superiori existit. Vmbra autem.b.f.inferiori.Ergo quo sol superior fuerit : eo minor umbra exultabit:minimaq; tunc erit : cũ sol

super capita nostra uersabitur.

9 Cur umbræ lunæ maiores: quã solis sint: cum eodẽ ꝓueniant ꝑpendiculo. An ꝙ sol superior: quã luna est. itaq; radium: qui de superiori ꝓdierit: inferius cadere necesse est. Gnomon. a. d. luna. b. sol. c. lunæ radius. b. f. Ergo umbra lunæ. d. f. sequetur. Solis radius c. e. Ergo umbram: d. e. fore necesse est.

10 Cur deficiente sole: siquis ꝑ cribrum. aut frondes ueluti platani: uel alicuius ex cæteris latifolijs: aut digitis manuum inuicem ꝑplexis inspiciat: splendores specie lunæ non dũ cõpletæ incernat. An ꝙ quemadmodũ cum ꝑ angulatum foramen lux nõ angulata: sed orbiculata: turbinataq; prodit. Cuius ratio: ꝙ gemino: directe que commucronato turbine agitur: id est eo: qui de sole ad foramen deuenit: & qui de foramine ad terram: sic etiam in solis defectu figura qua radij ueniunt (ut diximus) innotescit. Ergo cum pars orbi superiori detrahitur: quod ex aduerso suꝑ terram eluxerit: speciem illam lunatam gerat: necesse est. quippe cum prout orbis defecit: ita radij ꝓfluere debeãt. digitis tamen, & cribris pro foraminum exiguitate: res certius explicatur: quam cũ per foramina ampliora transmittitur. Luna autem idez percipi non potest: neque deficiente: neque increscente: neque decrescente. quia eius extrema nõ plene splendent: sed medio potissimum lucet. Lunataq; autem illam: minutamq; faciem medio astringi exiguo manifestum est.

11 Cur sol nunquã cœlo in medio geminatur. Nec supra se faciem illam ostendit secundam: sed ex lateribus tantũ. An ꝙ tũ geminari sol põt: cum solem uersus aspectus refrangitur. Aeris autem concrescentis

illa soliditas: cui aspectus incurrens refrangitur: neque prope solem: neque ꝓcul effici potest. nam si ꝓpe sit: resoluetur a sole: si procul: aspectus refrãgi nõ poterit. cum enim longe de paruo speculo remeet: imbecillus reddetur. quamobrem area quoq; fieri non potest e regione. Quod si supra: & in propinquo inchoatur: a solis feruore dissoluitur. sin procul aspectus minor inuadet. sed si in latere: tum nimirum seruari integer poterit: dummodo speculum ita distet: ut nec solis feruore absumi possit: & aspectus uniuersus recurrat. Nam si in terra sparsus feratur: deuenire ad solem non potest: sub sole etiam fieri non potest: quia si prope terram extiterit: consumitur feruore: si autem supra, cœlo in medio aspectus distrahetur: & euanescet. Deniq; ne e latere quidem effici illud põt: cum sol cœli umbilicum perreptat. Quoniam si aspectus admodum feratur in terrã: exiguus ad speculum ueniet. itaq; refractus omnino imbecillus recedet.

12 Cur solis umbræ extremum tremere uideantur. Haud eniʒ quia sol fertur: idcirco id obtremiscit. Nã fieri non potest: ut sol in partes moueatur cõtrarias tremorem autem fieri ita manifestum est. Ad hæc mutatio umbræ incerta est: quomodo etiã solis ipsius ꝓgressio latet. An ideo moueri uidetur: ꝙ corpuscula contenta in aere agitantur: quæ uulgo ramẽta nominantur conspicua in solis radijs: qui transmeant ꝑ fenestras. hæc enim moueri solent etiam sine ullo spiritu. Ergo cum uicissim modo de umbra in luceʒ: modo de luce in umbram moueantur assidue: terminus quoq; lucis, ac umbræ cõmunis continuo moueri uidetur. Partim enim ueluti umbram partim lucem

sua ipsa mutatione efficiunt: itaque moueri umbra uidetur: cum non hæc: sed illa hunc in modum soleant agitari.

Eorum: quæ ad res inanimatas. Sectio. XVI. cuius quæstiones. XIII.

1 Vr basis bullarũ cãdida aquæ insidit: & si soli exposita est. nullã efficit umbrã: sed c reliquũ qdẽ umbellæ corpus umbrã facit. basis aũt sola nõ facit: sed circũ a sole undiq; cingitur. Et qd longe mirabilius est: nec si lignũ p aquã in sole apposueris: umbra ligni cõtinua exultabit: sed iuxta basim bullæ a solis luce secabitur. Q d si umbra est: qd a sole non aspicitur: sequetur porro: ut molles bullæ circum tota aspici possit: qd nunq̃ fieri posse i opticis. i. aspectuũ rõnibus dmõstratur. Q uippe cũ ne minimũ qdẽ a maxio totũ circũaspici possit.

2 Cur bullæ specie semisperij exurgere solẽt. An q tanq̃ de cẽtro in aera sursum æqualiter circũundiq; adnitũtur. Q uo quidem modo hemisperiũ exurgat necesse est. Portio aũt spæræ inferior aquæ planicie abscinditur: in qua scilicet centrum situm est.

3 Cur in magnitudinibus: quæ ꝓfunditate sunt in æquali: accidit: ut si partẽ moueas leuiorẽ: circũferatur quod iacitur: ut in talis fieri opplumbatis uidemus: siquis ptem leuiorem ad se uertens ꝓijciat. An q fieri non potest: ut grauius æque: ac leuius feratur: cum eisdem uiribus iactum est: sed cum totũ quidem moueri necesse sit: fieri uero non possit: ut æque omni ex pte moueatur: seqtur prorsus: ut si parili celeritate ferãtur: eãdem lineã pagant: sin autem alterum altero feratur celerius: circulo ferri necesse sit: cum hoc solo in genere figuræ efficiatur: ut pũcta ea

dem sub alterna lineas inæquales possint eodeꝫ tem
pore permeare.

4 Cur ea:quæ in terrã cadunt:atq; resiliunt: angu
los ad planiciem reddant similes utraq; ex parte pũ
cti:quo planum tetigerint. An ꝙ omnia sua natura
ad rectam lineam feruntur. Quæ igitur in locum
æqualem deciderant: ubi ex ꝑpendiculo:diametroq;
sese plano impegerint:pares angulos ideo faciũt suo
resultu:ꝙ in æqua diameter diuidit:quæ autem in la
tera corruerũt:quoniam non ꝑpendiculo:sed puncto
superiori locum feriant: accidit: ut repulsa a loco
dicto cõtrariam in partem se cõferant:rotunda qui
dem:ꝙ delapsa ꝓtinus in aduersum sui appulsus se=
se euoluunt:siue quiescat eorum medium: seu locum
soleat ꝑmutare. Rectis uero compacta lineis: ꝙ per=
pendiculum eorum in partem:priorem adductum re
torquetur:ut his accidit:quibus aut pars inferior ra
ditur:aut colei uiolantur.hi nanq; omnes aduersam
in partem:retrorsumq; corruunt:quoniam eorũ per
pendiculum æquat: pendet:atque priorem in partẽ
expellitur.contrarium enim in his retro:deorsumq;
esse accidit. Cum autem deorsum ferantur:grauio=
ra esse fatendum est.quod igitur his casus idem re=
sultantibus latus euenit. Ergo in angulum rectum
neutra eorum resultant.eo:ꝙ perpendiculum ponde
re bipartito diuidit corpora:quæ feruntur.Fieri autẽ
non potest.ut plura perpendicula idem ad planum
existant.Quibus illa secentur:quod scilicet ita acci=
deret: si ꝑpendiculum dum resiliunt:oriretur. Vbi
rem delatam planum offendit:diuidendumq; rursus
secũdo ꝑpendiculo foret.Quocirca primo illo ꝑpen=
diculo:quo ferebatur:secari necesse est. Sed cum ad=

uersam quidem in partem feratur:rectum uero in angulum non feratur:reliquum est:ut acutus reddatur angulus parte altera puncti:quod plano incurrerit· Aduersorum enim inter sese angulorum terminus rectus angulus est·

5 Cur chylinder propulsus fertur in directum: suisq; terminantibus orbibus lineas rectas describit: turbo uero suo manente mucrone circunfertur· Atque in suo terminante orbe orbem describit·an q circũ uterq; fertur·Verum chylinder rectas lineas plano ducit turbo orbes describit eo,q orbes turbinis inæquales inter se sunt:ferriq; uelocius potest:qui amplior circa idem centrum conuertitur. Qui cum simul omnes positi in turbine orbes inæquali ferantur spatio: euenit:ut extimi,qui uoluuntur:plurimum loci, & lineæ tempore eodem decurrunt· Vnde fit etiã;:ut circum omnes agantur·Quippe cum omnes eadem recta linea describantur:quæ cum conuertitur: non omnia sita in ea puncta:æqualem producere lineam eodem tempore possunt:cum æqualem non nisi ex directo agere soleant· Chylindri uero, quod omnes orbes pares, inter se sunt:centrumque idem ambiunt:euenit,ut & simul suis omnibus punctis planũ contingendo parili celeritate uoluantur: cum nulla inæqualitate chylinder euariat:& rursus in planũ simul omnes deueniant:ubi suam quisq; conuersionẽ absoluerit·Vnde lineas quoque ductas per directum in plana:pares inter se esse necesse est· Sua nanq; tactione orbes æqui pariterque uolubiles illas duxere· Atqui rectas confici patuit: quas linea eadem deferens sese in directum peregerit· Causa hæc est: cur chylinder recto deferri tramite possit· Nil enim

refert:utrum quia linea prima chylinder planum te tigit:hāc firmo chylindro protrahas:an uolubili cir cumagas. Semper enim ut æqua linea,similisque illis in chylindro contentis planum attinget:siue protra batur chylinder:siue prouoluatur.

6 Cur sectio chartarum siue papyri siquis æque a ba si plana,rectaque dimetiendo absciderit:recta euolue tur:sin autem inclinarit:contorta existet. An euenit ut cum orbes secturæ alterius eodem in plano positi sint:declinans illa cesura non æque opposita sit: sed partim plus distet:partim minus.itaque cum euolue ris:orbes quidem,qui plano eodem continentur:suū que initium in plano habent eodem:lineam explica bunt:quam suo ipsi conficiunt ordine. Quippe cū ea ipsa extenta linea non nisi profecta ex orbibus sit: qui plano eodem continentur.itaq; uel rectam eam quoque esse necesse est:quæ eodem in plano se porri gat. At obliquæ illius secturæ linea:quoniam primæ non æque apposita est:sed partim plus distans: ptī minus:utpote cum ipsa quoq; sectura ita se habeat: hinc eodem esse in plano nequit.itaq; nec recta hæc esse potest.etenim fieri non potest:ut rectæ lineæ ps alia in alio plano collocetur.

7 Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto uideatur. An ꝙ omnia numerum diuisa recipiūt. quamquam magnitudinis ratione minora: quam unum illud existunt. Magnum enim eo, quod continuum: quantumque quoddam est: magnum dicimus : numerus uero partium omnis omni suæ magnitudinis numero maior est. Quamobrem ut partibus diuisis maius appareat totum:consenta neum est. Cum enim partes,totumq; idem sint:

totum naturam potius magnitudinis præ se fert: ut constans & continuum. Partes uero naturam nume ri magis sortiuntur.

8 Quæ in uase eueniunt: quod Clepsydraȝ uocamus: omnino quidem referri ad causam debent: quaȝ Ana xagoras explicat. Aer enim, qui in ea excipitur causæ est: ne aqua ingredi possit: fistula scilicet ob= turata. Non tamen simplici, absolutaque ratione aer causam habere putandus est. Nam siquis eã fistula apprehensa transuersam immergat: humoreȝ admitti, nihil est: quod prohibeat. quamobrem non satis autor ille exposuit: quemadmodum aer causam daret. Ergo causam aera quidem tenere fatenduȝ est. Sed hic siue impellitur: siue per se ipse fertur: nec quicquam cogitur: ferri per directum solitus est ut etiam cætera elementa. itaque clepsydra transuer= se immerse aere, qui e directo situs est: pulsus ab hu= more libere effluit per ea foramina: quæ demersis in aqua foraminibus opposita sunt: eoque cedente hu= mor subiens implet: At si erecta in aqua descendat: aer impotens sese efferendi per arduum: quoniam conseptæ sunt partes superiores: circa prima fo= ramina arcetur. quippe qui supprimi in se, contrahi= que non possit. argumentum uero aquam arceri pos se ab aere immoto: q in ipsa Clepsydra deprehensuȝ est. nam si aluum eius aqua repletam ad fistulam obturatam inuerteris: humor per fistulam in os minime defluere poterit. Quippe cum ore patefa cto non protinus, sed paulopost de fistula profluat: ut qui non in ipso ore fistulæ cõtineatur: sed postmo dum in hoc per fistulam ueniat. postquam patefa= ctum iam est. Plena autem, erectaq; clepsydra fistula

patefacta protinus per collum idest foramina infe= riora effluit. quia illud attingit. extrema uero fistu lam non contingit. Clepsydram igitur humor ingre di ob prædictam causam nequit. Egreditur autem fi= stula patefacta eo, quod aer contentus in fistula sursum deorsumque agitatus humoris cõcẽti in clepsydra mo= tum excitat pleniorem: cumque deorsum pellatur: eo= demque ipse etiam sua natura propensior sit: merito effluit uim inferens aeri, qui clepsydram extrinsecus circunfundit. excitus quidem, & compar potentia aeri superius impellenti. Sed renixu infirmior: quo= niam per angustam fistulam influens ille ocyus, ac uehementius labitur: urgetque humorem. Causa uero cur obturata fistula humor effluere non possit: quod hu mor dum clepsydram subit: aera omnem per uim ab ea expellit. Cuius rei indicium spiritus, ructusque mur murans dant: quos ingrediente humore nimirum in tus excitari sentimus. Cum igitur humor subiens ue= hementer aera cogit: sese ad clepsydræ fistulam tru= dit: ac modo lignei cunei: aut ærei disiectu oppressus, astrictusque hæret sine ullo alio uinculo: quousque alia ui expellatur: quo modo præruptos clauos expelli= mus. quod sane aperta fistula incidit ratione: quam superius exposuimus: Aut igitur ita effici potest: ut humor effluere nequeat: aut quod aer exiens inflatur emergitque impetu uiolento: ut strepitus indicat, hu= mor idcirco a spiritu sursum attrahitur: quemadmo dum multis in rebus accidere certum est. Attractus autem humor, sibique continuus omni ex parte cõstãs manet oppressus ab aere: donec pulsus ab eodem rece dat. Cunque initium ita retineatur: humoris reli= quus & omnis humor unitus: atque continuus ex suo

pendeat initio necesse est·Nec uero temere ita agitur quandoquidem eiusdem interest rei,& dimouere quam suo de loco:& idem in eo continere: ad quem mouerit:idq; diutius facere si uel potentia quod tenet:quodq; tenetur:simili inter se contendunt:uel qd tenet:potentius est:ut in re,de qua agitur:accidit· Spiritus enim potentior:q̃ aqua est·

9 Cur partes tam stirpium,quam animantium:quæ nullis instrumentarijs officijs deputata sunt:in orbem sese omnes colligant:stirpium quidem caudex, & rami formari in orbem solent·& animantium: crura:femora:pectus:lacerti ad hanc eandem speciẽ enituntur·Triangulum uero,aut multiangulu3, nullum neq; ex toto,neq; parte aliqua est·An ut Archi tas auctor est:quoniam in motu naturali æqui proportio inest:(moueri nanque proportione omnia censet·,Hanc autem solam in sese æqualiter solui, atque reuerti:ut orbes,rotundaque afformare possit: cum constiterit·

10 Cur extrema formari in orbem soleant·!An q̃ natura res optimas,& pulcherrimas creat:quoad fieri potest·Figura autem ea pulcherrima est:quæ eadẽ undiq; est·sibiq; ipsa simillima constat·

11 Cur si circulus proijciatur:primum lineam recta3 ducet deinde cocleam,siue clauiculam aget:dum decidat·An principio rectam ideo agit:q̃ æqualiter ab aere hinc inde dirigitur: cum igitur pari momento utroq; de latere pergat:lineam quoq; effici talem necesse est:quæ locum æqualiter hinc, atq; inde possit diuidere·talis autem recta ·st·At ubi in partem alterutram uergere ob inæqualitatem circunfusi aeri cœpit:non amplius æqualem illam parte interiore,ex·

terioreque ducit:sed circularez necessitate scilicet aeris diuersi,& incompositi.

12 Cur in magnitudinibus,quæ ꝓfundo sunt inæquali:accidit,ut si partem moueris leuiorem:circunferatur:quod iacitur.quemadmodum in talis fieri opplũbatis uidemus.quotiens quis partem leuiorem ad se uertens proijciat. An ꝙ fieri non potest:ut quod grauius est:æque cum leuiori feratur:cum proiectum eisdem a uiribus est:quod commoueri necesse sit:& tamen fieri non possit:ut æque omni ex parte:directoq; tramite moueatur:circunferri necesse est:duz se introuertit.quemadmodum siquid medio eius immobile suo pondere penitus esset:alterum profecto extremum ultra in partem moueretur priorem:alteruz intra ad eum tenderet:qui dimisit. Sed quoniam cum totum moueri possit:pondus suo medio gerit : illud idem sequatur:necesse est.

13 Quamobrem corpora,quæ feruntur:ubi alicui occurrerunt:resilire partem in contrariam solent: quã suapte natura ferri cogantur:nec nisi ad similes angulos resultare soleant. An ꝙ non solum eo feruntur impetu:quo pro sua parte ipsa ferri aptissima sunt: uerumetiaz illo,qui a mittente proficiscitur.suus igitur cessat cuiq; impetus:cum suum ad locum peruenerint.omnia nanq; requiescere solent:ubi eam in sedem sese contulerunt:quam suapte natura desyderãt Sed extremo illo,quez habent:impetu: necessitas oritur amplius mouendi:quod cum in partem priorem effici nequeat:quia re ꝓhibetur obiecta:uel in latus: uel in erectum agi necesse est. Omnia autem in angulos resiliunt similes.Quoniam eodem ferri cogantur:quo motus ducat:quem is dedit:qui miserit. Eo

autem ut angulo uel acuto, uel recto ferantur: omnino incidit. Cum ergo quod retorserint uetet: quo minus directe motus agatur: pariter & rem, quæ fertur: & eius impetum nimirum prohibere potest. Vt igitur in speculis extremum lineæ, recte quo se aspectus coniecerit: idem refrangitur: ita in iis, quæ feruntur: fieri ex aduerso solet. quippe cum angulo tanto retorqueantur: quanto uertex constiterit. ita enim intelligendum est: ut transferri simul & angulus, & delatio debeat. Quo facto in angulos resultare similes esse: necesse palam est.

Eorum, quæ ad res animatas pertinent: Sectio. xvii. cuius quæstiones. iii.

1 Vr homines, qui corpore cõstant imodico: maiores tunc esse uidentur. cũ appositi modicis inspiciuntur. An ꝙ res modica unũ est: & moderatio unũ quã maxime. Vnũ autem quod est: id indicium esse postulat. indiuiduũ autem minus. res uero imodica: multa ꝓ sui discriminis ratione ostendit. Quamobrem ut cũ per sese magnitudines inspiciuntur: quales nam sint. latere facilius possunt: ita cum collatæ in ꝓpinquo spectãtur latere nõ possunt. Ergo unũ esse apparet. quod indiuiduum est: spectatusq; eius unus modici rõne exultat. immodicum porro, ut quod plura sit: suspectionẽ pluriũ suggerit. Et maius propterea esse uidetur: ꝙ unũ cũ sit: plura esse uideatur. Naturam enĩ & magnitudinis habet propter continentiam: & numeri ꝓpter partium inæqualitatem: itaq; cum utrunq; obtineat incrementũ: merito maius tũ esse apparet: cũ

ſpectatur ad id: quod ſimplex eſt: atq; unum.

2 Cur animantia omnia, & ea, quorum ſtirpes terra continentur: creſcere potius in longitudinem ſoleant. An ꝙ ter lõgitudo augetur: bis latitudo. ſemel profunditas. Longitudo enim principio fit. primoque principio exiſtit. itaque primo ſola: ſecundo cum latitudine: tertio cum profunditate augetur. latitudo autem bis, uidelicet per ſe, & una cum altitudine creſcit.

3 Quo nam modo prius & poſterius capi debeant Vtrum quemadmodum qui tempore troiano uixerunt: nobis priores ſunt: & his ipſis priores: qui ſuperiores. Atque ad hunc modum in infinitum: ut qui ſuperiores ſunt: ijdem priores habeantur. an ſi q̃d initium, & medium. & finis ſint uniuerſi: & cum quis ſeneſcens ad finem peruenerit: rurſus ad ĩinitiuꝫ reuertatur: prioraque ſint. que propius ab initio abſunt: quid uetet nos ab initio minus diſtare. at ſi minus diſtamus. eſſe quoque priores poſſimus. Vt ſi cæli, ſyderiſque cuiuſquẽ delatio quædam agitur circularis. Qui non etiam rerum caducaruꝫ ortus ſit talis, atque interitus: ut eadem rurſus oriantur: ac pereant. ueluti etiam uulgo dicitur: circulum res eſſe humanas. igitur homines numero quidem eoſdem ſemper eſſe cenſere: furor eſt. Specie uero ſeruari eoſdem probari melius poteſt. itaque uel priores nos eſſe poſſumus: talemque aliquis ſtatuet ſeriem: ut eodem ſit repetendum: unde ortus extiterit: cogitandumque ordinem continuum: ac ſemper eodem conſtantem tenore. homines enim idcirco perire Alemæon inquit. ꝙ ſuum initium fini coniungere non poſſunt. Scite perhercle: ſiquis non

arctius recenseat: sed formula quadam eius uerba accipiat. An si circulus sit: circulus aũt una & principio: & fine careat: priores neque nos illis: neqꝫ illi nobis esse ꝓpinquitate initij possunt.

Eorum, quæ ad litterarum studia ꝑtinent. Sectio XVIII. cuius quæstiones. X

1 c Vr alios si legere cœperit somnus occupat etiam nolentes: alios uigilare uolentes liber susceptus reddere ꝑuigiles potest. an in quibus motus spiritales sunt: scilicet ob frigiditatem uel naturæ: uel materiæ melãcholicæ: qua excrementum spiritale crudum causa frigiditatis cõsistit: his cum intelligentia mouetur: insistensqꝫ alicui intelligere nequit: repellitur motus alter: qui refrigerandi uim habet. itaqꝫ potius dormire incipiũt. at ubi aliqua in re suam intelligentiam firmarunt. Quod lectio facere solet: nimirum a motu spiritali illo mouentur. cũ nihil sit: quod eum repellat. itaque dormire non possunt: quorum autem secundum naturam habitus est: eorum uirtus intelligendi cuꝫ aliqua in re consistit: nec uarie se dispergit cætera quoqꝫ sita eo in loco hærent: quorum requies somnus est. Vbi aũt mens cõstiterit: & quasi fatigata succubuerit: caput aggrauat: utpote quæ sita in eo sit: somnũqꝫ inducit. at cum secũdum naturam animus noster agitatur: nullo tum somno ꝑmitur. Tum enim maxime uiuit. uigilantia autem, quam somnus: causa potius est: cur uiuere ualeamus.

2 Cur contentiosa disputatio ingenia exercere possit. an ꝙ in eo disputandi genere accidit: ut crebro qs aut uincat: aut uincatur. protinus ergo contentiosus hinc homo redditur. quando uel uincendo ꝑ lætitiaꝫ

magis:magisq; adducitur:ut in cōtendendo pseueret uel uictus enititur:ut qđ amisit:recuperet. Quod idē uel in cæteris certandi generibus euenit. Quãobrem sæpe inter pugnandum quanq̃ quis inferior est: tamen cessare minime patitur.

3 Cur homines in orando exemplis:& fabulis potius gaudent:q̃ cōmentis an gaudent:quia & discūt & celeriter discunt.atqui p exempla:& fabulas facilius discitur. Sunt enim quæ explorata habeantur: & particularia sint. Ratio autem cōmentandi demonstratio ex uniuersalibus est.quæ minus:quā partes nouimus.ad hæc ijs credere magis solemus: quæ plurium testimonio cōfirmantur.exempla autē & fabellæ testimoniorum speciem gerunt.fides autem pfacilis est:quam testimonium fecerit.additur:q uerisimile quisq; libentius discit.exemplum autē:& fabellæ rem non nisi similem docent.

4 Cur oratorem:imperatorem:& mercatorē callidum appellare solemus.tibicinem:histrionem hoc appellare nomine non solemus.an q illorū facultas sine cupiditate est.nititur enim tantūmodo ad oblectationem.horū aūt conatus omnis ad plus acquirendū sibi cōtendit.bonus enim orator: & imperator: & mercator est:qui plus sibi acquirere pōt.calliditas autem in acquirendo maxime sita est.

5 Cur hominem philosophum differre ab oratore putemus. An q alter quid nam iustitia sit: cogitat: alter qui iniustus sit aliquis spectat: & alter qualis nam tyrannicus tenor sit.alter tyrannum quēpiam esse animaduertit.

6 Cur in ijs studijs:quæ aliqui sibi delegerint: q̃q̃ interdum prauis,libentius tamē:q̃ in honestioribus

uersantur: uerbi gratia: pstigiatorem aut mimũ: aut tibicionem se potius esse: quam astronomũ: aut oratorem uelit: qui hæc sibi delegerit. an uolunt quidẽ nonnulli res honestissimas tractare: sed quoniam minus sibi confidũt posse efficere: ideo non ita agunt. an q rem in qua sese quisq; posse pstare arbitratur: eam deligit sibi: quam aũt deligit: eidem opam dat. illi subsequens partẽ diei maximam: ut seipse uincat seq; sit pstantior. Q uinetiã quæ principio aliqui sibi delegerint: quibusq; insueuerint: in iis ne iudicare qdẽ possunt: quid nã melius sit. Animus enim eorum corruptus iam est ppter paruas delectationes.

7 Cur alios: si legere cœperint: somnus occupat: uel nolentes: alios uigilare uolentes liber susceptus reddere peruigiles potest. an in quibus motus sunt spiritales ob frigiditatem uel naturæ: uel humoris multiplicique humore excrementum spiritale causa frigiditatis consistit: iis cum intelligentia mouetur: insistensque alicui: intelligere nequit: expellitur motus alter: itaque potius dormire incipiunt: cũ non multum sua intelligentia mutentur. motus enim spiritalis ille superatur; & uincitur. at ubi aliqua in re suam intelligentiam firmarint: quod lectio facere solet: nimirum a motu illo spiritali mouentur: cum nihil sit: quod illum repellat. itaque dormire non possunt. quorum autem habitus secundum naturam est: eorum uirtus intelligendi cum aliqua in re una consistit: nec uarie se dispergit. cætera quoque sita eodem in loco hærent: quorũ requies somnus est. ubi enim pars una: quæ potissima sit: institerit: cæteræ quoq; ptes insistere solẽt: pinde ac in copiis: quæ uersæ i fugã fuerit agitur. natura

enim sursum effertur: quod leue est. deorsum autē de fertur: quod graue est. cum igitur anima secundū naturam mouetur: non dormit. ita enim se habet. ut ubi constiterit: & quasi fatigata succubuerit: mens immutatur: & uapores crassiores sursum sese efferentes ad caput: faciunt somnum. lectio uero prohibere somnum uideri sane potest. quod non propterea est: quia tantisper intelligimus. anima enim tunc magis definitur: sed quia mutatur: & ideo insomnia euenit. nam intellectiones illæ uigiles sunt: quibus anima quærat: & dubitet: non illæ: quibus assidue contempletur: cum illæ faciant indefinitionem: hæ non faciant.

8 Cur in disputationibus contentio sit: nugatio nūquam incidat. An quia apparens syllogismus. idest ratiocinatio est: ratiocinatio autem in paucis continetur. quinetiam si prolixius agatur: interposito tempore paralogismus: idest peruersa ratiocinatio inter ea deprehēdetur: & reuocare: quod dederit aduersarius poterit.

9 Quamobrem libentius eas hystorias audimus: quæ rem unam exponunt: quam quæ plures. An quia rebus magis attendimus notioribus: easque libentius audimus. Notius autem est: quod definitum. unum itaque finitum est: plura autem infinito participant.

10 Cur nos rerum narratio oblectat: quæ nec nimiū ueteres sunt: nec admodum nouæ. An quia rebus diffidere procul absentibus solemus. quibus uero diffidimus: nūquam iis oblectamur: at quæ noua ad modū sunt: adhuc quasi sentimus: itaque de his, cum audimus minime oblectari possumus.

Eorum, quæ ad cõcentum pertinent. Sectio. XIX cuius quæstiones. LI

1 Vr tam in laborando, quam in fruendo solatio tibiam adhibere solemus. An ut laborantes minus agamur: fruentes magis oblectemur.

2 Cur idem uoce eadem longius sentiri cum alijs cantans: aut uociferans: quam solus potest. An quia uiribus uniuersis agere quippiam: uel p̃mere: uel impellere: non tantuplum est: quantus singularum numerus est. sed quemadmodum linea bipedalis nõ duplum: sed quadruplum quiddam describit: sic composita omnia plus ualent: quam eadem diuisa. Ergo cum uniuerso agitur ore: uocis potentia cõstãs: undique redditur: simulq; aera ꝓpellit: ut ꝓdire multiplex ualeat. quippe cum uox: quæ a multis ꝓficiscitur: multiplex fit: quam quæ a singulis.

3 Cur maxime in cantãdo parypaten uox rũpi non minus soleat: quã in nete, supremisq; quãquã cũ interuallo ampliori. An ꝙ eius cãtus & ꝑdifficilis est & cantãdi primordiũ obtinet. Difficilis aũt ꝓpter intentionem: p̃ssuramq; uocis est: quibus in rebus nimirum urget. corrumpi autem quæq; maxime solẽt: quotiens labore acrius opprimuntur.

4 Sed cur hac difficile parypate facile cãtatur: cũ nõ nisi diesi discrepant. An ꝙ parypate remissior est: atq; etiã leuius a cõstitutione ascenditur: hæc eadem causa est quãobrem ad unam cantari uideãtur: quæ ad hanc: paranetẽq; cantãtur: agendum est enim cũ intentione: conditioneque aptissima moribus ꝓ uoluntate: & instituto. At consonantia ut existat: quæ nam causa sit.

5 Cur suauius cantilenam quã nouimus audire solemus: q̃ eam: quam ignoramus· Vtrum quia cũ quod cantatur: agnoscimus: tunc melius patet: qui ueluti calcem quod spectat: assequitur· id autem contemplatu suaue est· An q̄ discere lætabile est· cuius ratio est uel in capienda doctrina: uel in utenda: agnoscendaq; uersatur· addo etiam q̄ res solita suauior: quam insolita auribus accidit·

6 Cur imutatio: & uarietas in cantãdo tragicum sit: an rõne inæqualitatis hoc euenit· afficit nãq; tristitia: quod inæquale est: accõmodaturq; magnitudini calamitatis: aut mœroris· cõtra quod æquale: atq; cõtinens est: minus id flebile auribus accidit·

7 Cur ueteres cum septem fidibus concentus dispo nerent: bypaten: non neten relinquebant· an falso id dicitur· earum enim utranq; seruarũt: sed triten adimere solebant: an non: sed quia grauior sonum põt acutioris· idcirco neten reliquerunt· ergo hypate magis antiphonum: quam nete reddebat· nam ut acutum uim desyderat pleniorem: sic graue exprimi facilius potest·

8 Cur grauis sonum ualeat acute· an quia maius q̃d graue est· Quippe tum ut graue obtuso sic acutũ acuto angulo simile habeatur·

9 Cur solitarias cantilenas suauius audire solemus si ad tibiam: aut ad lyram unam cantantur: cum tamen ad fides: canticũq; idẽ modo utroq; pagatur· Naq; si idem ita amplius sit: plus ad plures tibias: atq; etiam suauius esse oportet· an quoniam euidẽtius in assequendo quod spectatur: est· cum ad unam uel lyrã uel tibiam cantatur: ad plures uero suauitas seruari non potest: cum cantilena offuscetur: tota=

que pene deleatur.

10 Cur si uox hominis suauior est: non eius: qui sine sermone cantat: suauior prouenit: uerbi gratia teretantis: sed tibia, lyraue suauius sonat: an ne illa quidez: quæ uocabulis articulata emittitur: æque suauis est: nisi p simulationem formetur. cæterum opere ipso efficitur: ut gratior sit. uox enim hominis suauior constat: oris autem instrumenta pulsandi uim obtinent pleniorem. quamobrem suauius cantatur: quam teretatur.

11 Cur uox: aut sonus desinẽs: acutior sit. An quia minor: ut quæ facta imbecillior sit.

12 Quãobrẽ quæ grauior e fidibus ẽ: huic semp actus modulandi cõmittitur. nam si pxima quocq; a media pulsanda sit: media tantũ: nihilominus reddi mediũ põt. At si media subiungenda est: p proxima a media idem reddi non potest. An quia magnum: quod graue est: itacq; ualidum esse necesse est. & inest profecto in magno quod paruum est: & quidem duæ netæ in hypate efficiuntur: si tercipiatur.

13 Cur in consonantia diapason graue quidem acuti antiphonum accipi potest: grauius uero acutum non potest. An maxime q' in utrocq; modulus utriusq; cõtentus est: sed si minus certe in graui acutũ est: maius enim hoc est.

14 Cur antiphonũ diapason cõsonãtiæ ita latitat: ut unisonũ esse uideatur: uelut in punico: aut atropo quæ nãcq; posita in acutis sunt: nõ unisona: sed ex pportiõe sibi diapason cõcinnẽtia respõdẽt. An modus pportionis facit: ut sonus quasi idem esse appareat. proportio enim in sonis æqualitas est: æquale autez omne ad unitatem referendum est. Hoc idem

in fistulis etiam euenit:ut falli aures possint.

15 *Cur genus cantilenæ:quod lex appellatum est: non p antistrophos olim agebatur:cum tamen cæteris chorearum canticis antistrophi usus non deesset. An ꝙ olim leges a magistris:certandiq; peritis agebantur:qui cum iam egregie simulare:ualenterq; pertendere possent:cantum & ꝓlixum & uarium cōficiebant.itaq; ut uerba:ita etiam moduli: numeriq; uarie subinde simulatione insequebantur imitari.nāq; modulamine potius:quam uocabulis necesse est. Quamobrem dithyrambi etiam postea:quam simulari cœperunt: antistrophis amplius non utuntur: quanquam plurimum ante uterentur.cuius rei causa est:ꝙ olim homines liberi:atq; ingenui ad chorēā adire solebant.itaq; multos esse:qui fungi cantu certatorio possent:erat difficile. Quapropter illis in morē fuerat.ut modulos enarmonios cantarēt.Vnus enim crebro cantilenam mutare:uariamque contexere facilius potest: quam multi: & qui certat facilius:quam qui mores conseruat. Quocirca simplicius illi modulari debuerant. Antistrophus autem simplex est: quippe qui numerus sit: unitateq; mēsuretur. hæc eadem causa est: cur in scena nullus: in chorea plurimus antistrophi usus sit.Histrio nanq; simul & certator & simulator est.chorus autē minus imitatur.*

16 *Qua de causa dissonantium copulatio:quod antiphonū nominamus:suauior,quā consonū est: An ꝙ expressius ita consonantia pcipi potest:quam cū uoce consona addita cantatur.alteram enim uocem idē sonare necesse est:itaq; duas ad unam resonare: quæ tertiam offuscare facile possint.*

17 *Cur sola diapason consonantia cantetur· hanc enim magadare: nec ullam aliam consueuerunt· An ꝙ hæc sola ex fidibus inter sese obsonis constat· atqui in obsonis etiam si alteram canis: identidem efficis· Voces enim ambarum una quodam modo illa continet· Ergo in hoc consonandi genere cum uel una canitur: consonantia tota perfici potest: & cum ambæ, aut cum altera canitur: altera tibia sonatur· una quasi de duabus exultat· Atq; ita efficitur: ut sola hæc cantilenam patiatur, eo scilicet: ꝙ absona uoceȝ obtinent nerui eiusdem·*

18 *Sed cur solis obsonis datum hoc est· an ꝙ solæ pari interuallo distāt a media· itaq; medietas similitudinem quandā sonorum efficit: ut sensus aurium ambas, & eandē, et extremas esse diiudicare uideatur·*

19 *Cur in Diapente, & Diatessaron consonātijs nūquam antiphonis cantatur· an ꝙ non eadem consonandi ratio in ijs est: quæ in diapason· concinnentia quippe cum in illa grauis eundem ad proportionem modum obtineat: quem acuta acuminis· itaq; fit: ut & eadem quasi & diuersa uox oriatur· at uero in diapente, atq; diatessaron concinnentijs non ita est· Quamobrem sonus uocis oppositæ perpēdi non potest: quoniam idem non est·*

20 *Cur si quis cæteris omnibus neruis concinnatis, medio uero inconcinno pulset instrumentum: non solum cum ad medij sonum deuenerit: sed etiam cæteris modulandi partibus anget aures: modumq; incō positum: dissipatumq; elicict· Sed si lichanum: aut quem sonum alium mouerit: tum discrimen duntaxat apparebit cū eum pulsarit: quē mouerit· an rōne hoc euenit optima: quandoquidem omnia egregia*

MMM

modulandi genera medio neruo sæpe utuntur: omnesque probi fidicines crebro ad medium ueniunt. & si discesserint: mox redeunt eodem: nec ullum alium totiens repetunt. Ergo quemadmodum ademptis ex oratione quibusdam coniunctionibus ut & ,oratio minus græca relinquitur: alijs uero quibusdam detractis: nihilo insuauior accidit: eo quod alijs sæpe in dicendo uti necesse est: alijs minime: sic etiam medius ueluti coniunctio est sonorum: maximeque elegantiorum. quoniam eius sonus assumi sæpissime soleat.

21 Qua de causa qui grauius cantant: si absonant: deprehendi facilius possunt: quam qui cantant acutius nec uero secus in numeris accidit. Euidentiores enim qui peccant in grauiori. Vtrum quod plus temporis grane obtinet. plus autem plenius a sensu aurium percipi potest. an quod in tempore ampliori agitur: hinc etiam plus sensus adhibetur. uelox autem & acutum facile suam ob uelocitatem latescit.

22 Quam ob causam multi cum cantant melius numeros seruant: quam pauci: an quod multi melius unum, unumque ducem aspiciunt: tardiusque incipiunt. itaque facilius assequi idem possunt. quippe cum in accelerando eueniat: ut plus erroris committatur.

23 Cur nete duplo acutior est hypate. an primum quod cum neruus parte sui dimidia pulsatur: & totus diapason continentia exultat: quod uel in fistulis æque perspicere licet. uox enim, quæ per medium foramen emergit: diapason resonat: cum ea, quæ per totam fistulam promitur. Quinetiam in cæteris duplo internallo capi diapason consonantia nouimus: nam & qui tibias perforant: ita disponere solent: & qui fistulas apte concinnant: extrema tantum cera margi

nant foraminis principalis·Neten uero ad dimidiu͡z implent:& in triquetris nerui,quorum alter longitudine dupla:alter subdupla est:æque intenti diapason consonantiam reddunt·Genus autem concinnendi:quod diapente nominatur: sesquialtera constat: quod uero diatessaron uocamus interuallo sesquitertio continetur·

24 Cur si quis neten pulsatam apprehenderit:hypate sola resonare uidebitur·An q̃ tinnitus,qui ex hac proficisci solet:sono illius maxime conciliatur: & congruit:ut pote qui consonus sit·ergo quia suo consimili concrescit:solus apparet·cæteri uero incerti sua ob exiguitatem occultantur·

25 Cur neruum medium in concentibus appellamus cum inter octo nullum medium sit·An q̃ olim concẽtus septem neruis constabant:septem autem medium optinent·

26 Cur in acutum magna ex parte uox aberrare consueuit· Vtrum q̃ facilius acutum,quam graue cantatur·An q̃ acutum graui deterius est:peccare aute͡z non aliud est:q̃ rem agere deteriorem·

27 Cur inter oia:quæ sensum patiũtur:solũ id mores obtinet.quod obuiã auribus esse põt·Nã & siq̃d sine sermone modulamur:mores tamẽ præ se ipsa modulatio fert:quos nõ calor:nõ odor:non sapor gerere põt·An q̃ motũ solũ hoc obtinet·nõ dico quẽ strepitus reddit·(Talis enim uel cæteris adest·quippe cum etiã calor nostrũ mouere aspectũ possit)s͡z eũ intelligi uolo:quẽ genus id strepitus subsequentẽ sentimus: hic enim similitudinẽ gerit:tũ in numeris:tũ in sonorum ordine acutorũ:& grauiũ nõ in mistione:quod esse in cæteris sensibilibus non potest· Atqui motum

eiusmodi sibi actio uendicat: quæ morum index proculdubio est.

28 Cur leges pleræq; cantilenæ appellentur. An quia homines prius, quam litteras scirent: leges cantabãt ne eas obliuioni mandarent: quod etiam nostra ætate Agathyrsis in morem est. Ergo primas quoq; posteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine: quo omnes superiores uocabantur.

29 Cur numeri musici: & modi, qui uoces sunt: moribus similes sese exhibent. sapores uero aut colores: aut odores nullam eiusmodi similitudinem gerunt. An quia numeri musici, & moduli motibus continentur. quo modo etiam actiones. At omnis efficiẽtia moralis res est: moresq; cõdere potest. Sapores uero: aut calores hoc idem æque conficere non queunt.

30 Cur neque subdorium: neque subphrygium genus in tragœdijs choricum habeatur. An quoniam Antistropho carent: utpote quæ scenica sint: imitationiq; accommodata.

31 Cur phrynicus, cæteriq; eius ætatis musici modulandi potius scientiam exercebant. An quia tum in tragœdijs carminis usus modulaminum longe amplior erat.

32 Cur diapason consonantiam dicimus non ratione numeri dia octo: ut diatessaron, ut diapente. An quia priscis non pluribus uti neruis, quam septem fuit in morem: deinde Terpander tertia exempta, neten adiunxit: ac eius temporibus diapason hæc appellata est consonantia: non dia octo. Quippe quæ septem. non octo constaret.

33 Quamobrẽ aptius: de acuto in graue canitur: quã de graui in acutũ. Vtrũ quia ita fit: ut a suo inchoetur

principio·Neruus enim qui medius,& dux est:acutissimus primi tethrachordi habetur·illo autem modo non a principio:sed a fine exordiretur·An quia graue generosius:sonantiusq; ab acuto oriri potest·

34 Cur bis diapente,aut bis diatessaron consonantia componi non potest·bis autem diapason potest· An quia non bis diapente,neq; bis diatessaron instrui potest:sed diatessaron,ac diapente proportiones apte in unam diapason continentiam copulantur·

35 Cur diapason cõsonantia oĩum pulcherrima est· An quia integris terminis huius ꝓportiones continentur·cæterarũ aũt non integris·cũ eniꝫ nete dupla ad hypaten sit:quocunq; in genere nete duo tenuerit:hypate unũ habebit:& ubi hypate duo:nete quattuor resonabit:ac ita deinceps·At uero eadẽ nete mediæ sesquialtera est·ꝓportio nanq; sesquialtera:qua consonantia diapẽte cõcluditur:nõ integris numeris posita est·Maior enim minorẽ intra se continet totũ:& ꝑtem eius dimidiã·quamobrẽ non integri cũ integris cõparantur:sed ꝑtes supsunt·Consonantia quoq; diatessaron ꝓportione sesquitertia cõtinetur·quæ terminis cõstat:quorũ maior minorẽ intra se totũ cõtinet· Et insuꝑ tertiã eius partem·An,quia ex ambabus consistit:perfectissima est·Et quoniã modulandi mensuram hæc tenet:merito omnium elegantissima cõstat·

36 Cur si neruus medius ex suo intentionis modo dimotus sit:cæteri quoq; omnes sonos incõpositos reddent:sed si integre illo manente aliquis ex cæteris sit dimotus:solus hic aberrabit:qui modo suo caruerit· An quia ratio concinnendi neruis omnibus apta intentione continetur:quæ non nisi per habitudinem quãdam ad mediuꝫ accommodanda omnibus est·ordoq;

ratione illius disponi singulis debet·ergo sublata cõ tinendi,concinnendiqȝ causa concentus æque custodiri præterea non potest.cum tamen neruo medio si bi constante unus ex cæteris aliquis discreparit·meri to illius pars dũtaxat deest·cæteri nanqȝ omnes modum suæ concinentiæ seruant integrum·

37 Quare cum uocis acumen effici momento possit exiguo:grauitas autem non nisi magno proueniat: ut enim graue ob multitudinem graue est:ita acutuȝ ob uelocitatem acutum existit·cur inquam si ita est maius negocium canticum cecinisse acutum,quã graue sit·& quidem pauci reperiuntur:qui superna cantare ualeant:leges quoqȝ acutæ,& arduæ difficile iccirco cantantur:quia intentæ uehemẽtius sunt:quã quam minus negocij sit monisse:quod exiguum : quã quod multum est: Itaque uel in aere hoc idem accidere oporteret· An uocem e natura mittere acutam:non idem est:quod acutum cantare·sed mittunt quidem acutam uocem omnia:quæ natura sunt imbecilla:eo scilicet ꝙ aeris parum non multum ciere possunt : parum autem aeris uelociter fertur· Vnde ectici idest qui consumpto corporis habitu emarcuerint:acutam proferunt uocem· At uero acutum nisi uiribus ualeant:cantare non possunt·Cuius certe indicium,ꝙ uelociter ferri solet:quod uehementer fertur·Ita bonarum uirium index acutuȝ est: & superna cantare admodum difficile sit:grauia auteȝ locum tenent inferiorem·

38 Cur numeris:modulis:canticis deniqȝ omnibus cõcinendi generibus oblectari omnes consueuere· An ꝙ motibus naturalibus oblectari datum a natura omnibus est·Indicium quod pueri adeo nuper editi his

ipsis moueri, oblectarique possunt·modis tamen adiecticijs canticorum, ut delectemur efficere assuescendi ratio potest·Sed enim numeri propterea mulcent: quia ratum, ordinatumque computandi numerum ha bent: mouentque nos pro sua æquabili serie ordinate· Motus enim familiarior naturæ est ordinatus, quam inordinatus·Itaque secundum naturam hic magis esse probatur· Argumentum quod cum ordinate & labo ramus & bibimus & comedimus, naturam uiresque nostras & seruamus & augemus· Contra inordi nate cum agimus, deprauamus naturam: atque de suo statu dimouemus·morbos enim naturalis ordinis cor porum esse motiones nullum dubium est·consonantia uero demulcere ideo potest: quod mistio siue temperatio contrariorum est iunctorum apte inter sese, portionemque inuicem custodientium·portio igitur ordo est: quem modo natura suauem esse proposuimus· Et temperatum quoque omne suauius, quam intemperatum est: præsertim si cum sensibile sit: pariter uim ha beat utriusque extremi: quemadmodum consonantia ex portionibus temperatur·Et proportio ipsa amborum extremorum potentiam æque in consonantia tenet·

39 Cur suauius antiphonum æquisono est· An quod obso num quoque consonum diapason est· quippe cum ex adulescentibus, uirisque consistat: qui ita distant iter se tonis ut nete & hypate· At omnis consonantia sono sim plici suauior est·Cur autem ita: dictum iam est: atque omnium suauissime diapason personat: æquisonum au tem illud simplici contineri sono conspectum est·

40 Cur sola in diapason consonantia magadari soli tum est· An quia ut pedes carminum portionem aut paris ad par: aut dupli ad subduplum: aut aliquam aliam

inter se obtinent:ita soni:quibus cõsonantia contine=
tur motus:portionem inter se aliquam seruãt:& ra
tionem clausulæ:cæterarum igitur cõsonantiarũ al=
terius termini imperfectæ sunt:cum finiat ad partẽ·
quãobrẽ fieri non põt:ut pari sint facultate.Cũq; di
spares sint:discrimẽ auribus accidit·quo mõ in cho=
reis cũ ad finẽ deuẽtũ est:differẽtia ex ampliore uo=
ce aliquorũ exultat·Adde ꝙ hypatæ accidit:ut exitũ
soni circuitalis habeat cum neta·ultimus enim a ne=
te ictus aeris factus:hypate est·quod cũ finiãt in idẽ:
quãuis nõ idem fecerint:euenit:ut opus absolui unũ:
cõmuneq; possit:nõ secus:ac illis accidit:qui sub po=
stremam cantilenam pulsent· Nametsi cætera opis
non adhibita tibia pegerunt:tamen ꝙ in idem desie=
rint:eo ipso fine magis delectant:quaꝫ discrimine an
gunt: quo ante finem discreparint·cuꝫ igitur in dia
pason consonantia ex diuersis: quod commune exul
tet suauissimum sit: magadare autem ex contrarijs
uocibus consistat: hinc magadare consonantia dia=
pason consueuerunt·

42 Cur suauius cantũ audimus:quem scimus: quam
quem ignoramus·Vtrũ quoniam cũ cantilenã agno
scimus:melius patet:qui ueluti calcem::quod spectat
assequitur·Hoc autem cõtemplationem facit suauio=
rem· An incidit:ut auditor una cum eo afficiatur:
qui notam illam exprimit cãtilenam:quippe qui ali
quid succinat:sociumq; sese pbeat cantãti· Solet au=
tem quisq; hilari:securoq; animo cãtare:nisi aliqua
coactus necessitate id faciat·

43 Cur nõ bis diapente:aut bis diatessaron reddi cõ
sonantia potest:ut bis diapason coaptari solet·An ꝙ
diapente cõsonantia posita in pportione sesquialtera

est. Diatessaron uero in sesquitertia: q si tres sesquialteri, aut sesquitertij numeri ordine disponantur extremi: nullam inuicem portionem habebunt. Neq; n. super particulares, neq; multiplices esse poterunt: at diapason continentia: quoniam duplari proportione consistit. Hæc geminata quadruplam inuicem soni habeant: quibus diapason interuallum continetur: penitus uero careant: qui diatessaron: aut diapēte habitudine copulantur. idcirco sonis bis diapason esse consoni possunt: cæteri non possunt: ob eam: quā reddidimus causam.

43 Cur si quis neten: cum pulsauerit: apprehendat: sola hypate subsonare uideatur: an q nete cum desinit: elanguescitq;: in hypaten transit. Indicium, q hypaten protinus neten canere aptissime licet. etenim quasi neaten præ se ipsa ferat: similitudo ex ea petitur. cum autem echo quoq; ipsa cantus quidaз esse pbetur. Est enim uocis neate iam desinentis tactio: tinnitusq; ipse sono respondeat hypate. merito ob suam affinitatem nete mouere hypaten posse uidetur. Neaten ubi se moueat apprehensa certo nouimus: at hypaten cum uideamus in apprehensam: & tamē eius sonum percipiamus: ipsam sonare credimus. quod in multis accidere solet: in quibus scilicet neque sensu, neque cogitatione perpendere ueritatem possumus. Ad hæc si nete ictu intente accidat: ut iugum moueatur: nihil sane mirum fuerit. eius autem motu neruos omnes commoueri: sonumque reddere aliquem probabile est. Sonus igitur neate alienus ab cæteris est: & cum desinit: & cum incipit. cum hypate uero cum desinit: idem existit. Quod si eius propriæ motiōi adiunctus ipse totus esse illius uideatur:

absurdum haud quicquam haberi debet. Amplior autem: quam sonus reliquorum neruorum promiscuus hic exultat. Quoniam illi quidem a neate quasi impulsi submisse uel lente: & leuiter: ac molliter sonant. Nete autem ipsa fidium omnium uehementissima sua tota potentia sonum reddit. Itaque secundaria eiusdem actio merito superior esse: quam cæterarum potest: præsertim cum leuissimo motu ipsa moueatur.

44 Cur suauius cātilenā audimus cū ad tibiā: quam cū ad lyrā cātatur. An omne suaue: q̄d mistū cū suauiori est: suauius redditur. Atqui tibia: quā lyra suauior est. ergo cātilena quoq; mista cū tibia: quam lyra suauior sit: modo quis sensuz amborum percipiat. Vinū enim acetomulso suauius est: quoniam quæ natura pmiscet: longe amplius temperantur. quaz quæ a nobis miscētur. Vinū quippe ex acido: ac dulci sapore mistum est. Probari hoc idem pōt uel malis punicis: quæ uinolenta appellamus. Ergo cantilena & tibia misceri sibimet admodum suam ob similitudinem possunt. Spiritu nāq; utraq; cōficitur. Sonus autem lyræ: quoniam non spiritu sit: aut minus sensibili, quam tibiarum: minus uoci immiscere se pōt. Q̄d cum ad sensum discrimen pariant: nō imerito minus demulcent. quomodo dictum de saporibus est. Adde ꝙ tibia sonitu, cognatio neq; sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyræ cum tenuis: uociq; commisceri minus idoneus sit: ipse per sese patēs, suumq; genus syncerum custodiens: omnes cantilenæ errores posita quasi regula patefacit. Cum uero multa perperam in cantando agantur: quod promiscuum ex erratis, recteque actis prouenit: deterius esse

necesse est.

45 Cur neruum medium inter septem uocamus: cum inter octo nullum medium sit. An quod olim concentus neruis septē constabat: quorū medium est. Eorū item quæ inter extrema cōtinentur: solum medium principium quoddam est. Quod enim in medio situm est: eorum qnæ in aliquo interuallo ad utrunque uergūt: extremum hoc principium: & medium est. Cum autē extrema cōcentus neate: & hypate sint: hisque interiaceant: reliqui soni: quorum medius nominatus solus principium alterius tetrachordi est: iure medij nomen habuerat. Principiū enim idem esse dūtaxat patuit: quod medium est eorum: quæ inter aliqua clauduntur extrema.

46 Cur melius multi cum cantant: seruare numeros possint: quam pauci. An quod multi magis unnm: ducēque respiciunt: tardiusque incipiunt. Itaque facilius assequi idem possunt. plus enim erroris solet committi in celeritate. Accidit autem: ut suo duci multi: quam pauci sint attentiores. Segregans uero sese nemo eorum exuperata multitudine clarere potuerit: quanquam inter paucos facilius proculdubio poterit. Quamobrem inter sese ipsi per se potius: quam cum principe certant.

47 Cur uox in ptem acutam cantus magna ex parte degenerat. An quod acutum facilius: quam graue cantatur. Acutū igitur crebrius cātant. Dumque id faciūt: errorem crebrius cōmittunt.

48 Cur ueteres cum neruis septem cōcentus disponerent: hypaten non neten reliquerunt. an non hypatē: sed eam: quæ paramese nostra tempestate uocatur: tonique interuallum reliquerūt. Vltima uero densi in

acutum ꝓ media usi sunt. quãobrem mediam quoq; eam appellarunt. An ꝙ superioris retrachordi finis principium erat inferioris: & medium tono ꝓportionem extremorum tenebat.

49 Cur tragœdiarum choris neq; subdorio: neq; sub phrygio cantandi genere uti mos est. an ꝙ modulũ præstare concentus hi nequeunt. Quo certe choris magnopere opus est. Mores uero subphrygium obtinet usui rerum deputatos. Quamobrem in Geryone excursus: & arma eo ipso concentu aguntur. Subdorium uero magnificum: constans: graueq; est. Quocirca omnium maxime concentuum citharæ accommodandum. Sed hæc ambo: ut choris minime congruunt: sic scenis esse familiariora ꝓbantur. Etenim scena heroum facta: dictaque simulat. Veterum autem solos duces fuisse haroas constat. populi homines sunt: quibus chori consistunt. Quapropter choro competunt mores: moduliq; tranquilli: & flebiles. hæc enim humana potius sunt. Quæ minus cæteri concentus pſtare queunt: minimeq; ipse subphrygius: hic eniũ animos lymphatis similes reddit: cogitq; debacchari. At uero mixolydius nimirũ illa pſtare potest. Itaq; eo ipso affici possumus: sunt autem patibiliores qui inualidiores: quã qui ualidiores sunt. Quãobrem id genus choro tribuimus: subdorio uero: atque subphrygio agimus quod choro non conuenit. Est enim chorus cliens quidam: curatorq; ociosus. Quippe qui beneuolentiam duntaxat his exhibeat: quibus adest.

50 Cur sono grauiori mollior modulatio contineatur. An ꝙ modulus sua quidem natura mollis est: & quietus: sed admisti numeri ratione asperior red=

ditur:& mouentior·cum igitur grauis sonus mollis quietusq; sit:acutus contra mouēs:& irritans: prorsus eorum quoq;:qui eundē modulu3 habent:mollior esse debet:qui grauior eodem modulo cōtinetur·Modulū nanq; mollem esse eorum dictum iam est·

51 Cur parium:similiumq; doliorum:si alterum inane:alterum dimidiatum sit:echo diapason consonantia resultabit· An φ echo dupla dimidiati ad inanis existit· Quid enim in istis potius,quam in fistulis res euariet· motum nanque eundem acutiore3 putamus: quem ueIociorem· Amplioribus uero aer tardius occurrit: ut duplis duplo:& cæteris ad ꝓportionem· Vtris quoque duplus diapason ad subduplum consonat·

Eorum:quæ ad stirpium genus:& oleracea pertinent·Sectio·XX·cuius quæstiones· XXXVI

1 Cur aquam salsam apium recipit: porrum recusat·an φ alterius radix ibecilla:alterius ualida ē·Impatibilius aūt:qđ ualidius·

2 Cur in ꝓuerbio est:Mentā belli tpe:neq; edito·neq; serito·an q̄a mēta refrigerare corpa potest:ut corruptione cōstat seminis genitalis·id aute3 ipsum aduersum oino est:ad fortitudinem:atq; animositatem quāuis genere sit idem.

3 Cur aliqua fructu uacēt cum florem habeāt:ut cucumer:cucurbita:malus punica·an his fructus nō deest:sed ipsa ꝓ fructibus habētur:quibus flos insidet. Fructus enim id est:quod florem gerit· Cucumeri autem florem inhærere ꝑspicuum est·

4 Cur eorum:quæ terra gignit:alia cocta:alia cruda sunt cibo idonea·an quibus succus esculentus non

protinus est:ijs decoctis dulcior redditur a calore. Quibus autem sapor uel protinus gratus consistit: hæc etiam cruda hesitãtur.

5 Cur alia elixa: alia assa melius edi possint. an quod humidiora non eatenus humectari: sicciora non amplius exiccari oportet. elixa autẽ humidiora: molliora quod omnia redduntur. quæ uero minus humida sunt hæc igne confecta sicciora prorsus euadunt.

6 Cur alia esculẽta: alia inesculẽta experiamur. an causæ succus est. Quod enĩ & ignis expers succũ cõtinet imitem: & igne cõfectum nihilominus redditur: hoc cibo ineptum penitus est: quod autem succo esculento quidẽ: sed uehementiusculo constat: hoc pro cõdimento recipimus. quod eniꝫ exiguo corpore uim magnam obtinet: id naturam condire potest amplio rum esculentorum.

7 Quã ob causam stirpiũ aliæ ad semẽ usque uiuere tantũmodo possint: deinde cũ semen tulerunt. exarescãt: ut genus herbæ: & quæ olera nominamus: aliæ nõ: sed sæpius fructificare solitæ sint. Ipsarũ etiã uiuentiũ ad semen usque ferẽdũ: cum magna pars ãnua sit genus apij: quod ab equo hipposelinum appellatũ est: quasi equapium dixeris. anno postero fructũ affert. cumque attulit: exarescit. cur ita: an omnia eatenus uigent ætate: quatenus semine quoque ualeant. nã & homines ad annum trigesimum usque proficiunt: aut copia: aut crassitudine. Vbi autem semen ferre nõ amplius possunt: modo stirpium obarescunt: atque senescunt. quãquam alia ocyus: alia serius occidunt. Idque portione. sed quam ob causam alijs longũ uitæ spatium: alijs breue datum est: porro alterius inter est disputationis declarare. sed cum omnibus finis:

ac terminus sit perfectio seminis: quibus uita breui tempore continetur: hæc semel aut certe non sæpe. Quæ autem esse longæua natura uoluit: hæc sæpe fructificare necesse est. Quãobrem quæ imbecillima sunt ferre non plus ualeant: quam semel: tum exarescant necesse est: ac eorum ipsorum alia anno primo simul & semen reddere: & uitam explere naturæ ratio sancit: alia postero: ut equappium. Quæ uero præualida surgunt: hæc annis pluseulis post fructificare incipiunt: diuq; uitam agere possunt: fructificareq; sæpius: ut arbores.

8 Cur siqs apiũ radicetenus circũfodiat: ptiq; imæ panicũ undiq; ingerat: deinde terrã accumulet: itaq; irriget: radices mira magnitudine adolescẽt. an ꝙ natura panici fungosa: & calida pabulũ attrahit: conceptũq; nõ sursum trãsmitti patitur. Sed inter radicẽ cõtentũ calore sibi indito cõcoquit: ut radicis amplissimum sequi incremẽtum necesse sit.

9 Cur siqs cucumeres: aut cucurbitas ꝓtinus puulas cõdiderit in terrã: maiores multo efficiet. An ꝙ spiritus: & sol exiccãdo incremẽtũ ipediũt. moleq; tũ minorẽ: tũ crispiorẽ reddũt: quẽadmodũ & arbores: quæ loca uẽto: soliq; exposita tenẽt: quæq; i cauis manẽt: & riguis: alteræ eni magnæ: fungosæq; fiũt: alteræ paruæ: & spissæ. Ast uero inter terrã occulta: quoniã cõtra afficiãtur: cõtra euadãt. necesse ẽ. Quin etiã quæ uasis icludimus: ut cucumeres in ferulis cauis: aut tegulis: & mala punica: aut quæuis mala in ollis ampla reddũtur: & fungosa. cõtra quæ detecta sunt: parua: solidaq; augescũt nullo ambiẽte operculo: qd alimonia faciat largiorẽ. Id enim obiectum facit: ne pabulum aut euanescat: aut arescat.

10 Cur plātarum acrium semina acriora sunt: quã radices: & folia. an ꝙ semine omnia oriūtur: inque cæteras omnes ptes ex eo ueluti fonte quodã: (ut qui dam aiunt:) & sapores: & odores deriuari necesse est. nam etiam odores omnium una cum seminibus esse suaues incipiunt. Quod si acritudo cæteris ex se= mine ꝓficisci solita est: semen ipsum maxime esse ta le ratio exigit.

11 Cur tenues radiculæ acriores sunt. An ꝙ am pliores illæ spatio temporis longiori plenius conco ctæ mitescunt.

12 Cur capparis locis ꝓuenire cultis haud facile põt multi nãq; tentarūt & radice translata: & semine sparso: cū apud nõnullos cõmodior cappacis sit: quã rosa. sed tamē efficere nihil potuerūt. qd ergo causæ sit: ut cultis nesciat hospitari: inculta: & auia perse quatur: & maxime sepulchris adhæreat. Igitur de hoc: cæterisq; generis eiusdē accepisse illud oportet. ꝙ non oïa eadem ex materia cõsistere solent: aut au= geri: sed sunt: quæ ex aliorū corruptione: & princi= pio cõsistant: & post augeãtur: ut pedūculi: & pili corrupto alimēto: aut qua labe alia corporis ꝓdeūt. Ergo ut in corpore nõnulla excremento ꝓueniūt ali= menti; quod certe cruditas est: & ubi naturæ uires superare nõ queunt. Ascendunt quidē in uesicã: & aluum: quæ in prõptu maxime sunt. Aliqua uero ani mal ꝓducunt. Itaq; in senectute: & morbis hæc au gētur: sic in terra alia cõcocto alimento & cõsistūt: & augentur: alia excremētis: aduersaq; concretione oriūtur. Culturæ autem officij est: ut concoquat: red= datq; efficax alimētum: quo genus mite: urbanumq; fructuum consistit. Quæ igitur mitigatione: infor=

mationeq; huiuscemodi creantur: hæc urbani uocabu lo significamus: eo φ solertia hominis educata quasi eruditaq; meliora euadant. Quæ autem cura adhibi ta mitescere nequeunt: aut etiam aduerso habitu loci sui generis prodeunt: hæc syluestria sunt: & rustica cultiśq; uiuere nolunt. cultus enim dum ea meliori bus instituere moribus contendit: deprauat, atq; per uertit. quippe cum a sua natura desciscere nequeant: quæ orta sunt ex corruptione: quo in genere capparis quoque profecto est.

13 Cur siquis radicularum folia tempore hyberno cũ maxime uigent: absciderit: & terram pedibus com planarit: conculcaritq; ut imbrem nullum admitte re possit: radiculæ ipsæ per æstatem amplitudine mi ra increscent. An propterea quia ne corrumpantur: causa conculcandi soliditas est: quæ humorem putre facere prohibet. alimentum uero quod aliter ad ger men sursum transmitteretur: radix sibi ipsa totũ di spensat. itaq; uel amplior fiat: necesse est: uel suo de latere radices alias mittat geminans modo ceparũ. has enim multiplices effici nouimus: siquis annuas non euellat: sed tempori hyberno relinquat. At cum uim istam procreandi, ut lateri ceparum natura de dit: sic radicularum negarit: necesse profecto ẽ: ipsas illas crassescere nimiam ob copiam alimenti.

14 Cur siquis cucurbitas: aut cucumeres apud puteũ sitos in ipsum dimiserit puteum tempestiuos: beneq; operuerit: uirides per annum totum seruauit. An φ uapor aquæ refrigerans efficit: ne assiccentur: seruat q; uirides, & uegetiores: & obturatio illa, & spi ritus satis alere possunt: quæ iam in plenum creue runt. permanendi uero facultas propterea datur: φ

relictis radicibus suppetit alimentum. nam si quis cũ fructificarunt: detractis sarmentis, præcisaq; planta terram aggerarit: conculcaritq; circum radices: cucumeres faciet præcoques. utpote: cum radix ualeat conseruari. Haud enim cucumer annuam sortitur naturam: sed uiuere ulterius potest. Ferent autem isti fructum maturius, quam qui semine prodierunt. quoniam radix bona pars scilicet operis præcondita iaz naturæ habetur: quod illis seminatis prius confici necesse est. Terræ autem aggregatio, & constipatio teporem inducit: quo radix, & seruari, & germẽ mittere celerius queat. Vnde etiam fit: ut si quis per hyemem cucumeris semen in qualis situm aqua irriget tepida: & modo soli exponat: modo collocet apud ignem: præcoques admodum cucumeres faciat: si tempore congruo ad ipsum cum quallis in terram demittet.

15 Cur non meridie: sed mane, noctu ue irrigare consueuerunt. Vtrum ne solis feruor humorem absumat an q si aqua calida sit: necabit: quæ irrigantur.

16 Cur omne odoratũ genus tam seminũ: quam stirpiũ mouere urinã potest. An quia calidũ est: cõcoctuq; facile. Cuius sane generis sunt: quæ urinaz ciere ualent. Calor nanq; interior cito extenuat: nec aliqua corpulentia odor continetur. Nam & ea quæ minime odorata sunt: alia caloris sui ratione uim mouendi urinã habẽt: uel potius colliquãdi: semin[illegible] aũt genus omne odoratũ, calidũ esse pculdubio nouimus. Odoris enim natura calore aliquo oĩno creatur. At uero, quæ male olẽt: haudquaquã apta cõcoctiõi sunt Esse aũt nõ calida solũ: sed etiam concoctu facilia debent: quæ sint prouocatura urinam, ut scilicet una de

ſcendendo humores extenuent·

17 Cur ocyus olus excauleſcat:quod ſemine uetuſtio ri ut trimo,aut bimo prodierit:quam quod nouo·An ꝙ ſicut in animantium genere ſemẽ id celerius affert quod uiget·ita etiam ſeminum, quæ uetuſta admodum ſunt:uim ſuam omnem exhalarunt: quæ recentiſſima:imbecilliora propterea ſunt:ꝙ excrementuȝ adhuc procreationi minime conueniens continent· Quæ media tempore:hæc humore inutili omni exactio,ualidiſſima eſſe probantur·celerius igitur ſemẽ profundunt·Id autem ipſum non niſi excauleſcere ẽ: quippe cum ſemen ex caule proueniat·

18 Quam ob cauſam ruta inſita in ficum pulcherrima,plurimaq; proueniat·inſeritur uero inter corticem,limoq; obducto fouetur·An ꝙ rutæ radix fomẽ tum,teporemq; deſyderat·itaq; cinere quoq; circundata iuuatur:ficus autem calida eſt,: quod eius ſuccus omnium acerrimus docet:& fumus,quem multum emittit·habet igitur calorem,atq; humorem talem:qualem etiam cinis·Quamobrem ſi ille iuuare poſſit:ficus porro copiam,ac uigorem eo magis præſtabit:quo humor cineris quidẽ non perpetue affluit ſici uero irrequieto[confluuio]manat·utpote cum arboris ſuccus conſumi ex toto non poſſit·

19 Cur ſtirpium nonnullæ caulem ſemper edant inanem·An illis,quarum natura imbecillior eſt:has rarum,inanemq; emittere caulem neceſſe eſt·

20 Cur in terra attica fructus cæteri dulciſſimi fiũt thymum uero acerrimum eſt:cum id etiam ipſuȝ fructus quidem exiſtat·an ꝙ ager ille tenuis,ſiccuſq; eſt Quãobrem nõ multũ humoris continent: quæ in eo naſcũtur·Ergo quæ dulcia ſua conſtant natura : hæc

ob humoris contenti mediocritatem: ubi sol partem consumpsit maximam· facile reliquo concoquuntur· Etenim multum concoqui negocium magnum ē: mediocre expeditius confici potest· Vnde fit: ut fructus, qui lege suæ naturæ dulces creantur: dulciores euadant· qui sicce natura, minimeq; dulces proueniūt suam ob inopiam tantum humoris retinent: quantū suo conueniat generi: quod dulce nequaquam est· Sol autem quantum dulcissimum sit: & leuissimum eximit· Itaq; acerrimi relinquuntur: qui humore super uacuo carent: quem fructus cæteri obtinent·

21 Cur pulegium, & lyrium, & cepe· suspensa florent solstitij tempore· An inest crudum in his alimē tum: quod ut hyeme concoqui ex frigore nequit: sic solstitio ex calore concoquens auget· utrum quia influxu carent assiduo: breui marcescunt· Etenim quæ nullum alendi initium, nullum influxum assiduum habēt: intereunt: exiccanturq;· Qua de causa accidit apud Scythas: ut frumentū diu in terra maneat: propter copiaꝫ niuis: & ubi emerserit: celeriter crescat·

22 Cur cepe unum tam acriter mordere oculos potest Vnde nomen quoque a græcis crommyon impositūꝫ putant: perinde quasi pupillam comprimi cogeret· origanus uero nihil huiuscemodi facit· nec aliud q̄ppiam ex cæteris, quanquam acre· Neq; enim nasturcium, quod mordacius est: oblatūꝫ oculis efficit æque ut lachrymæ profluunt· at cepe & cūꝫ oculis admouetur: & cum comeditur: lachrymas mouet· An φ acriū genus discrimine euariat numeroso: quo sua cuique uis consistit: rataq; habetur· Nasturcium ergo, quia calidius est: resiccare quod colliquauerit: amplius potest· Nam extrudere lachrymaꝫ cū editur:

poteſt:admotum tamen ad oculos:nihil ꝓpterea mo uet:quia nullum mittit uaporem·eſt enim id & ſic-cius,& calidius·Origanus cæteraq́ id genus calida ſunt leniter:& ſicca·quod lachrymas autẽ moueat: mordax id eſſe debet:& humiduȝ & lentũ· Quas ob res oleum quoque lachrymam excutit:quanuis le niter mordeat·ſubiens enim,irreptanſq́ ſuam ob lẽ-titiam,atq́ tenuitatem dolorem mouet: ac proinde humorem tabificat·at cepe uim eiuſmodi ſane habet ut quod & humore:& uapore ſit calido:tenui,& lento·Itaque oculis admotum:eo ꝙ uapor eiuſmodi eſt:humorq́ tenuis commeat:lachrymas mouet: cun q́ editur:itidem tranſmiſſa reſpiratione facere po-teſt·Allium calidum quidem eſt:& acre: & humo ris aliquid continens:ſed lentum nõ eſt·itaq́ lachry mam mouere non poteſt·

23 Quam ob cauſam myrta colliſa in manu dulcio-ra ſentimus:quam integra·An quemadmodum race-morum acini uindemiati dulciores ſunt : quam non uindemeati· Et enim muſto quod natura ſuaue ẽ: excerpti acini quaſi condiuntur·quippe qui uel extri ſecus muſtum reſudent·at qui in racemo cohærent: utique incõditiores conſtant·ergo myrta quoque na tura dulcia,intuſque ſuam dulcedinem acinorum in modum uuæ continentia:ubi manu compreſſa,con-flictataque ſunt:diffuſa inteſtina dulcedine : parte quoque exteriore inopplentur·itaq́ dulciora non im merito ſentiuntur·

24 Cur myrta enucleatiora ſunt:quæ minora:et pal mulæ nucleo pene uacant:quæ minutæ adoleuerunt: & uuarum acini,qui paſſim conſtiterunt:exigui ui nacea uel nulla continent:uel pauciora,minoraq́·

An quia minus perfecta sunt: quæ minora: icirco semen continent indiscretum: cui perinde, ut fini nucleus deputatus est: quamobrem & minora sunt utpote surculi quidem agnati exteriores, partusq; iper fecti: & minus dulcia: quam quæ iustum continent nucleum. Sunt enim minus concocta. Concoctio autē non nisi perfectio est.

25 Quam ob causam fructuum alij partem radici ꝓximam habent amariorem: ut cucumeres: alij postremam superiorem: ut glandes. An ꝙ alijs pars ista radici proxima crudo uescitur alimento: quoniam escæ confluuium per radicem frequentat: alijs quia sicci e natura sunt: postrema pars succo dulci, concoctoque inde absumpto iam plenius siccatur: amarescitq; modo solis. Redditur enim unum quodq; amarum: cum amplius exiccatur: ut oliuæ: ut glandes in ueteratæ efficiuntur amaræ.

26 Cur aliqua germinare non terra contenta: sed abscisa, aut euulsa: uel recondita possint: ut caules liliorum: ut allia: ut cepe. An ꝙ omnes alimentum intra se continent: nec certo, definitoq; loco oēs oriuntur. Crescere aūt unūquodq; potest nō eo, ꝙ in se cōtinet alimentū: sed ꝙ decoctuȝ iam & digestū illud pabulum est. continent igitur uel ante hac alimentum: sȝ augeri tum duntaxat incipiunt: cum tempus ad id adest: cuius opera res illa effici potest uelut etiā oua crocodilorum tempus tute operiri sibi commoduȝ nouimus: incrementum tamen continuari nō licet: quoniam aliud non suppetat alimentum.

27 Cur allia & cepe quo sicciora ferantur: eo meliora possint euadere. cætera autem deteriora. An ꝙ oīa istiusmodi maxime plena humoris; conficiuntur. ita

q; terræ commissa ficciora temperamento commodo germinare incipient. Adde q minus putrent: cum sic ciora feruntur.

28 Cur allia & cepæ solæ ex plantis reconditæ germinare possint. An q humore alimentoq; sunt refer tæ. Copia igitur alimenti est q germẽ efficere queat. Idq; constat argumentorum squillarum: tum etiam bulborum: qui idem facere possunt. Crescere autem quodq; solet cum tempus uenerit.

29 Quã ob causam quæ aqua frigida irrigamus: dul ciora, quã quæ tepida euadant. An q sic interclu sum calidum salsius est: ut calidius, quod salsius: dul ce aũt ita contrarium: ut frigidũ est: & alimẽto ole ribus humor est: unde saporum genera oriuntur.

30 Cur allia cum excaulescunt plenius, quam recens edita olent. An q recentia humoris multum adhuc extranei continent. quo fit: ut uim suam integrã ha bere nequeant. Cum autem decocta iam sunt: secreto humore illo inutili: tum suum odorem syncere adipi scuntur: qui scilicet acer est. Quin etiam cæteri nup editi fructus dilutiores sunt: & cepas recẽtiores ob eam causam minus acres sentimus.

31 Cur fructus myrtorum nõ cõditarũ magis, q̃ folia defluant cõditarũ aũt, reseruaturumq; alga: ut fit: folia defluant: fructus adhæreant. An ita euenit nõ conditis. quoniam natura sancitum est: ut fructus p= acta decoctione flaccescant: ac decidant. quæ quidem decoctio repositis agi non potest: sed eatenus tantũ efficitur: ut algæ uapor prohibeat: ne humor fructus immutetur. folia contra cum siccent: decidunt. Algæ aũt, ut salsa exiccãdi uim habẽt. Ergo nõ idẽ folijs ac cidit arbori adhærẽtibus, & cõditis, mõ quo dictũ ẽ.

32 Quam ob causam cucumeres: cognomento pepones optimi palustribus planis id est humidis fieri soleant: ut apud Orchomenum: & in ægypto. Aquarum etenim uberem terram esse ægyptum putamus. Cur ergo cucumeres, qui humidi sunt: & ob id ortēses: ac rigui mime laudati locis palustribus: quæ madida sunt: egregie fiant. Vtrum q̄ ob terræ duritiã altius coguntur descendere. Solum nanq̧ limosum, ac planum maxime indurescit. Qui autem alitius in nituntur: meliores euadunt. An q̄ terram siccã esse oportet: quoniam cucumeres natura humidi sunt. ita enim sequetur: ut per retractum in mediū ueniãt. Palustris uero si plena, alta que sit: alimentum nec exiguum præbet ꝓpter soli altitudinē: locūq̧ ipsum: neq̧ ipsum: neq̧ nimium, quoniam solum resiccati necesse est.

33 Quam ob causam ruta & nonnulla pigmenta odora sudorum faciant fœditatem. An quorum in odore grauitas est: atque acritudo: ea cum excremētitijs mista humoribus deprauare odores possūt.

34 Qua de causa rutam fascinationis remediũ esse diunt. An propterea quia tum effascinari se credunt: cum aut uoraciter edunt: aut incommoditarum aliquarum tenentur suspitione: aut cibum habent suspectum: quem capiunt. itaq̧ cum de mensa eadem quid priuate sibi assumunt: participem intuentem quēpiã faciunt: affanturq̧ cū impertiãt: ne me fascines. ergo cibū cum pturbatione sument: nec quid bibēt: aut edent sine turbatione. & flatu, qui una bauriatur: & igeratur. Quãobrē flatu ipso uel cū extrudēdus effertur: cibus quoq̧ una elatus eijcitur: uel cū itercłusus p humorē tenetur: tormia mouētur: & cruciatus

Igitur ruta præsitata ui sua: & potestate calefacto ria, uas quod recipit cibos: elaxat: & reliquum corpus itidẽ afficit. ex quo fit: ut flatus ille interclusus transmitti: atq; secedere possit.

35 Quæ nã causa sit: ut Origanus musto iniecta ui nũ dulce efficiat: duas in amphorã iniecisse eminas satis est: an ꝙ tollit quãtum in musto est: aquabũdũ & feculentũ sua siccitate in seipsa recipiens: quibus scilicet saporem confici austerum censemus. argumẽto ꝙ uina siquid aquæ habeant; sibi illibatũ: minus mollia redduntur: atq; & si diutius stare in fece sinantur: itidem fiet: & cum uinum dulce mollimur: uuas multum temporis soli exponimus: ut sol quantum sit dilutum: auferat: & reliquum decoquat. hoc autem idem facere uel origanus potest. quippe quæ sit & sicca: & calida.

36 Cur nigræ myrti fronde sunt frequẽtiore: quam albæ: an ꝙ nigræ generis sunt syluestrioris: cuius indicium: ꝙ locis rusticis istæ proueniunt: minimeq; ex cultu mutantur. humida autem omnia fronde crebriore conduntur. Quod enim minus suos fructus decoquere possunt: idcirco ad frondem alimentum se uertit.

Eorum: quæ ad farinam: & massam: cæteraque id genus pertinet. Sectio XXI. cuius qõnes. XXVI.

1 Cur ptisana: & farina triticea oleo istillato reddi possint cãdidiora: cum rufũ oleũ sit. An ꝙ spumare solet: dũ cũ humore misceantur. Quod nõ nisi albescere est. Mistio uero uersatu: agitatuq; fit: & cũ corpulentis humor

cōmitti melius poteſt:quod ſane in ijs accidit · quæ aqua decoquit:atq; ita candidiora efficiuntur·

2 Cur cibus triticeus maxīe corporibus noſtris cō=petentior:atq; ueſcētior eſt:quā ordeaceus· An ꝙ hic mediocrem habet lētitiam:quam cibus habeat:opor tet:ꝗppe qui adhærere: cōglutinariq; corpori debeat· Quæ res non niſi lētore effici pōt·Ordeum uero rigi dius eſt·Itaq; maſſa eius lōge pertrita ualidius alit: quam parum attracta·

3 Cur farinæ triticeæ primū:ordeaceæ ultimū cādi dius eſt· An alterū ut durius circūfrāgitur :idq; agi=tur cū plurimū tpis mollitur:alterū ut mollius:atq; tenuius:quāprimum exprimitur·candidius autẽ in utriſq; quod interius eſt·

4 Cur panes frigidi albiores cernūtur:quā calidi. An eadē quodā modo cauſa eſt:cur inueteratū quoq; oleū candidius ſit:quam recens·Cauſa nāq; nigroris humor eſt·hic aūt in hiſce utriſq;:ut recētibus uberi=us cōtinetur:ſic tēpore ꝓuectis partius in ſuperficie reſidet ꝓpter euaporationem· Euaporatur prorſus oleum uel tempore:uel ſole·panis autem calore inde egrediente per refrigerationem·humor itaq; frigidis iam euanuit:calidis adhuc ineſt·

5 Cur panes non ſaliti plus ponderent:ꝗ ſaliti:mo do cætera oīa pari habeātur mēſura·Cōtrariū nanq; ueriſimilius dixeris cū ſal adijciatur:& grauior ſit: quā aqua· An quia ſal exiccare pōt:ex quo icorrupta ſeruātur:quæ confecta ſale reponimus· Abſumitur eni a ſale:reſiccaturq; humor:qui ex calore putreſcit & in pane igitur humor a ſale cōſumitur:extraque afflatur·quo circa panes pridie facti leuiores ꝗ cali=di ſunt:utpote frigidiores:contra ijs:qui ſale uacant

humor largior insidens efficit grauiores.

6 Cur panes frigidi humefacti: si inuicē tangāt nō cohæreant: calidi cohæreant: An φ frigidi lētorez suum cum uapore una emiserunt: quo exacto cōglutinari non amplius queunt: humor enim quo maduere: rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continent. ex quo fit: ut cum madefactis uapor emigrat: calor ob suam tenuitatem respiretur: & euanescat. Glutinosum autem illud cum calore egrediens seq; cum humore permiscens: facit ut inter se panes cohæreant.

7 Cur farinæ triticeæ primum: ordeaceæ ultimū candidius prodeat. An φ ordeum, ut rigidius protinus obfrangi: diffundique aptum est: (quod maxime fit: cum diu contunditur.) Triticuz mollius est: atque ob eam rem parte exteriore leuiter didu cta: interior: quæ candidior est: expressa primum contunditur. est autem in utrisque candidius: quod interius est.

8 Cur massa ordeacea quo plenius tractetur: teraturq; eo magis aluuz subducere: leuigareq; potest: triticea contra: quo plenius: eo magis. An φ triticea maiorem in modum contrita minuitur. lentum etenim quodq; affici ita solet: tum ignis humorez pa nis undique eximit: itaque rigidiusculum humore sublato relinquit. Deniq; quāto plenius contractatur & teritur: tanto frigidior redditur. Partes enim sin gulas deminui adeo agitatas: extenuariq; necesse est. Rigidius autem omne concoqui facilius potest. Or deacea contra. quo amplius pressatur: & teritur: eo lētior: & tenacior humore inbibito euadit. Tenax autem omne ad lentum diuidi sane haud faci-

le potest. Qua quidem diuidendi difficultate fit: ut ægre concoquatur. Quod enim concoctionez receptu rum est: digeri in minima debet.

9 Cur massa ordei contrita minor: tritici amplior reddi pōt. An ꝙ ordei farina massata: cōtritataqꝫ cō pescitur: atqꝫ cōsidet scilicet glutinamēto humoris. quia rara & crassiuscula est. Triticea quoniam spis sa admodū est: colleuatur: atque extollitur. Spissa et enim omnia subacta: pertritaqꝫ incalescunt: & in ca lescendo inflantur: ac extolluntur: quomodo etiam caro perfricata extollitur.

10 Sed cur massa triticea in igne amplior: q̄ ordea cea reddatur. An ꝙ humorem triticea continet indi scretū. Qui cū calefactus egredi nequeat: scilicet ex ptritionis compressu: mox spiritus de eo cōcalefacto humore nascitur: largior autez humor largiorem pa riat spiritum necesse est.

11 Quam ob causam cū mel tenacius: q̄ aqua sit: fa rina mulso subacta rigidior reddatur: ubi decocta ē quam aqua subacta. An ꝙ aqua feruore ignis cogitur atque consistit: mel contrahit quidem: sed non sine assiccatione. Itaqꝫ rem facit rigidiorem. Causa nāqꝫ rigoris in siccitate est.

12 Cur biscoctus panis refrigeratus minus duriciaz præ se ferat. An ꝙ triticū dulcē quēdā: ac lētuz succū in se cōtinet: q ueluti anima eius est. Indiciū ꝙ cū sic cet oino exinanitur: cū aūt uaporis aliq̄d sentit: mox erūpit: & coalescit. Ergo cū humor hic i farina quo qꝫ tritici insit: maximeqꝫ in ea quæ purissima est: ef ficitur: ut in massa ex ea ipsa farina cōfecta idem ser uetur. Argumētū ꝙ decocta in pultē redditur lētior. Vbi igitur panis prio igni cōmissus est portio rigidi

& leuis cũ humore euaporatur: & quãtũ in farina furfureũ maxime est: totũ deuritur. Mox pane educto cũ denuo massa retritatur: p̃ssaturq;: pars farinæ tenuissima: & humoris lẽtissima: quæ solæ supersunt: miscentur amplius sibi: tum quia tales amplius euaserunt. tum que ꝑpter ignitionem. Fit eniꝫ mistura: eorum tincturæ cõsimilis: ita ut massa post trita similis farinæ illi elixæ efficiatur: quippe quæ ꝑtrita iam priã: relictaq; ꝑte farinæ tenuissima: & humoris lentissima glutinosa: & resiccabilis redditur: ubi ignem p̃sensit: nã & disiungi facile q̃d lẽtuꝫ est nequit: & humorẽ nullũ ꝑ se ipsuꝫ emittit: quod spissum est. Hac igitur eadẽ re panis quoq; biscoctus ob causas p̃dictas efficitur. Itaq; minus durescit: cuꝫ semp inter se humiditatem contineat.

13 Cur nonnullis de genere cibi. tum humidi: tum sicci multum temporis sine fastidio uti possimus: ut cibo quem triticea ex farina: ordeaceaue cõficimus: & uinis austeris: & aqua: alijs uero quãuis suasioribus: non tamen sine fastidio totiẽs uti possimus. An ꝙ eorum quæ in cibo assumimus: alia ualidius alunt: suntque ad inundandum aptiora: itaque uel cibi cibo priore consumpto uacui sumus. inest præter ea facultas multa in corpore: ut ad priorem corporis confectionem decocta est: sic ad finem: & ad succedentes coquendi uicem cruda animaduertitur: Cuius sane generis pars plurima suauium est. quæ enim pinguia: & dulcia: & optima sunt: ea nobis gustu suauissima sunt. eadem que omnia ualide nutriunt: & decoqui possunt: solentque inundare quocunque inter se ipsa discrimine distent. Unde efficitur siquis sese impleuit: facultas eorum diu-

tius immoretur • nec breui sensus deficiat. Non enĩ
solum pleno uentriculo satietas oritur : sed digesta
quoq; alimonia cæteras in partes idẽtidem usu eue-
nit. An non id solum ipsum causæ est : uerũ etiam ꝙ
nonnulla per quam modicæ naturæ usui sunt : nobis-
que familiarissime conueniunt. Hæc enim omnia
quia secundum naturam sunt : idcirco melius a cor-
pore dulcia recipiuntur : ut quæ præter naturæ ra
tionem facile respuuntur. Alia uero alijs tem-
perationibus congruunt : ut mel apibus secundũ na
turam sic suppetit : ut ea uesci tantummodo possint
quanquam uiribus sunt imbecillis. Itaque relinquen
dum quidem est : quantum absumatur : sed id ex pro-
portione ad uires hominis. Quæ igitur e suauibus
ita sese habent : ea quoniã naturæ minus propria cõ
ueniunt : suauia quidem sentiuntur : sed parum tẽpo-
ris mox faciunt & fastidium pariunt. Quæ au-
tem secundum naturam pro cibo deputata homini
sunt : ea semper appetimus. Itaque fit ratione natu
ræ : ut usu quoque eorum assiduo minus, quam sua-
uium fastidire possimus.

14 Cur eadem ex assuescentibus suauia : & admodũ
crebro utentibus insuauia sentiantur : cum tamen as-
suescere sit sæpe : & crebro quicquã facere. An quia
consuetudo habitum rei cuiuspiam cupientem in no
bis efficit non satietatem. frequens autem uisio desy
derium explet : quod & ipsum quasi causa quædam
est. habitus ergo cum exercitantur : augẽtur : atque ꝓ-
ficiunt. Conceptacula uero infarta nihilo ampliora
redduntur. Quamobrem consuetudo cum exercita
tio sit : auget habitum illum capientem. Quod au-
tem usu crebro in cibo assumitur : infarcit quidem :

expletq; desyderium: quo expleto non amplius escā recipimus: sed augere illud idem non potest ob eam scilicet rem: quam modo de infartione retulimus. Ad hæc non ideo suauis consuetudo est: quia semper delectet. Nam res etiam solitæ molestæ sunt: si usu qs agit crebriori: sed eo certe suauius agitur: quoniā operis principium libenter adimus: & diutius rem facere eādem assueti: quam non assueti ualemus. Qua igitur re molestum hoc est: quanquam suaue sit: hac eadem cætera quoq; suauia efficere possunt. utraque enim cum crebro uel fiunt: uel pro cibo sumuntur: tedio nos certe afficiūt. cuius sane causa est: quod nos uires siue uirtutes uel recipientes uel agentes non infinitas: sed finitas habemus. quæ ubi quidem sibi modice competat: obtinuerint: id enim est: quod continue amplificari sentiatur: alteræ satis explentur: alteræ agere nequeunt.

15 Cur panes: ut parū triti: sic nimiū triti rumpantur. An q parū triti quoniam partibus minus connexis inter sese cōtinentur: idcirco rūpi facile queunt. Tritatio enim ptes copulat: & cōiungit. Ergo suo ipsi discrimine ad disruptionem paratiores reguntur. Adde quod multū humoris & in pmiscuum continent: qui minus trituraz pressurāq; recepere: at quos nimium tritos igni mādauimus: ij sicci admodū sunt quoniā humoris parū imodica agitatio tritandi reliquerit: idq; decoctis totum exactum est. Igitur rumpi utrosq; necessum est: quoniam humoris multum educitur. multum enim: ut absolute in his cōtinetur: quos paruz tritaueris: sic reliqui comparatione in ijs est: quos immodice agitaris.

16 Cur massa triti. cādidior ptrita efficiatur. ordeacea

nigrior. Vtrum quod per summa ordeaceæ nimiũ assiccatur. calor autem humori pmistus candorẽ gignit. an quia cũ calefacta est: humorez ad seipsa trahit: ut quæ partibus maiusculis constet.

17 Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat: quam oleo subacto: quod tenacius est: quãquam glutinatius: quod lentius est. Oleum autem lẽtius quaz aqua. An ꝙ aqua tenuior est: ut usquequaq; subire: emollireq; ualeat. Cohæret item & cõprimitur inter se melius farina aqua subacta: quãquam etiam sine contritu comprimi queat.

18 Cur massa tota leuior fit: quam seorsum humor: & farina. Vtrum quia cum miscentur: spiritus intercluditur. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur. itaq; minus id redditur: quod ex utroq; mistum constiterit. aer autem aquæ tametsi misceatur: nihilo tamen leuiorem faciat. nam ipse quoque aer cum aere pondus augeat.

19 Quam ob causam lac: uinumq; dulce quotiẽs cuz farina ordei bibitur: dulcius sentitur. Vtrum ꝙ ad non dulce dulciora istæc esse uidentur. Farina enim dulcis non est: aliter quia humor dulcis mistus cum farina diutius immoratur. An propterea quia farina quæ dulcedinem in se habet: aliquãdiu immoratur: itaq; diutius sensio habetur.

20 Cur eadẽ potio minus mera appareat: si farina ordei inspersa bibatur. Vtrum quod diuersa sibi miscẽtur: & tẽperantur: an quoniã farina humori obducta in sese retrahens abolet qualitatem.

21 Cur alica plus aquæ recipiat: ꝗ triticuz: unde cõfecta est. An propterea: ꝙ alica farina quodã modo est: farina autem plus aquæ imbibit. moles enim

amplior eius quam tritici est·Pressius nanque & con stipatius triticum est·At quod amplius est: plus id capere potest·An non solum ea ipsa de causa ita fit: sed etiam calore, quem intra se continet & farina & alica: efficitur, ut bibacius hauriant· quod enim calidum est: humorem id & efficacius ad se trahit: & expeditius in uaporem consumit·

22 Cur farina tritici massata, pertritaque longe amplior reddatur, quam ordei scilicet ex proportione· An quod altera multum humoris sibi admittit: altera parum·Sed qua de causa plus admittat· Congruens enim potius dixeris: ut ordeacea bibacior sit· quippe cum ordeum tostum triticum non tostum sit·An propterea ita fit: quia trituram pleniorem triticea patitur·cuius causa est: quod partibus minutioribus constat·Fit igitur quasi ut quantuplo partibus contineri potest minoribus tantuplo humorem sibi largiorē admittat·quippe quæ ipsum humorem proglutine sibi capiat: ut Empedocles quoque suis in persicis diuerticulo quodam ait· Munus ubi larga cereris coniunxerit unda: multumque humoris proinde absumere queat·

23 Cur etiā igni mādata massa tritici amplius augeatur: quā ordei·An quod humorē in se cōtinet indiscretū qui recalescēs extrudi nequeat·hic ergo cū in spiritum trāseat: nec sese pmere pariter: atque ex massa ordei possit: uidelicet pter tritici spissitudinē·spissius· n· est: quod ptibus cōstat minutioribus· Idcirco extollit: molēque agit ampliorē·Ad hæc plus ista humoris cōtinet·Quo recalescēte spiritus puenire solitus est· Ex quaque re autem pluri: plus pficiscatur: necessum ē·

24 Cur pistorum, cæterorumque officio fungentiū fru-

mentario: qui ordeum attractant imbecilli efficiantur: & destillationibus infestentur: qui autem triticum, corpore sint bene habito. An q facilius triticum concoqui: quam ordeum potest. Atque ea re delibamẽta inde manantia esse faciliora necesse est.

25 Cur panis tostus durior: tepefactus humidior reddi aliquantisper possit. An quonia; cum torrescit humor extruditur: itaq; panis relinquitur durior. Leniter autem cum recalescit humor cõsistens ab igne diffunditur: humidiorq; proinde existit.

26 Cur farina tritici resiccata minus constipetur, q̃ ordei. An q intercapedine uacãt: quæ ex partibus cõstant minutissimis: & plura quæ grauiora sunt: cõpressa suopte pondere tantundem occupant: quantũ pauciora. Sed farina ordei crassiuscula est: itaq; siccata compesci, atq; in minus contrahi potest: ut quod minus est suo compressu: plus illud constipet in se ipsum, capessatq;: triticea porro particulis minutissimis iam constat. Itaq; non ideo resiccatur: ut partes reddantur minores: sed ut leuiores efficiantur: minusq; constipentur suo compressu, & nutu. natura eni; grauior farina triticea: q̃ ordeacea est.

Eorum, quæ ad fructus arborum pertinent. Sectio. xxij. cuius quæstiones. xiiij.

1 Quam ob causa; poma nõ ita prius: ut post esitata in repletionis mole respondeant. An quoniam cæteris esculentis genus pomorum longe grauius est: quod argumento ficuum constat: quæ nouissimæ esitatæ, ultimæ tamen euomuntur. Poma igitur ante ingesta suo pondere in imum delapsa: spatij amplitudinem relinquunt superius: ut cibum sequentem admitti facile liceat.

At si e contrario sumantur: usu eueniet: ut quoniam deorsum ferri expedite non queant: innatent: & partem totam fere occupent inanem·

2 Quamobrem cum dulcia nobis similiora, q̃ acria sint: ocyus a dulcibus impleamur· Congruum eni3 ut contra eueniant· quandoquidem a similibus minus sa tiari consentaneum est· An quoniá non æque præ maturæ conceptaculum: ex quo hausimus: & corpus quod uescitur: impletur: sed uenter quidem repletus aliquando est: ut eorum, qui sitiunt· sitis autem nihilominus superest· Non enim ea de causa sitis cessat: quia uenter plenus humoris est: sed quia membra cor poris omnia humorem cõmodum sibi attraxerint: & ubi illa satis suu3 desyderiũ expleuerunt: tunc sitire cessamus: ita etiam fames: nec aliter tolli potest·

3 Cur ocyus a dulcibus, quam acribus satiemur· An quia ocyus dulce, quam acre appetere desistimus: sed an perinde: ut uenter implentr: nos quoq3 dulcibus satiari possimus: confessum non est· Cum igitur desyderium celerius his ipsis expleri possit: docendum est· Alimenti desyderium, siue cupiditas, ut simpliciter loquar: indigentia est: cum cibum uel nullum: uel pauculum habemus· Quod cum acria non ualide nutricare queant: sed parum alimoniæ: multum habeant excremẽti: merito amplius hæc appetimus: parumque eorum cupiditatem explemus: quoniam alimento item indigemus: quo ipsa careant· At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt: atq3 ex paruis quibusdã eiusmodi escam corpus capit uberiorem· Quod cum se abunde referserit: nihil edere præterea potest· Plus enim tolerare nõ potest: atque ita efficitur: ut ocyus a dulcibus satiemur·

4 Cur fructus arborum & carnes, & cætera id genus utribus uehementer inflatis contenta ualeant incorrupta edurare: nec minus, quæ diligentissime picata obturataq; circumundiq; fuerint. An quoniam corrumpi omnia solent: cum mouentur. Quæ autem plena sunt: immota persistunt. haud enim fieri potest: ut motus sine inani spatio agatur. Atqui istæc, quæ ita inclusa sunt: plena undiq;. cōstat ergo incorrupta seruari ratione.

5 Cur uinum post pomum putre epotum amarum sentiatur. An amarorem putredo habet: Itaq; quod de pomo per summa insidet linguæ humori: qui bibitur: permistum: diffusumq; amaram efficit potionē. Ipsum autem pomum per se esitatum minus deprehendi propterea potest: quia saporis id genus multa attingat: inq; exigua discernatur.

6 Cur edēda bellaria sint: usuq; secundarū mensarū adijci debeat. An ut satis bibamus. Nō enim sitis gratia solum, quæ per mensam primam nos teneat: bibēdum: sed etiam post hau sisse aliquid iuuat.

7 Cur nuces tostæ refrigeratæ deteriores redduntur & panis quoque & glandes: & multa id genus alia: rursusque calefacta eadem meliora euadant. An propterea quod refrigeratis succus concrescit: & cōstat: tepefactis rursus dilabitur. Suauitas autem non nisi per succum percipi potest.

8 Cur post fructuum esitationem ut ficuum cæterorumq; generis eiusdem uel uinum merum, uel aquam superbibere debeamus: quæ quidem aduersa inter se sunt. an quia genus pomorum & calidum & humidum causa suæ generationis est. habet enim tū ignis copiam: tum humoris. itaq; succus pomi ueluti feruo-

rem intus per ignem excitat: quo modo mustum foris efferuet ui tamen hebetiore. humor autem nimius cruditatem committit. A qua igitur suo frigore feruorem illum frangit: atq; extinguit: & uinum suo calore idem plerunq; efficere potest. quippe quod perinde atq; ignis igni multis pauco uires subtrahat. amplius tamen humoris copiam suo calore emollit: & concoquit: suoque pondere innatantem illum feruorem uincit: ac reprimit.

9 Quam ob causam caricæ bifidæ tantum dulcissimæ sint: nec multifidæ: aut omnino infissæ dulcedinem præstent. An quod ex multifidis respirauit: euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima. In ijs autem quæ infissæ coierint: humoris diluti copia est quod nihil fere inde exactum fuerit. At quæ fissæ quidẽ sed tamen fissura multiplici sunt immunes utroque isto incommodo caruerunt.

10 Cur si ficus in furno siccantur: duriores efficiuntur: quam si exemptæ foris refrigerentur. An quoniam in furno humor totus ex nimio calore euaporatur: foris aer circunfundens humorem contrahi, emanareque prohibet. ita enim ut leuiter euaporetur: potius accidit. Sunt autem quæ siccent dura: quæ hument mollia.

11 Cur ab acerbis uinum, aut aqua epota dulcior sentiatur: exẽpli gratia, si qs glãdes: aut myrta, aut tale qd ori mãdauerit. An merito ita fiat: queãdmodum uel in cæteris agitur. oĩa nãq; plenius eadẽ apud sua contraria innotescũt Contrariorũ autem sapores oppositi ferme inter se sunt: an ut res in ijs est: quæ colore inficimus: ita etiam lingua acerbis conficitur illis: meatusq; suos patefieri patitur: ut dulce subire

amplius possit. Res enim quasq; inficiendas humoribus quibusdā acerbis ante imergimus: ut inde affectæ infici colore plenius, atq; ineluibilius possint.

12 Cur dulcia minus dulcia sentiātur calida, q̄ refrigerata. Vtrū propterea ꝙ simul sensus duo existunt: id est calidi, & dulcis. itaq; calidi sensus reliquum depellit: atq; obfuscat. an ꝙ etiam succus dulcis calidus est. itaq; ignis igni adijcitur. ergo calor est: q̄ impediat. an ꝙ ignis uires oiūminuit: quia uim obtinet commutandi. calida igitur propiora mutationi sunt: refrigerata resident: sibiq; iterum constant.

13 Cur paleæ fructus duros atq; incōcoctos emolliūt immaturitatemq; adducunt: mites autem & concoctos non putrefaciunt. an ꝙ palea calida, & attrahens est. Suo igitur colore concoquit: & ꝑ uim illaȝ attrahendi saniē oēm seuocat: atq; iputridos seruat.

14 Qua de causa ficus cum molles: dulcesq; sint dentes offendant. an quia gingiuis sua lentitate adhærēt seq; præmolles inter dentes insinuant: & putredinē per suum caloreȝ cito conficiunt forsitan & ob granorum suorum duritiam dentes celeriter effatigant: cum manducantur: conficiunturq;.

Eorū, quæ ad mare salsamq; oēm aquā pertinēt. Sectio. xxiij. cuius quæstiones. xli.

1 Cvr fluctus prælalti pelagi superfrangi nō soleant: sed parui tantum & breuis. An quia parum humoris cum fertur: discerni a spiritu facilius potest: quam multuȝ.

2 Cur nauigia onūstiora in portu: q̄ in alto ēsse uidētur. celerius etiam de alto in terram ueniunt: quā de terra in altum prouehbuntur. An ꝙ plus aquæ q̄ minus reniti ualidius potest. pauca eniȝ oppressa onere

cedit:ut demergi necesse sit:multa e contrario repellit:ac sustinet·Vis enim ea est aquæ:ut sursum uersus compellat inferius:ergo ut in portu maris paruʒ: sic multum in alto est·Itaqʒ plus oneris conuehi in portu uidebitur:etiaʒ mouebitur ægrius:quia magis immergitur:& aqua minus reniti potest· At uero in alto res contra usu eueniat·

3 Cur fluctus interdum prius eueniant:quam uēti· An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima impulsa partem sibi continuam ipsa·compellit :itidemqʒ deinceps uice pari:serieqʒ agitatur perpetua· Quamobrem cum mare ipsum continuum sit· effici tur ut quasi imus ictus continuus ex his omnibus exultet:idqʒ fieri uno in tempore possit· Itaqʒ euenit: ut prima & ultima pars simul moueantur:quod ae ri nunquam accidit:quia corpore uno continuo hic esse non potest:eo ꝙ multiplici undiqʒ repulsu retor quetur:atqʒ conquatitur:ut primus,ualidissimusque mouendi impetus refringatur:impediaturqʒ· Quod mari accidere propterea nequit : quia grauius aere, motuqʒ difficilius est·

4 Quam ob causam cum aliquid in mare undabun dum & æstuans iactum est:ut ancora unda residet: & quiescit·An ꝙ mari ponderi cedit:quod defertur quo cum aer delabatur : qui cum per directum in imum defertur:atque attrahitur:secum eodeʒ id tra hit:quod mare de latere concitat · æstus autem maris non desuper tendit ad ima:sed per summa uersa tur : quo sedato tranquillitas oritur· Ad hæc cuʒ mare in ea spatia coit : quæ ponderi descendenti cesserint : uertiginem mouet : quæ non nisi circulo agitatur·at cum linea recta circulum per punctum

attingat:fluctusque ad lineam rectam oblique ferantur:fieri potest:ut fluctus ipsi per punctum oras uertiginis attingant:nec prædictam ob causam tantū: sed etiam ꝙ ipsa uertigo accedens:suo impetu circū undique illos depellit.quod cum itaque fluctibus ps ea uertiginosa careat:merito unda iacta ancora residet:tranquillaturq;. Adde ꝙ aer qui cū pondere illo delapso descendit:mox sese referens:undamq; sursū compellens bullas excitat.quippe cum bulla humore consistat:qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur.omnis autem bulla lenis,serenaque est. Indicium uero ꝙ unda,qua pondus in imum corruit: sub missa in cauum paulopost resurgit:& mari circundanti æquiperat.

5 Cur interdum nauigia dum cursum agunt:in mari quieto repente absorbentur: totaque ita pereunt, ut ne naufragium quidem fluitans usquam appareat.an cum locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpitur:simul in mare nauigia introrumpuntur: introrsumque spiritus impetu trahuntur. Cumq; impulsu pari circumundique agitentur:deorsum ferantur necesse est.Hoc idem apud Mesanam quoque in freto fluctu reciproco euenit:Fiunt enim eo ipso uertigenes:quæ in imum obsorbent:tum ob eam,quā diximus causam:tum etiam ꝙ mare illud prealtum est:terraq; ad longinquum usq; subhiat cauernosa. Vertigenes igitur eo usq; per uim ductitāt:itaq; efficitur:ut inibi fragmenta nulla ualeant fluitare. Fluxus autem ille fieri solet cum flatu desistente priore mari itē fluente flatus aduersus primo occurrit:maximeq; cum auster. Cum enim undæ inuicem cursitant:influctu prætereunt mutuo:quo scilicet mō in

fluminibus fieri nouimus:atq; ita mare in girũ uertitur: quæ uertigo: aut uertex uocata est. Fertur autẽ unda in anfractum initio motus ualido desuper irruente. Igitur cum undas urgere in latus non liceat: (impulsu nanq; repellũtur mutuo:) cõpelli prorsus in imum necessarium est. Quamobrem id quoque deferri eodem una cogitur: quod uertigo prehenderit: eademq; causa est. cur etiam nauigia resimentur: repandaq; deferantur: cum deuorantur a uertigine. Iam enim aliqua erecta ex toto descendisse memoriæ proditum est.

6 Cur mare ponti candidius: quam ægæi est. Vtrũ propter uisus refractionem factam de mari in aerẽ. Est enim aer ponti crassus: & albidus: itaq; fit: ut etiam maris pars summa talis esse uideatur: ægæi uero quoniam a longinquis usq; purus: & liquidus est cœruleus cernitur: quo circa mare quoq; aeri renitẽs colorem eũndem representat. An q lacus omnes: quã mare candidiores sunt: pontus autem in lacus speciẽ propemodum transit: eo q multi in eum fluuij effluunt: nec uero mari solum candidior lacus est: uerũ etiam fluuijs. Vnde pictores flumina pallida: mare cœruleum: lacum candidum pingere non inepte consueuerunt. An quia per aquam bibi idoneã uisus penetrare facile potest: aerem uersus reflectitur. e mari autem nec sursum reflecti potest: quoniam leuis aqua non est: & deorsum progrediens fatigatur. itaq; fit ut mare nigrum esse uideatur. Atqui mari: quod lacũ simulat: pars dulcis per summa innatat. Salsa uero in imo est. Quamobrem q id penetrare aspectus nequit: sed ad lucem reflectitur: albedinem per summa ostendit.

7 Cur mare minus: quã aqua bibi idonea: frigiduz est: omnesq́ salsi humores nõ ut dulces frigidi sunt: Vtrũ ꝙ mare spissius: & corpulẽtius est: tale autez quodq́ minus refrigerari põt: sicut etiã amplius incalescere aptum est: quippe ꝙ calorẽ seruare suã ob densitatẽ melius possit· An quia mare pinguius est: quo circa flammam æquæ extinguere: atque cæteræ aquæ: non põt· Calidius aũt, quod pinguius est· An quoniã multũ terræ in se cõtinet: ꝑpterea siccius est: quod autem siccius: idem calidius est·

8 Qua de causa qui mari se lauerint: ocyus resiccẽtur: cu; mare grauius sit: q̃ aqua dulcis· An quia crassius & terrosius est· ergo cum parum humoris habeat: merito siccari potest celerius·

9 Cur ꝑflante aquilone: mare ꝑspectius: atq́ translucidius sit: q̃ austro. An quia mare, cum serenũ est: colorem trahere sibi assolet· Inest enim aliquid pinguis in succo salso· Indicium ꝙ die tepidiore oleosuz quiddam secerni uidemus· Ergo tranquillo: tepidiori q́ mari succus iste sua leuitate ꝑ summa pãditur: q̃d aquilone fieri minus potest causa frigoris· Est autez aqua translucidior: quam oleum· Id enim colore obducitur· Aqua uero expers coloris uisu obuiã aptiorẽ sui præstat suspectionem·

10 Cur fluctus uentum præ se omnes ferant· An q̃a flatus futuri indices sunt: flatus enĩ ĩpulsus aeris est An quia uice ꝑpellendi successiua cõsistunt· ꝑpellit aũt flatus non dũ cõtinuus: sed exoriens· Primus igitur quasi emarcuit: mox autem hũc ꝑpellit: factaq́ altera densitate elanguescit· Quare cum hoc ꝑpulsu iam adest: ꝑpellens quoq́ illud uẽturum esse palam fit· Facit enim idipsum cum incipit·

11 Cur fluctus ante, quã flatus: erumpit. An quia non simul flatus desistit: & mare undabũdum sedatur: sed mare postea cessat. Ideo fieri põt: ut q̃ mouerit spiritus: ante occidat: q̃ sensu obuius sit. itaq; nõ fluctus spiritu prior est: sed ille latet: hic patet. An flatus nõ undiq; simul spiret: sed primũ unde exortus sit. Simul autem spirat. & mare sibi ꝓximũ agitat: quod exitum subinde ꝓximũ mouet: atq; ita fieri põt: ut fluctus flatum possit anteire. Motus enim ille uelocior a mari non a flatu principium ducit.

12 Cur in mari melius: q̃ fluuijs: natare possumus. An ꝗ qui natat: sedulo aquæ adnitẽdo natat: adniti autẽ firmius ad id possumus: quod corpulẽtius est. At aqua maritima fluuiali corpulentior est. crassior enim & ad renitendum ualidior.

13 Cur mare deuri põt: aqua nõ põt. An & aqua deuritur: sed mare minus ignẽ extinguit: quoniã pinguius est. Cuius rei indiciũ oleũ facit: q̃d ex sale depromi põt. An etiã meatus maris minus congruant igni: ut qui crassiores sint: & eomagis: ꝗ salis ratio nõ deest. Vt igitur q̃d siccũ est: minus extinguere: q̃ quod humidũ põt: ita etiã quod amplius siccum est: idẽ ex ratione urentius esse debet: & alterũ magis altero. Quo enim siccius: eo calidius est. mari autem istæc ambo inesse plenius palam est.

14 Quam ob causam demersi in mare plus tẽporis ualeãt tolerare: quã in fluuio. An quia fluuialis humor tenuior. subiens igitur copiosius strangulat.

15 Cur mare ꝑspectius: & dilucidius est: quã aqua potu idonea: cum crassius sit. dulcis enĩ salsa tenuiorem. An tenuitas causa nõ est: cur mare dilucidius sit: sed directi meatus id faciũt: quos tũ plurimos: tũ

amplissimos continet. ergo illa potu idonea: spissa ex tenuitate suarum partium est: salsa amplioribus interstitijs inanit. An quia mare purius: & syncerius est. terra enim nulla in eo permanat: arena suo pondere delapsa in imum subsidet. At humor dulcis mistus cum terra est: quæ interueniens facit: ut cito perturbetur.

16 Quam ob causam mane aura frigida de mari nõ spirat: de fluminibus spirat. An quoniam mare locis patulis: spatiosisq; dilatat: flumina angustissimis cõ cluduntur. Aura igitur maris per multa uastaq; spatia dispalata redditur imbecillis: fluminum autẽ uniuersa extinguitur. itaque amplius ualet: & frigidiuscula merito occurrere potest. An causa non in eo est: sed ut fluminuз sua natura frigida sunt: sic mare nec frigidum: neque calidum est. aura autem: omnisq; respiratio: humore uel calescente: uel frigescente execu ti solet. utrum enim ex his fuerit: humor arescit: quo arescente: aer: qui inde ortus spirat: aura est: qui si a frigidis proficiscitur: frigidus merito spirat: si a ualde calidis: cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autem neque frigidum: neque calidum ualde est. Itaque nec frigidũ esse id potest: quod ex eo respirat: cum scilicet mare frigidum ipsuз non sit: nec cito refrigeratur: quia calidum ualde non est.

17 Cur fluctus altioris pelagi tardius desistat: quã breuioris: An quia res omnis serius ex motione multa: quam pauca requiescit. æstus autem magni pelagi amplior: quam parui est: ergo nihil temere agitur: si tardius quietatur.

18 Cur aqua salsa frigida bibi non põt: calida: refri

geratane post: quã calefacta est: melius põt. an ꝓpter ea: ꝙ de contrario in cõtrarium res quæq; mutari solita est. aqua autem salsa dulci opposita est: & cum calescit: portio salsi decoquitur: cum refrigeratur: in imum defertur: & subsidet.

19 Cur aquæ positæ ꝓpter mare: dulces magna ex pte non salsæ cõpiãtur. An quia pcolatæ: potu aptiores redduntur. pcolari autem id melius potest: quod mari ꝓpius situm est.

20 Cur aqua salsa ꝓfluere nequeat. an quia stabile: qood graue est. Salsa aũt aqua grauis est. quapropter calidæ tantũmodo ex salsis ꝓfluere possunt. habent enĩ sibi leuitatẽ: quæ põdus salsuginis superat. Calidũ nãq; leuius est. Adde ꝙ aquæ ꝓfluentes p terrã nimirũ pcolari queunt. itaq; quãtum crassius: & grauius est: id assidue magis: magisq; defertur: & subsidet: quãtum leuius: atq; syncerius: id seuocatur: & ꝓfluit. Vt enim salsum graue: ita dulce leue est: atq; ita efficitur: ut sint dulces: quæ ꝓfluunt. hæc eadem causa est: & cur aqua salsa cum mouetur: mutaturque dulcior fiat: leuior enim p motum: atque syncerior redditur.

21 Cur si quis in africa ꝓpter mare infoderit: aquã principio dulcẽ: post breui salsam eãdẽ compiet: cum cæteris in locis minus id ipsũ eueniat. An pria loci illius aqua cõcocta sub terra est: quæ cũ diutius mãserit: salsior a mari trãsmisso efficitur: ut quæ nup cõstiterit: cæteris autẽ locis aqua uel nulla est: uel ꝑplurima nulla ꝓhibente siccitate est.

22 Cur sal eliquari ocyus aqua salsa: quã dulci possit. An ꝙ eliquari nõ aliud est: nisi ab humore calore ue subeũte resolui: & dirimi: ita ut liquidum sit. eli-

quare autē nequeunt quæ uel subire oīno nō possunt uel quæ ita subeunt: ut tangere nequeant. Vix illa uero eliquant: quæ facile trāsmeant: cōtra celerrime dirimunt: quæ ꝑ uim se intrudūt. Subire aūt nequeunt: quæ amplis admodum ꝑtibus constant: quippe quæ meatus rei subeundæ excedant: cōtra quæ minutioribus cōstāt. transeat sine tactione. Atqui ut dulcis aqua tenuior: ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penetrans uix liquefacit: altera subit quidem: sed minus ꝓpter suarum partium magnitudinem. Itaque cogere: & proinde dirimere celerius potest.

23 Cur aqua minus cādeat: si moueatur: qđ uel maris æstu inspici pōt. Vnde Homerus flatu oriēte inqt & flatu nigrescit pōtus eodē. An duabus de causis. nā si ex ꝓpinquo cōtuimur: causa est: ꝙ uisio magis trāsmeat aqua manēte: quam mouēte. eripitur nanq; trames oīs directus cū mouetur. Candidū aūt id esse uidetur: qđ ꝑspectū: atq; ꝑlucidū est. ꝑ quod enim uisus trāsire nequeat: id atrū esse affirmant. quāobrem aerē quoq; nigrum: e lōginquo: candidū ex ꝓpinquo uidemus: & maris: ut quod ꝓpe adest: candidū: ita quod ꝓcul: cœruleum: & nigrū. sed si e longinquo spectatur: causa est modus quidā: quo aspectus mouetur: cum se ad elongatiora deducit. Quin etiā cum aqua quiescit: aspectus uniuersus in lucē reflectitur: quod fieri nequit: cum illa mouetur.

24 Cur fluctus prealti pelagi nequeant supfringi: quemadmodū parui. An quoniam aqua parua distrabi ab aere magis potest: q̄ multa: ꝓpterea ꝑcussa facilius frangitur. Atqui in alto multa in breui pauca est: quæ in fluctus compellitur.

25 Cur loca austrum uersum spectantia aquas continent salsiores. An propterea quod mare in terram sub austro interrumpit. dulces cum salsis miscentur.

26 Cur aqua salsa uino dulci magis: quam austero supernatat. Utrum quod dulce plus terrae continet: sicuti uua passa. an quia grauius: & lentius dulce est: itaque minus miscetur: immistumque residet: atque innatat.

27 Sed cur omino possit innatare: cum terrena sit: nam quod delatio huius deorsum est. Utrum propter calorem modo salis: excremento nanque per summa erumpenti res similis est. an alia causa sit. Nam si non propterea ita fiet: uel dulci innatare minus incredibile erit: calidissimum enim est.

28 Cur fluctus ante interdum ueniant: quam uenti. an ea de causa, qua etiam postea desistunt. Primus etenim flatus prius quasi languescit: quam fluctus ille impulsus deuenit ante in terram: non ea unda: quae prima impulsa est: sed id uice pari subinde impellitur: quod proximum deinceps exceperit.

29 Cur littora fluctuosiora solida saepe efficiantur adeo: ut plane pauimentata uideantur: & ut solida sunt: quae frequentia fluctuum concaluerunt: ita pars remotior soluta fit admodum: & caedens. an propterea quod fluctus arenam non minutissimam: sed maiusculam procul eijcit: ut & manus non quod minimum est: id maxime longe iacere potest. Tum etiam cum permulta & uaria promiscue conquatiantur: uersenturque: pars minimorum interlapsa spissat: atque consolidat: mox fluctus residentis motio nihil propterea protrudit: sed opprimit: pauimentatque. ergo quod exigua procul exilire non queunt: incidit: ut ex paruulis molles

coaugmentetur:quæ quoniam motu:frequenti agita
tuꝫ est:continua redditur:arena scilicet interlapsan
te ꝑtenui:dum compages contentione ꝑpetua consi=
stat:cū fluctu ultimo pauimentatur:& humor leni=
ter:sensimq; irrorans cōglutinet. At ps seposita oræ
arida disgregatur:& funditur:lapillis etiaꝫ cōstat
maiusculis:minusq; complanata est.

30 Cur supius mare salsius:& calidius sit:quā in=
ferius:& puteis quoq; potu idoneis pars supna sal=
sior sit:quam ima:quāquam esse e contrario debuit.
grauius enim:quod salsum est. An quia sol:& aer
ptem humorum leuissimam assidue detrahunt.dul=
cissimum autem quod leuissimum est:potissimumq;
de ꝑpioribus locis hauriūt:& maris igitur:& aqua
rum dulciū summa uis solis exercet. Itaq; salsius id
esse necesse est:quod his residuuꝫ extat:unde humor
dulcis exactus est: quam unde nihil: uel minus
abijt:propterea calidior quoque pars eadem supe=
rior est. salsum enim quam dulce calidius est.qua
propter quibusdam ex ijs:qui a disciplina Heracli=
ti sunt: placet: ut dulci ex aqua siccata :concretaq;
lapides : terraq; creentur:mare autem fit unde sol
exalationes eliciat.

31 Cur maris pars terræ ꝓxima dulcior est. An qa
frequentius mouetur. Salsus autem humor cum mo=
uetur:dulcior redditur. An quoniā aqua in ꝓfundo
salsior est:minus autē alta : quæ ꝓxime terram est.
Quãobrem quæ statim a terra ꝑcipiti altitudine de
scendit:salsa est:nec dulcedinis tantundem reddere
potest.cuius rei causa est:ꝙ salsa suo pōdere in imū
potius deferatur.

32 Cur mare solum omnium aquarum deuri potest:

non enim pluuia:non fluuialis:non aliqua potu idonea· Vtrum quia multam continet terræ: quod salis argumento ipsius constat· An quoniam pinguiusculũ est:quod oleũ demonstrat:q̃d in sale resudetur·

33 Cur lacus arenam uel nullam faciat: uel minus quam mare, & fluuius· An quia saxa in mari consistunt: & terra deusta maxime est:arena autem saxum in parua, minimaq; perfractum est: quod ictu fluctuum frangitur· At in lacum saxa nan æque consistunt pura, synceraq;:neq; frangi itidem possunt: eo ꝙ fructus non pari modo excitantur· Sed ĩ fluuijs confici arenam potius dixerim:quoniam terram hi detrahunt:saxaq; suo fractu perfrangunt·

34 Quam ob causam cum lacus uel diminutus, uel exiccatus est:frumentũ in campo acrius gelu deuritur· Vtrum ꝙ humor lacus aerem suo uapore tepefacit:ut minus, atq; imbecillius congelascat:quam locis palustribus & cauis· An de terra ut uulgo dicitur:frigus incipiat: & subeat sensim, lacu igitur ab sumpto frigus per terræ spatia ampliora plenus inuadens gelu instringit:deuritq; amplius· Locis autem cauis, atq; palustribus frigora de imis aspirant quod etiam uulgo creditur· & quanquam terra calcat tempore hyberno:tamen quia humida est :calor per summa insidens refrigeratur: & perit·humor·n· nec adeo procul est : ut refrigerari caloris interioris beneficio nequeat : nec adeo paucus:ut nihil ualeat· madet enim terra ubertim· Fit igitur eo ipso congelascente:ut quasi super glaciem & ambuletur: & habitetur·

35 Cur mare simul salsum, & amarum est· An plures esse in mari sapores nil ꝓhibeat·q̃ppe cũ genus

salsuȝ amaro coniungi, esseqȝ simul latissime pateat.

36 Cur lapides & testæ in mari rotunda reddãtur. an quia externa compari ademptu circumfracta in rotundam se colligunt speciem. hæc enim sola simili extremo clauditur: mare aũt quoquo uersus agitando pariter circũ undiqȝ frangit: atqȝ obtundit.

37 Quamobrem nonnuſq̃ siquis circa mare infodiat aqua dulcis principio emanet: post uero salsa efficiatur. An propterea mare ipsum dulcem illum humorẽ sub terra transmittit, percolatqȝ: merito principio dulcis est: leuior enim dulcis: quam salsus est. Itaque prior occurrit: & mare dulcis aliquid humoris in se habet: quod terræ permistum facilius innatare põt. Salsum uero quoniam & grauius est: & aptius: ad secandum in imum defertur. Siue igitur ita est: siue per uenas ex continente in mare dulcis profluat humor: non immerito per maris summa extare possit: qua se cum eo committat: ergo meatibus postea patefactis humor salsus copiæ suæ ratione uincẽdo: salsugine totam afficit aquam. Accipit eniȝ ut superis obseptis meatibus: confluuium salsi humoris iter aliud faciat: contraqȝ patefactis totũ istuc perferatur: quo modo in corporis uenis fieri nouimus.

38 Cur mare cum grauius quam aqua potu idonea sit clarius atqȝ perspectius est. Vtrum quia pinguius ẽ. nam si oleum affusum efficere potest: ut melius per aquam incernere sit: merito cum ipsuȝ mare in se pinguis aliquid habeat: perspectius, & dilucidius sit. ipsuȝ. n. oleũ aqua leuius est: q̃uis non ꝑspectius an mare nõ ꝑspectius ẽ: sȝ eẽ tale uidetur. q̃ppe cũ aqua dulcis: aut fontis: aut fluminis sit: fons suam aquam nõ sine terra emittit: ut purissima esse nequeat: flumen

tum terram: tum fecem detrahat· Causa igitur hæc sit: cur dulcis minus perlucida appareat·

39 Qua de causa qui mari natant: uentre salubriter euacuantur· haud enim quia laborant: nam qui curriculo eunt: uehementius elaborant: sed tamē nō ita euacuantur· An non omnis labor id faciat: sed solus: qui nullam dat causam tabescendi intestinorum· maris autem mora uel omnino edaciorem: & uentris inanitate adustiorem hominem reddi uidemus· est et enim uapor maris calidus: & siccus·

40 Cur lacus Pæsa, qui potu idoneus est: lauat simul & purgat uestimenta· humor enī dulcis lauare potest: amarus purgare, atq; abstergere: quæ quidē haberi simul non possunt· An nullus humor uestimenta suo amarore possit purgare: sed lētore tantummodo. quamobrem trunculi: & quæcunq; mucosa, uim abstersoriam obtinent· Igitur & amara quæ ferme lentescunt: purgare queunt: cætera nequeunt· In hoc autē lacu accidit: ut nitrosæ uirtutis amarum totū deustum sit: pingue & lentum remaneat· Hoc igitur abstergit, & purgat· Lauat autē suo dulci humore·

41 Cur maris undabūdi quod desistit: albicat: quod prouoluitur: nigricat· An quia quod minus cernimus: nigrius id esse uidetur· minus autem cernimus: quod mouetur: quam quod quiescit· An quoniam candet, quod transpicitur: nigrescit, quod aspectu peruium non est· minus autem id transpicitur: quod mouetur·

Eorum, quæ ad aquas calidas pertinent: Sectio· xxiiij· cuius quæstiones· xix·

1 Cur aqua perfusi calida, minus calorem percipimus: cum peruncti oleo sumus. An propter corporis leuitatem facile aqua dilabitur: minusq; immoratur: q̃ ut calor subire ualeat.

2 Cur puteorum aquæ tepidæ a meridie æstate reddantur. An quia tunc frigiditate aeris iam superata calor plene inualuerit. ante autem frigor calore soluitur: & cessat. Non eni; simul alter cessat: alter inualescit: sed spatio temporis.

3 Cur aqua interdum facta calidior, quam flamma ligna deurere nequeat: flamma queat. An quia flamma prætenuis est: spiritusque ex ea proficiscens partibus tenuissimis constat: aqua profecto crassiuscula est: itaque subire non potest. At uero flamma, carbonumque ignitamentum suam ob tenuitatem facile subeunt: atque resoluunt.

4 Cur aqua feruens liquefacere nequeat: uenter queat. Vtrum uentris calor sua tenuitate subire potest: aqua sua crassitudine nequit. An q cætera quoque liquefieri humor prohibet. Nulla enim res est: quæ inter humorem dilabi, & tabescere possit. At in uentre humore in uesicam secluso facultas resoluendi acquiritur.

5 Cur fundus uasorum non urit: quæ aqua; feruentissimam continent: sed pleriq; fundo sustinentes deportant. aqua uero ipsa exempta urere potest. an eo q calor in fundum uasis cõtractus extingui ab aqua potest. Quo fit etiam: ut eliquari res nequeat: eliquabilis siquid humoris admittatur.

6 Cur aqua non perinde hyberno tempore: ut æstiuo efferueat. non solũ pari cõcalefacta igni: sed etiam

pleniori:& tantundē calens:atq; etiā uehementius· an ꝓpterea ꝙ aquæ efferuētia bullarū elatio ē· aqua igitur ipsa non minus hyeme:quam æstate calefieri potest:sed bullas efferri frigus ambientis aeris prohibet·Itaq; minores,paucioresq; consistunt·at æstate contra omnino est·Ille aūt efferuendi æstus nō nisi frequentia,magnitudineq; spumæ exultat·

7 Cur calida aqua rugare potest:ignis qui tam calidus est:non potest·an quia ignis spiritum agit: ut tumefacere ualeat·circum enim cutis obtenditur· ruga autem cutis contractiuncula est·

8 Cur fundi uasorum,quibus calefacimus aquam:tādiu calidiores sunt:dum aqua ipsa frigidiuscula est· an quoniam aqua adhuc frigida calor concludatur circum,obsistatq; intus:cum ei exitus omnis denegetur·at uero aqua concalefacta:ꝙ nihil præterea calor arcetur:sed libere respiret:diminuaturq;:fundus frigidior redditur:non secus ac balneæ·has enī hyeme quam æstate calidiores experimur,quoniam calor hyberno potius,quam æstiuo tempore aeris circūfundentis frigore intercluditur·

9 Cur aqua feruens nunquam expaflat:fressum omne,atque lenticula solida expaflantur : quanquam his leuior aqua est·leuius autem procul proijci facilius potest· Quinetiam argentum cum decoquitur idem hoc facit·Itaq; qui in officinis argentarijs desecandi funguntur officio·argenti reliquias colligūt lucro·an quia expaflationem calor agit euaporando,cogendoq; ea:quæ suo naturali impetu obstant· aqua igitur quoniam leuis,& prætenuis est:nihil ꝑ uim reijcit·itaq; nimius calor colligi non potest:sed ante,quam contrahatur:reprimitur omne:atq; excu

titur: quod ſubinde acceſſit: at uero quæ corpulentiora ſunt: ut polenta, ut argentum: hæc ut per ſui corporis grauitatem arcent: repelluntq́: ita ui per renixum erumpunt: ut calor, qua uicerit: exiliat uehemẽs Facit enim corpulentiæ ſpiſſitas: ne tranſeat: ſed arceatur: dum ictu caloris ſuperfluentis extruſus ſit: atq́ eiaculatus. Fit ergo ictus: non impulſus utpote cũ calor inferius ſurſum uerſus efferatur celeriter.

10 *Qua de cauſa quæ parum temporis calido in humore maduere: tument: quæ multum, hæc collabuntur: & rugant. An quoniam calor ut ex concretis humorem elicit: ita ex humore ſpiritum creat: denſaq́ omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens, facit humidiora cum ſpiritum ex humidis ducens diffundit: & tumefacit. Cumq́ amplius calefacit: partem ſummam elaxat. ut uapor inde reſpiret, humorq́ exiccatus facit: ut moles concidat: qua collapſa, cutis omnium ſumma rugatur: quo autem magis contractione inæquali flacceſcunt: eo rugoſa multiplici aſperitate efficiuntur.*

11 *Cur aquis calidis potius, quam frigidis lapides concreſcant: atq́ coaugmententur. Vtrũ q́ lapis defectu humoris conſiſtit: caloreq́ potius, quam frigore humor deficit: & lapideſcit calore: ut etiam Empedocles lapides inquit, & ſaxa feruentium aquarũ opera conficit. An ſolum calor elapidat: ſed frigor etiam humorem nimio gelu abſumẽdo: indurat: facitq́ lapidem. Quod nimium frigus ita agit: ſimpliciter quoq́ ita agi poſſe certum eſt.*

12 *Cur ſi inter aquam lpedem quis teneat calidã pede quieſcente aquam minus calidam ſentiat: mouẽte calidiorem. An idem: quod uel in toto corpore acci-*

dat. Siqs. n. curriculo it: aerē q̄ subinde obuiā fuerit scitit frigidiorē: eoqȝ magis, qua cursuȝ agit ꝓlixiorē.

13 Cur amplius in sole res calidæ, quaȝ in umbra re frigerentur. Vtrum quia, minor calor a maiori absu mitur. An ꝙ in umbra frigor circunfundens, caloreȝ interiorem reprimit: nec effluere sinit: quod ideȝ mo ribundis aqua offusa frigida aduehit: quippe quæ ca lorem concludat: & arceat: ne foras se promat. De niqȝ per hyemem omnibus accidit, calidiorem suam esse partem interiorem. At in sole ui nulla arcēte ca lor effluit: atqȝ ocyus euanescit.

14 Cur aqua minus salubris balneo sit: quam sol te pefecerit. Vtrum quia corpori adhuc insidens refrigē ratur: horroremqȝ mouet. An est etiam istud. uerun tamen & si quis ea sæpe utatur ualitudini fiat ob noxius. Res enim calida omnino uim coquendi, siccā diqȝ obtinet: frigida compescere, atqȝ contrahere po test. Itaqȝ utraqȝ aliqd boni affert: quapropter aqua & frigida & calida ex igne balneum præstat com modum. At quæ sub sole tepuerit: ob sui caloris imbe cillitatem: præbere illorum neutruȝ habet. sed humi ficat tantum perinde, ac luna.

15 Cur aqua sole calefacta parum salubris sit. An quia rigorem aduehit: ubi refrigeratum est.

16 Cur aquæ magnesiæ: & artanæ feruidæ satis sint potu idoneæ An quoniam aquæ copia dulcis ad pro fluentem calida sese applicat: eo tum modo: ut salsu go tollatur: & calor eduret.

17 Cur aquæ magnesiæ feruidæ feruere q̄deȝ aliquā do desierunt: salsæ tamen nihilo esse desierunt. An ꝙ aquæ copia frigidæ aliūde fusa in fontes feruidos calorem omnem extinxit. Itaqȝ terra tametsi salsa

An cum aut fluuij in paludes se fundũt: aut paludes restagnant: & uel a mari offensæ retorquentur: uel flatũ uniuersum emittunt: tum fremitus ille excitatur. Causa uero ꝙ terræ cauernæ infodiũtur: in quas aqua interrumpens: quoniã fluctus in eiusmodi redũdatione mouetur: aerem ꝑ angustias: ceu siquis in amphoram inanẽ strepitũ ꝑ osculum mouerit: mugimẽto similis sonus exultabit. mugitus etenim bobus per id ipsum figuræ genus ꝓfertur. Multas autem: mirasq; uoces informare figuræ cauernarũ uariæ possunt. nã & amphoræ fundũ siquis detracto operculo uicissim modo intus attrahens modo extra depellens pterat: sonũ ꝑ intercapedinem tam ingenuum reddet: ut belluæ ꝑtimescant: & fugiant: quod pomariorum custodes emoliri consueuere.

3 Cur aer cum aquam tangit: non humescit. Nihil enim de cæteris est: quod si tetigerit: humidũ nõ reddatur. An ita eorũ extima coeunt: ut simul sine ullo interstitio sint: nec plano diuerso distinguãtur. Igitur cætera: quoniam grauiora sunt: subsidunt; itaque humorem sibi admittunt. Aer ut leuior nihilo inferius uergit: quam extremum limitet. Tangit ergo q̃a nihil interiacet: remanet expers humoris: quia semꝑ super aquam extat.

4 Cur nocte media & meridie maxĩe cœlum soleat tranquillari. An quia uenti trãquillitas aeris statio & requies est: qui tũ cõstare maxime assolet: cũ aut uincit: aut uincitur. etenim quãdiu pugnat: mouetur atq; inquietatur. Vincit autem maxime nocte dimidiata: uincitur meridie. ut enim medio noctis sol remotissimus: sic meridie ꝓximus est. ad hæc flatus uel ortu solis: uel obitu incipit. cessat qui ortu cœperit:

cum uictus est:qui uespera:cum parta uictoria desi=nit. Itaq; fit:ut alij meridie:alij noctis medio cessent

5 Cur prima luce & iam inane frigus sit amplius quam nocte:cum sol a nobis propius absit. An quo=niam cum dies instat:ros cadit:atq; pruina:quæ fri gida sunt:ergo inspersis locis omnibus frigido humo re:merito acrius refrigeratur.

6 Cur in ponto intẽtius & æstus & frigora fiãt. An aer regionis illius sua crassitudine nec hyems te=pescere:nec æstate refrigerari potest. An propter ua rium solis cursum. recedit enim per hyemem: accedit per æstatem.

7 Cur noctu potius:quam interdiu serenum sit. An ꝙ & flatus & perturbationis causa solis uis est. Istæ enim motu accito quodam oriuntur. Calor igi tur causæ est:ob eamq; rem cum his adest: quiescunt omnia: & sole abeunte magis: quam ueniente: & quod dici solet.

Nauibus hyberno uentos dat terra secundos.
Tunc mare fert sæuos. calidi sed mensibus anni.
Terra dabit sænos: Ponti feret unda secundos.

Hoc sibi uult:ꝙ ubi motus maximus est:ibi minime quicquam:uel seruari uel consistere potest. æquabili nanque statu: uiribusque efficacioribus esse id debet quod consistendum:conseruandumque sit. mare au=tem hybernis temporibus:terra æstiuis sæuire illum in modum solita est.

8 Quam ob causam humor pleno contentus in do=lio:diffusus in utres:non solum cum utribus recipi ab eodem dolio possit:sed etiam locũ relinquere:quo etiam plus humoris capiatur. An quoniam aer in hu more inest:qui dum in dolio est: excerni propter do

lij magnitudinem non potest. fit enim ut exprimi de maiori uel humor: uel spiritus difficilius possit. quemadmodū etiam de spongijs amplioribus minus exprimitur. At cum in parua digeritur: extrudi iaz de utribus expeditius potest. Itaque dolium: & utres: & humorem etiam alium capit: magisque in uino id accidit: quia plus in uino aeris inest: quā in aqua: huic sane proximum cineris: & aquæ tantundem simul uas idem capere posse quantum plurimum utriusque seorsum infusi capiat. Cineris eniz complura caua: & inania esse uidētur quibus aqua sese insinuat: ut quæ tenuior sit: & constipat uero: spissatque arctissime: quoniam particulatim constipatio agitur. Densantur enim: adducanturq; omnia plenius: cum paulatim constipantur: quam cum uniuersa: quod cum ita fiat: cinis collabitur: & subsidet: simulque humorem in se per cauorum suoruz opportunitatem admittit. At si cinis: qui in aquam immittitur: calidus est: aquam dirimit: uertitque in aerem. Idem illud agetur etiam: si primuz aqua infundatur: post cinis inijciatur: unde aquam etiam ipsaz caua quædam & hiantia in se continere putaueris. An non aqua cinerem sibi admittat: sed cinis aquaz. Quod enim tenuius est. subire id posse congruuz est. constat item experimento. cum enim cinis inspergitur: eodem reliqua aqua confluit: quo loco inspersum est. Cuius contrarium certe fieri debuit: si aqua cineris esset capiens. An si prius aqua uas ex toto impleuerit: nihil præterea capiet: sed addito quolibet effundetur. Sin autem ubi semel aliquid aquæ infusum est: cinis descenderit: iam tunc: quod dixi: eueniet. quippe cum cinis sit ipse: qui capere

ualeat. hæc eadē ratio est. cur foueæ terrā inexemptā recipere nequeāt. Locus enim ab aere occupari uidetur. itaq; fieri non posse: ut tantūdem recipiatur.

9 Cur aer: qui luce crassior est: solida ualeat pmeare: lux ipsa non ualeat. An quia lux p directum tantūmodo fertur: ob eamq; rem oculus: qui transpicere p rara non possit: ut p pumicem quia meatus euariāt p uitrum facile possit. quia meatus positi e directo sunt. At aer impedimento nullo arcetur: quoniā quā transit: tendere e directo non soleat.

10 Cur aer p aquæ tactionem frigidus reddi possit: humidus non possit: etiam si quis in aqua uehemēter inflarit: ut fluctus inde moueatur: & inundetur. Frigidum autē reddi constat. eo q qui ex aquis aspirat: refrigerat. An frigidus esse: calidusue naturæ suæ habilitate potest: ut rei tactu immutetur: quā tetigit. humidus esse idcirco non pōt: quia leuior est: neq; ima humoris unquā sua ipse petit natura: sed summam semp: planūq; attingit. & si deorsum cogatur: humor quoq; feretur inferius: ita: ut nūquam in pfundum sese ire patiatur.

11 Cur aer bullis cōtentus: aut de imis aquæ ascendēs: haud unquā madidus emergat. An quia humor non insidet: sed dilabitur. qui tamē continet bullas: uel minor est: q̄ humefacere ualeat.

12 Cur aer madere non possit: aqua autem queat. quippe quæ etiam translata in aerem madeat. An eadem causa sit: qua & lapis madere nequeat. haud enim madendi omnibus uis data est: sed ijs tantum: quæ lenta sunt & humida.

13 Cur utres inflati ualeant fluitare. An ppterea: q aer sursum effertur. Vtres enim ut inanes deorsum

feruntur: sic inflati supra ideo residunt: q̄ ab aere sustinentur. Sed si aer eleuet: atq; ꝓhibeat: quominus deorsum ferantur: cur inflati grauiores efficiantur: & qui fieri potest: ut cum grauior sit: emineat: cuȝ leuior deferatur.

14 Cur aer nō sursum feratur. Nam si ex motu caloris spiritus excitari debeat: ignisq; sublimia petere natus sit: spiritus eodem currere debuit. Siquidē mouens illud surſuȝ uersus impellit: quodq; mouetur: eodem ferri aptissimum est. Hunc enim tramite ferri obliquo latissime patet.

15 Cur aurora frigidior: quam uespera est. An quoniam altera noctis medio propior est: altera meridiei. est autem: ut diei medium calidissimum: quia soli ꝓximum est: sic noctis medium frigidissimum: quia remotissimum.

16 Cur temporis feruidi noctes molestiores: quam dies sunt. An quia flatus omnes tunc consilescunt. Anniuersarij nanq; illi: & prauij minus nocte: quaȝ interdiu spirant.

17 Cur incorrupta durare possint: quæ utribus continentur inflatis: aut uasis bene opertis. an quia putrent omnia: cum mouentur. immotaq; omnia sunt. quæ plena. istæc autem plena.

18 Quam ob causam aere sudo: apertoq; frigus fit acrius: quā nubilo: cū stellæ sint calidæ: & cœlū. an quia nihil tūc est: qđ uaporē arcere: cōtinereq; ualeat sed diffundatur: necesse est. at cœlo nubilo arcetur: & aquilone magis: quā austero eadē illa de causa. auster enī nubes colligit: aquilo dispellit. & quideȝ aquilone magis: quaȝ austro euaporari uidemus: & hyeme potius: quam æstate: aut ꝓpter dissimilitudi=

nem: aut quia uapor non nisi refrigerato humore ca lido depromi potest.

19 Cur minus: quã plus aeris calidius fit: cũ angusta oĩa sint calidiora. an quia magis mouetur: qui pluris est. motus aũt frigorem acciere potest. cuius indiciũ: ꝙ calida cum mouentur: refrigerantur.

20 Cur aqua: & terra putreãt: aer & ignis nõ putreãt. an quoniã omne q̃d putret calidissimũ fiat: necesse est: igne aũt calidius nihil est. an quia refrigerari prius oportet: quod putredinẽ cõcepturũ est. ignis autẽ calidissimus semp̱ est: aer uero igne refertus est. nihil aũt putet: cum calidum est. sed refrigeretur ante oportet: quam putreat. At aqua: & terra uicissim modo calida: modo frigida effici possunt.

21 Cur cœlum nubilum tepidius fit: quam apertum: & placiduʒ. Vtrũ ut ueteres antores dixerunt: quia stellæ frigidæ sint. An id absurdum admodũ est: sed quia cœlo sereno uapor extringi melius potest. indicium ꝙ uento silente ros: & pruina consistũt. Cum igitur serenũ est: calor difflatur: quo humor eruitur: atq; effertur. itaq; aer frigidior fit. Qua de causa humor a calore demissus irrorat. ast cũ nubilum est: arcetur: & cõstat. quocirca nec ros: nec pruina cõtrahi potest: cum nubilũ est. ergo calor ad terram remanens facit: ut tepor amplior esse possit.

22 Cur altis ædibus aer soleat uentilari: reciprocari q̃: p̃sertim cum tempus quietum est. An ꝙ aer p̃laxo quodam contextu: & hiatu lento est. ergo cum hic extrinsecus introire inceperit: cedit: & contrahitur aer: quem domus continet: quo collapso: adductoque inanior redditur: qui foris est: & spatia multo laxiora capescit: quæ in spatia aer domesticus: relabi-

tur: fertur᷈q expedite eodem. quoniam & ipse pendeat: & natura inanis reniti nequeat. quod cum p multa eius membra eueniat: proximus hũc aer sectatur adductus ꝓpulsione primoris. Tum eo large foras iam ꝓfluente: locus internus inanis redditur: & uacuus: externus contra: repletur. spissescit᷈q: ac deinde in hunc modũ reciproco fluxu actitatur.

Eorum: quæ ad uentos ptinent. Sectio. XXVI. cuius quæstiones. LXIIII

1 Vr uẽtus cæcias solus ex omniũ uẽtorũ numero nubes ducere ad se possit. Vtrũ ꝙ uẽtus aduersus reflat eodẽ tpe. An quoniam de locis eminẽtioribus spirat. sunt enĩ partes: quæ ad solẽ orientẽ uergunt eminẽtiores: quã quæ ad occasũ. indiciũ maris occidui magnitudo facit: & latitudo. Quod cũ desup in aduersũ spiret: lineã sua delatione ista terrã uersus cõuexam agit: regionẽ᷈q inuadẽs: ut dixi occiduã: nubes᷈q p lineæ suæ figurã cõtrahẽs ad se suo inde reflexu eas uocat: atque ĩpellit. qđ solus hic ꝓpterea facit: qa cætera loca uel editiora sunt: uel submissiora: quæ uersus ut aut de imo: aut e directo flatus feratur deuexus: terrã uersus necessũ sit. ita ut ad postremũ reflexus effici nullus queat eo: ꝙ flatus nõ ad terrã subditã aeris amplitudini finẽ ꝓtrahẽdi faciat: nec ubi aer cogi ĩ nubes possit. Subsolanus: ac cæteri minus caui: quoniã humidi nõ sunt: nubes nõ cogunt: itaq̃ uel nullatenus: uel minus id ipsum facere possunt.

2 Cur aquilones anniuersarij fiant: austri nõ fiãt. An austri quoque fieri possunt: sed continui: quia initiũ austri lõge a nobis est. Aquilonis in uicino est

ſerenum indicat: tempus turbulentum hyemem prænuntiat. An propterea, quod hyems aere conſiſtēte: ſpiſſeſcenteq́ fieri ſolet. ergo cum ſol euincit: diſcernit: illuſtratq́ aerem: cum euincitur nubibus: offuſcat, atq́ incraſſat. Quod ſi conſtitutio ualida: hyems continuo luce prima erumpit. ſed ſi imbecillior ſit: nec tamen ex toto ſuccumbens, occaſum uerſus depellitur: quod conſiſtit: ac inibi manet. eo quod aer terræ proximus hyeme inſtante craſſiſſimus eſt: & mox reliquus quoq́ conſiſtit: quoniam initium, firmamentū q́ obtinet ſtabilitatis: quod ſuſcipere, atq́ colligere poſſit: quantum ſubinde acceſſerit. Vt enim in acie conuerſa in fugaʒ uno reſiſtente, cæteri quoq́ omnes inſiſtunt: ſic in aeris ratione fieri ſolitum eſt. Quam obrem cito, immo repente interdum fit: ut cœluʒ nubilum reddatur. cum igitur occaſus eſt perturbatus conſtitionem minime uictam eſſe a ſole diu pugnante firmiſſime indicatur. itaq́ plus item poſſe conſiſtere: conſentaneum eſt. Et quidem minus timenduʒ, cum hyeme prægreſſa, quam cum poſt ſerenum id accidit. quippe cuʒ illa ratione ueluti reliquias quaſdā reſtare: hac initium conſiſtendi oriri uideatur.

7 Quid eſt: quod flatus moueat tropæos: ideſt quos uerſarios, aut reciprocos appellamus. an eadeʒ ratio eſt: qua euripi mari reciprocante agitantur. nam & mare, & aer eatenus fertur: quatenus profluere licet. Deinde cum obice quadam amplius progreſſandi licentia his tollitur: qui terra pergunt ob eam ſcilicet rem, quod ſuæ motionis: delationiſq́ primordia parum habeant ualida: tunc reciprocantur: & redeunt.

8 Cur idem illi tropæi de mari ſpirare ſoleāt. Vtrū quia mare uicinuʒ eſt. an quia tropæus apogeæ ideſt

QQQ

flatui abterraneo contrarius est. Versarius enim tanquam reuersio abterranei est. quippe cum alteraneus flatus ex terra in mare profluens sit: cuius reciprocatio uersarius est. itaq; de mari terram uersus spirare necessum est. an uenire inde putandum: quoniam aer collectus in mari est: qui illo fluxerat. Sed ratio cur nec in terram consistat & reflectatur: cum profluit: ꝙ mare in cauo est. Aer autez modo aquæ ad id fluit: quod cauissimum est.

9 Cur dici solet. Tertia lux nunquaz nocturno aquilone laborat. an ꝙ flatus septẽtrionis imbecilli sunt: cum nocte spirare incipiunt. argumentum enim non multum aeris esse motum: ꝙ eo tempore spirare exorsus est: quo caloris exiguum est: exiguum nanq; caloris exiguum aeris mouet. atqui flatus minimi omnes intra triduum finiuntur: ergo nec is diuturnior esse debet.

10 Cur aquilo crebrius, quam auster spirat. an quoniam aquilo parti orbis terrarum habitatæ uicinus est: idcirco latere non potest. Simul enim ex sui temporis breuitate & spirat, & adest. at auster quia e longinquo admodũ nisi uehemens sit: uenire nõ põt.

11 Cur auster minus hybernis noctibus quam diebus spirat. an est quidem sol noctis etiam tempore australi regioni propinquus: & noctes ibi tepidiores: quaz dies aquilonem uersus: itaque aeris multuz mouetur: & nihilo minus, quam interdiu. Sed calor dierum uehementior omnem absumendo humorem: efficit, ut minus spiretur.

12 Cur auster canicula oriẽte moueatur: idq; lege naturæ certissima fieri soleat. An propterea, ꝙ regio inferior orbis sole scilicet remoto minus calida est. Ita

q̃ uapor inde large emigrat & multi profecto au-
stri spirarent: nisi anniuersarij prohiberent.

13 An omnibus astris tum orientibus: tum occidenti
bus aer soleat commutari: sed cane præcipue. quod q̃
dem flatibus latissime constat: q̃ eius ortu, & post
ortum sequuntur. quod cum æstus tunc uigeant spiri
tus calidissimos per idem tempus oriri congruũ est.
Auster autem calidus est: & cũ ex contrarijs in con
trarium maxime commutari solitum sit: ortumq́ ca
nis prænij nuncupati antecedant: qui aquilones sunt
merito post eum auster spirat. quandoquidẽ assigna
ri necesse est: idq́ austris fieri orientibus. huic autẽ
uerbo cum assignari dicimus: subiecta notio est aerẽ
insigniter commutari, & quidem mutari flatuũ om
nia genera in uentos aduersos, aut dexteros solent.
Quod cum aquilo non transeat in latus dextrũ: re-
liquum est: ut in aduersum, hoc est: ut in austrũ tran
seat. Quin etiam dies post brumam quintusdecimus
austrum præ se fert: eo q̃ bruma initium quoddam ẽ
moueturq́ a sole is potissimum: aer qui brumæ uici-
nus est. solem autem tunc ad austrum uergere certũ
est. Vt igitur cum ortũ perreptat: flatus excitat sub
solanus: ita cum meridiem adit. austros euocat. nec ta
men statim a bruma id facit: quoniam breuissimas
tunc agit distantias. sed quintodecimo, quia tempus
id modice se habeat ad primam discessus sensionem.
Totum enim id tempus pars conspicua est.

14 Qua de causa Orionis exortu dies maxime uari-
ent: flatusq́ inopportuni moueantur. An quoniã in
mutatione uaria maxime omnia sunt. quæ non uno,
certoq́ tempore: motu ue describuntur. atqui oritur
orion ineunte autumno: occidit hyeme. ergo quia

non uno tempore constat: sed alio incipit: alio cessat flatus etiam inconstantes esse necesse est: utpote cum ancipiti conditione proueniant: quos sibi tẽpus utrũ= q; sortitum est: & quidem difficilem esse orionem & cum oritur: & cum occidit ex temporis uarie= tate recte affirmant. turbulentum enim, atq; inæqua bilem esse necessum est.

15 Cur aquilo nocte exorsus die tertia cessat. Vtrum quia ex paruo, imbecilliq; initio prodit. tertius autẽ dies decretorius est. an quoniam uniuersus modo idest procellarum, & nubibus excussorum fla= tuum funditur: idcirco compendio cessat.

16 Cur plurimi aquilones spirant. an quoniam pars orbis terræ habitata septẽtrionibus subdita, est emi= nentior, & extra solstitiũ posita, & niuis plena: quæ nix montibus nonnullis nunquam deest. Cum igitur concreti humores tabescunt: flatus magna ex parte oriuntur. is autem Aquilo est: qui a septentrio nibus mittitur.

17 Cur austri hyeme, atq; ineunte uere, atq; autum= no cessante spirare soleant. undabundiq; sint: & cõ tortuosi: atq; africæ non minũs frigidi: quam regio= ni nostrati aquilones. an propterea, q̃ sole ꝓpinquo spiritu moueri necesse est. sol autem per hyemem au= strum uersus, perfertur. & ineunte uere: desinenteq; autumno iam calefacere incipit. æstate contra: septẽ triones petit: & loca relinquit meridiana. Calidus autẽ propterea est: quia aere africæ miscetur: qui ca lidus est. hinc etiam in mare corrumpens ingentes ex citat fluctus: facitq; australem æstatem.

18 Cur auster fœtidi halitus causæ sit. an quoniam humida, & calida corpora reddit. quæ maxime pu=

tredini opportuna sunt.

19 Cur auster profectus ex mari commodus iis sit: quorum stirpes terra continentur. Nam & thriasio campo terræ atticæ auster de mari occurrit. an quoniam refrigeratus accedit. rubigo autem per humorem calidum, alienumq; consistere solet.

20 Cur uetus magna ex parte ante lunæ defectus excitetur initio noctis cum defectus medio incipit noctis. medio uero cum mane. an quoniam calor lunæ propterea hebetatur: quia cursus iam proxime est: quod defectus exultet. Remisso itaq; calore, quo retentus aer quiescit: rursu3 moueri, ac spiritus reddi incipit.

21 Cur auster non incipiens, sed desinens imbre3 afferat. Vtrum quod aerem cogit e longinquo: quo coacto aqua exprimitur. cogitur autem postea, quã cœptum est. an quonia3 incipiente calidus adhuc aer est: quippe qui profectus a calido sit. processu autem temporis refrigeratus, in aquam melius consistere potest.

22 Quam ob causam cu3 minor auster est: nubes nullas obducit: maior nubilus: & diuturnior est. Vtrũ ut quidam aiunt: initij causa ita accidat. Nam si ex minori proficiscantur: liquidus, sudusq; est: si ex ampliori, nubilus: & crassus. an quia minor cum incipit est: itaq; non multu3 aeris compellere potest: sed ad postremũ ãplificari cõsueuit. Vnde illud puerbiũ. Cum cessat boreas. cumq; auster surgere cœpit.

23 Cur tempore hyberno flatus parte ueniunt exortiua: æstiuo occidua. an ubi sol amplius nõ euincit: aer libere profluit. cum igitur nobis occidit: nubes relinquit. quibus fauonij prodeunt. cumq; incolis inferioris hemisphærij oritur: spiritum illis parte exortiua producit. contra cu3 parti inferiori occidit: fauonios

illis:subsolanos nobis confectãte aere facit. Vnde fit: ut quem alium uentum occupauerit:augeat:eo scilicet:quod non nihil adiunxerit.

24 Cur afflante fauonio canes uestigia minus ualeãt comperire. an quia plurimum hic uentus confundit: quoniam uentorum omnium continentissimus ẽ: maximeque terram attingit.

25 Quam ob causam cum stellæ prosiliunt:uenti inditium datur:an propterea,quod a flatu feruntur: priusquam ibi:quam apud nos flatus excurrit. Quo fit etiam ut unde stellæ feruntur. huc flatus accedat.

26 Cur nubes maximas fauonius agit. an quia de alto spirat:regioneque maritima nubes per ampla spatia colligit ampliores.

27 Cur uenti ad postremum uehementissime spirant an quia ubi uniuersi efflarunt:caloris parum relinquitur.

28 Cur si circa æquinoctium africus spirauit: aqua fi at necesse sit. an quo loco orbis sol fuerit:inde soleat excitari:itaque pro solis discursu uicissitudo spirituũ agat. Quod cum æquinoctium hyemis,atque æstatis confinium sit:dum sol nobis conspectum æquinoctiũ agit:aut iustum transgressus limitem regioni se dedit hybernæ:accidit,ut uenti partis illius uernaculi spirent:quorum primus africus est natura humidus & cum sol partem orbi terrarum hybernam perlustrat:flatusque regionis eiusdem moueat:euenit: ut hyems suis fungatur muneribus. Cuius generis iber est. Adhæc cum æquinoctium,tanquam paribus examinatis uiribus hyemis,atque æstatis,constet. Si alterutris quicquam additum sit:obitus momentum exultabit conspicuum. ut in æquilibrio pondus lãci ad

iunctum alteri efficit· Quod cum africus hyberni ordinis sit:naturaq; humidus:æquinoctio additus hyemem,imbremq; merito affert·imber enim hyems est flatibus familiarissima·

29 Cur auster,atq; eurus cũ flatibus sibi obiectus calidiores sint:alter aquilone,alter fauonio aquæ fertiliores sint·quanquam frigor est:qui humorem ex aere depromat·haud enim q aquilo nubes hinc pellit: idcirco aqua non prouenit· Nam & fauonius, & eurus nubes abigit· qiuppe qui ex altero pari modo proueniat· quinetiam cæteri omnes unde spirant: inde depellunt· Vtrum quia frigor amplius introrsum circumobsistit·cum calor amplius urget· An etiam regio facit unde spirant:ut sereni,illustresque ueniant· Eurus nanque ex ortu,fauonius ex occasu aduentat· Quinetiam ratio sit·q aer præcalefactus celerrime,ac plenissime refrigeratur·quomodo etiam aqua3·igitur euri aer de ortu calidus:austri de meridie fertur·cũq; frigidissimũ locũ adiere:compendio concrescunt:atq; in aquã cõsistunt:magisque eurus aquã agit:quoniã aerẽ de solis parte minus calidum ducit· Auster aquam mittit:cu3 cessat quoniã aer qui primus ex mari accedit:frigidus est·ultimus autem tepidus ex terra occurrit·an non id solum causa sit:sed etiam,q ad postremum auster crescit· Vnde illud prouerbium·Cunq; auster surgere cœpit: at qui frigidiores,qui uehementius spirant·igitur merito in nubes aere3 postea cogit·an ea ipsa ratio sit:cur postquam principio fertilior aquæ occurrat·

30 Cur uenti siccant:cum frigidi sint·an quoniam q frigidissimi sunt:uaporem eliciunt·

31 Sed cur amplius siccent:quam sol:an quia uapo=

rem non solum euocant:uerum etiam adducunt · sol autem relinquit.itaque ut magis humificat: sic minus assiccat·

32 Cur unus uentorũ cæcias nubes ad se uocat· quod etiam prouerbiũ illud declarat.Vt cæcias nubes: sic ille opes trahens·cæteri nanq; unde spirãt:inde tã tummodo expellunt·Vtrum uentus aduersus eodem in tempore spirans·id facit an si hoc esset:haud unquam latere potuisset·etenim spiritus hic suapte natura circulari linea fertur·ergo cæteri per terram uagantur:hic cœlum uersus suæ lineæ cauum erigẽs nõ ad terram resupinans suam originem repetit· itaque nubes facile ad se ducit·

33 Cur fauonius serenus,ac iucundissimus uentorum omnium est·& qualem Homerus flare per campos elisios carmine illo dixit·Sed zephyri assidue spirãt: auræq; salubres·an primum ꝙ aeris temperiem plene obtinet·neq; enim calidus est:ut qui de meridie, ortuq; spirant:neq; frigidus:ut qui de septentrionibus eueniunt:sed medium frigidorum,& calidorũ flatuum tenet·Quod cum utriusq; in uicino sit particeps:utrarunq; uiriũ euadit·itaq; temperatissimus est:& uere maxime spirat·Adhæc flatus oẽs transire uel in sibi aduersos,uel ĩ dextros cõsueuerũt · itaq; cum post aquilonẽ fauonius spiret(dexter eniꝫ hic ẽ) efficitur adeo tanq̃ mitis ad immitem:& simul ubi destitit hyems:serenum magna ex parte subsequi solitum est·atqui flatus hybernus aquilo est · Subsolanus q̃uis iter calidos,& frigidos situs,minus qualitatis eorũ ꝑticeps ẽ·hic·n·cũ spirat: flatus uergentes ad austrũ motitat ꝗdem(istuc·n· trãsferre assolet:) sed misceri tñ cũ his mĩme patitur·at uero fauonius

& mouetur ab austro: & ipse cũ spirat mouet aqui lonem·huc enim usq; pgrediens uicissitudo spirituũ finem sui circuitus facit·Quod cum unus facit: alterius finem: alterius initium secuz habeat merito sua uius & est & esse uidetur·

34 Cur fauonius horis postmeridianis spirare: non mane soleat·an qđ sol magna ex pte uel oriẽs uel occidẽs autor spiritũ est·quotiẽs enĩ aerẽ humidũ tepefaciẽdo pcoquit: atq; discernit: in spiritũ sane illũ extenuat·qđ si tantisper acciderit: ut aer spirãtiusculus sit: magis: magisq; a sole uertetur in spiritũ· quotiẽs igitur sol in exortu est: pcul a fauonio abest·hic enĩ ab occasu se pmit: & cũ iã occidere pximus est: aer oĩno extenuatus: discretusq; fluit·at dũ confecto meridie pergat ad postmeridianũ: tantisper ad aerẽ tepefaciẽdum: discernẽdumq; modice admodum habet subsolanus quoq; ob eam rem mane spirare incipit· aerem enim: qui supra terram sublimis impendẽs nocte humefactus solo sui põderis rõne appropinquarit sol mane discernẽs pximũ sibi excitat primũ·qui autẽ ex sole oriẽte spirat: subsolanus hic appellatus est.

35 Cur sole se attollẽte spiritus & sternũtur: & augẽtur·an quia spiritus uel aeris: uel redũdãtis humoris cõmotio est: quæ ut cũ parua est: cõpendio a sole cõsumitur·itaq; nullus spiritus inde existit· ita cum magna est: solis exortu amplior redditur·sol enĩz autor: & parens motuum est·

36 Cur fauonius horis postmeridianis spirare soleat· an ꝙ spiritus omnes sole humorem diffundente pro ueniunt· humor enim: qui ante hac concrescebat: tabescit: cum uis caloris in propinquo est·itaq; spiritum mouet· atqui fauonius de occasu spirat· Recte

igitur post meridianis exoritur· tunc enĩ sol eius ad locum accedit.

37 Cur aquilo: & auster sæpissime spirent· an quia contrarium a suo contrario e directo scilicet oppugnatum minime edurare potest: sed ex latere potius aduersam uim tollerat· auster uero: & aquilo ex cursus solis lateribus spirant: cæteri aduersi potius occurrunt·

38 Vtrum spiritus fonte quodam emergat: quemadmodum aqua: supra quem fontem efferri nequeat an non· & utrum uno ex puncto: an ex loco pro fluat ampliori· Sunt certe nõnulla in aere: quæ uel in aqua accidere pari ratione uidemus· Quippe cum aqua per prona ocyus fluat: quam cũ in planis atque æqualibus stagnat· hoc enim & spiritus faciunt· naȝ locis editis: atque excelsis, aer assiduemo uetur· cauis e contrario sæpe quiescit: & consilescit· Ad hæc super excelsissimos montes spiritus nulli excitantur: ut super athon: ac reliquis generis eiusdem. indicium ꝙ quæ reliquerint: qui anno superiori sacrificarunt: posteriori incorrupta comperire affirmant· Constat igitur spũs quoque prolationem ueluti ex fonte quodam actitari: super quem nihil præterea efferre se potest· Vnde fit: ut locis excelsis: quod modo diximus: accidat quod idem datum etiam aquæ putauerim·. Nec enĩ aqua uehementem: nec spiritum rapidum locis excelsis fieri nouimus·

39 Cur anstro spirante cœruleum mare fiat: aquilone obscurius: atriusque· an propterea ꝙ aquilo minus mare perturbat· omne autem quod tranquillius est: atrum esse uidetur·

40 Quã ob causã austri cũ leniter spirãt: nequeãt nubilare: cũ intẽte: nimirũ queãt. an quoniam tũ leuiter frequẽtiã nubiũ agere nequeãt. itaq; breue sit: qđ obduci nubibus possit. at uero ubi excreuerunt: multas depellũt. itaq; amplius obnubilare uidentur.

41 Cur aquilo: ut magnus incipiat. ita paruus desistat: auster cõtra: ut paruus incipit: ita magnus cessare soleat. an qa nobis aquilo in uicino est: auster longe abest. alter igitur ubi primũ exortus est: nos occupat: alter suo disperso pricipio utpote diu pertracto exiguus ad nos primũ deuenit. at finẽ alterius sentimus: alterius minime. itaq; merito alter ibecillus cũ cessat: est (omniũ nãq; finis imbecillus est:) alter ualidus. Finẽ enim istius nihil præterea sentimus.

42 Cur uersarij: qua mare sinuatur: reflare soleant: qua porrecta: pãsaq; maria sunt: reflare nõ possint. an quoniã flatus in sinũ iterrũpens nihil distrahitur immo magna pte uniuersus pfertur. at in dispalatis: porrectisq; abterranei: & ptinus magis distrahuntur: & inter pfluendũ hac eadẽ re patiũtur. quoniã nihil obsistit: quo minus multas in partes proruant. Versarius enim non nisi reflexus abterraneus est.

43 Cur dici solet. Cũ cessat boreas: cumq; auster surgere cœpit. an quoniã boreas: ꝙ nos ei subditi sumus parsq; habitata terræ uergit ad septẽtriones: intẽtus protinus accidit. quippe qui statim cum ortus est: adest. auster: ꝙ ex longinquo ad nos deuenit: nõ primũ sed post intentior est.

44 Cur spirantibus austris homines grauiores: inualidioresq; sese reddũt. An ppterea ꝙ humor corporis flatus eius calore tabescẽs multus ex pauco redũdat: atq; humor grauis leui ex spiritu consistit. quas

ob res uires hominis debilitari necesse est.

45 Cur spirãtibus aqlonibus cibi auidiores sumus: q̃ austris. an ppterea ꝙ aqlones frigidiores sunt.

46 Cur auster oris terræ ægypti non afflat: nec interius iter diei: ac noctis: supMẽphim uero uel iter diei ac noctis ingenuus spirat. nec uero occasuз uersus iter duũ dierũ: totidemq́ȝ noctium adit. exortũ autẽ uersus africi incitãtur. an quoniam terra ægyptus caua ptes suas interiores est: superiores: semotioresq́ȝ eminentior. hinc enim auster: ut caua intacta supgredi: sic excipi: ab eminentioribus potest.

47 Cur auster paruus oritur: magnus desistit: aquilo contra. unde puerbiũ illud secũdæ nauigationi delegatũ ẽ. Cũ cessat boreas: cũq́ȝ auster surgere cœpit. an ꝙ ad septẽtriones potius: quã ad meridiẽ positi sumus. aquilo autẽ ex septentrionibus spirat: auster ex meridie. merito alter statim cum ortus est: uehemens proxima sibi loca inuadit: post deinde suam uehementiam in loca transfert remotiora: alter e contrario homines meridie incolas inter initia urget: post ubi præteriјt: ingenuus ad nos uenit.

48 Cur dici soleat. Fit glacialis hyems boream si duxerit auster. an ꝙ auster talis est: ut nubes large: & aquam colligat. Cum igitur boreas tali temporis cõditioni supuenit: gelu indurat. hyemẽq́ȝ efficit. Vnde celebre illud est: Offendente lutum borea mox terra gelascit. Lutũ enim: & oĩno aquã ab austro uel maxime: uel sæpissime fieri palam est.

49 Cur post austrum cito aquilo spirat: post aquilonem non cito auster. an quoniã alteri ex propinquo: alteri ex longinquo ueniendum est. quippe cuз sedes nostra aquilonem uersus posita sit.

50 Cur flatus frigidi ueniũt;cum caloris cõmotione oriantur·an motionem a calore ꝑfectam calidã esse necessum non sit:nisi modo quodam ꝑdiderit· Nam si uniuersa interrumpit:calida est:sin per angustũ: paulatimq; extringitur:nec ipsa calida ꝑuenit:& aer:qui inde cõmotus est:talem efficit motum:qualis ipse præfuerit:quomodo & iam eodem de corpore:modo calidum:modo frigidum posse spirari inquiunt·Sed id uerum nequaq̃ est·Semper enim quod exit:calidum est:cuius indicium:ꝙ tale propius admouenti percipitur·sed interest: quo prodierit modo·Nam si multo postbiante ore emisimus:calidum idcirco uidetur:quoniã sentire id possumus:sed si ꝑ angustũ extrudamus:calidius ꝑfecto extrictũ aerem sibi ꝓximum impellit:atq; ille sibi cõtinuum·Sed ꝙ aer frigidus est: motio eius quoq; frigida profluit· Nunquid igitur in flatuum quoque ratione hoc idem eueniat: sitque per angustum prima eorum motio·tum aere priore prolato subinde alius affluat·Quapropter hyeme frigidi: æstate calidi oriũtur·eo scilicet ꝙ talis eorum temporum aer præest·nec enim a se ipsum aerem moueri: neq; a calore conuictum eo motu proferri constat:non solum:ꝙ calore ampliori contento spiritus calefaciunt: uerum ꝙ sursum etiam efferuntur · ignis enim natura huiuscemodi est: frigidum contra deorsum ferri aptissimum est· Spiritus autem merito in latus se uertunt·Cum enim alterum sursum:alterum deorsum uersus nitatur:& neutrum alterum superet:nec fieri possit ut maneat obliquæ perferri necesse est·

51 Cur austri frigidi in africa sint:ut apud nos aquilones·Primum quia ut nobis aquilonum origo: sic

africæ austrorū ꝓpior est. Nam si(ut dictum est.)fla tus p angustū extrudi soleāt: ꝓpioribus certe frigidiores occurrēt ꝓpter uehemētiā sui motus quā diffundi: hebetariq; necesse est: cū se lōgius ꝓtrahit. qua de causa aqlones frigidi apud nos sunt. colimus eniз ꝓpius immo iuxta ipsos septētriones.

52 Cur austri sicci: & aquæ omnino expertes febres contrahant. An quoniam humorem calidum alienū in corporibus creant. quippe qui natura humidi: & calidi sint. quæ quidem qualitates febrificæ sunt. febris enim earum consistit exuperantia. Quotiens igitur per solis ardorem omni uiduati humore spirant: habitu plane huiuscemodi sunt. at cum una ueniunt: cum aqua refrigerari nimirum aquæ ipsius beneficio possunt.

53 Cur flatus anniuersarij eodem tempore: atq; modo afflare semper soleant. & cur desinente die desinunt: noctuq; non spirant. an id quidem ipsum quoniam nix liquefieri cessat a sole cum uesperascit: totamq; noctem manet indomita. omnino auteз spirādi tempus tunc est: cum sol uincere: atque resoluere glaciem ad aquilonem positam cœpit cum igitur incipit: præuij appellati spirant: cum iam amplius resolutum est: anniuersarij.

54 Cur fauonius uētorū omniū lenissimus: & frigidissimus est. duobusq; tēporibus maxie spirat uere, ac autūno: cūq; uesperascit: potissimūq; terrā attingit. an lenis qa ex mari: cāpisq; planissimis spirat. frigidus tametsi minus q̄ aquilo est: quoniaз aqua inflata nō niue spirat. cæteris tamē frigidior est: qa uel post hyemē sole adeo nup reuigēte: uel autumno: cuз sol amplius non uiget. spirare incipit. uicinus hic

maxime terræ afflat. ꝙ e directo: nullaq; aduersan=te ui ex mari ad terram transit. haud enim ut pterrã materia obsistente arcetur: sed libere quoquo uersus uagatur. quoniam humorem perreptat: & æquabili quoq; discursu hac eadẽ de causa profluit. Non enĩ ex montibus: neque niue per uim tabescente: sed tanquam per fauces expedite profunditur. pars quippe ad aquilonem: aut ad austrũ uergẽs montuosa est. oc casum uersus nullus mons, nulla terra est. sed mare atlanticum spatiat. itaq; efficitur: ut terræ ꝓximus: atq; sibi æqualis permanet. Spirat: cum uespera prope est loci ipsius ratione. tunc enim sol proxime ad locum accedit: unde fauonius oritur. Noctu quiescit: quoniam tunc solis motio deest.

55 Cur euro spirante omnia maiora uideantur: an quoniam eo flatu aer obscurior caliginosissimusque reddatur.

56 Cur tẽpore hyberno flatus de ortu spirare mane: æstiuo de occasu post meridiẽ cõsueuit. an ꝓpterea ꝙ flatus: qui nobis æstiuo ueniunt: hyberno bis spi=rant: qui oppositum terræ hemisperium tenent. Nobis autẽ hyberno mane: atq; de ortu spiritus ueniũt. ꝙ p̃humidus noctis aer discernitur: mouetur q; mane a sole. atque is primus: qui proxime solẽ est: quod etiam ante suũ exortũ sol agere põt: ex quo auræ spirare non minus ante solis exortum solent. ergo cum sol humores ad se attrahat: moueatque ante suum ortum aera: qui per hyemem humidus apud nos est constat uel ad se posse attrahere: cũ inferius hemispe rium inspicit: idq; post meridiem ibi efficere: quod tempus nobis antelucanum est. Quãobrẽ accidit: ut aer: qui ante ortum hinc a sole attrahitur fauonius

inferis sit:aspiretq; horis postmeridianis· itaq; flatus hyemis nostræ exortiuus nobis :postmeridianus illis est·idem nobis exortiuus accedit·æstas eni apud illos est:cum apud nos hyems·nostrumq; postmeridianum:illis antelucanum est:quo illis auras exortiuas:nobis fauonios aspirare prædicta euenit rõne· Nihil de ortu p æstatem spirare solet : eo ꝙ sol ad aera sedis nostræ sicciorẽ exoritur(parũ enim temporis abfuit·)fauonij post meridiem nulli p hyemem aspirant : ꝙ exortiui eodem tempore nulli inferiori hemisperio flare ob eam:quaꝫ modo diximus causaꝫ: possunt·sol enim humores inde ad se attrahens :nobis fauonios præstat·

57 Cur fauonius illustris: serenus:atq; gratissimus uentorum omnium est·an quia medium calidorum & frigidorum flatuum tenet:uicinusq; illis oriens particeps qualitatum generis utriusq; euadit:tẽperatusq; proinde accedit·Subsolanus quãuis inter eosdẽ positus sit:minus tamen cõmuneꝫ se exhibet·hic enĩ mouet quidem cum spirat flatus:qui austrum uersus spectant·eo nãq; trãsire solitus est·sed misceri his nescit· At uero fauonius & mouetur ab austris:& spirans ipse agitat aquilones· Istuc enim ultimus spirãdi circuitus ducitur·unde cum idem in se alterorum finem:alteroruꝫ initium contineat:iure gratissimus & est:& esse uidetur·

58 Cur uenti alij locis alijs imbrem afferant · uerbi causa hellespontias terræ atticæ:insulisque uicinis: aquilo Hellesponto:atq; Cyrenæ:auster Lesbo· An ubi frequentia nubium:inibi imbrem obuenire necesse est·ibi enim frequentia cogitur:ubi assidere nubes arceriq; est.itaq; montibus magis:quã planis pluit·

ergo apud Hellespontum aquilo multas desuper nubes compellit·quod idem ad Atticam:insulasq; uicinas hellespontias quasi iam conditam nactus materiam efficit·quippe cum copia larga congesta ab aquilone sit·Lesbo eurus,atq; auster nubes affatim ex alto adducunt:atq; in hunc modum uel de cæteris cogitare par est·

59 Cur dici solet· Nauibus hyberno uentos dat terra secundos·
Tunc mare fert sæuos·calidi sub mensibus anni
Terra dabit sæuos:ponti feret unda secundos·
An quoniam mare per hyemem calidus est· itaque si quid in eo constitit:initio constitisse ualidiori certū est·nam si inualidum esset:facile maris tepore absumeretur·At per æstatem mare frigidum est:spiritusq; maritimi omnes frigent·Terra e contrario tunc calida est:quare si quid ex terra tunc fertur: primordio id constitit ampliori·Nam si exiguum, imbecillumq; esset:facile solueretur:& euanesceret.

60 Cur apud archadiam,qui locus excelsus ē: flatus nihilo frigidiores,q̄ cæteris locis sentiantur:& cū flatus silet:cœlumq; nubilum est:frigor perinde, atq; in planis palustribus oriatur·An q archadia non dissimilis palustribus est·Aquarum enim confluentium nullos in mare exitus habet·Quapropter fauces,hiatusq; præcipites ea in terra numero ampliori sunt·Cum igitur uentus spirat:uaporem ortū ex terra frigidum auertit:& reijcit·flatus autem ipsi frigidi propterea esse nequeunt:quia ex mari deueniūt Spiritu tamen silescente uapor de aqua flagrante(libere ascendit:atq; refrigerat.

61 Cur si uētus mane icœperit:edurare amplius pos-

me debeant·an nõ eodẽ loco. refrigerẽtur:& caleãt sed refrigerẽtur:p summa corporis·unde calor disce dit:caleant per intima,caloris·s· introrsuz contracti efficientia·Cuius rei indicium alui quoq; solutio facit·Sitis autem parte quadam interiore siccata solet accidere:nec aliter agi uidetur:q̃ i ijs,quos epiala exercet:qui simul & frigent:& sitiunt·Nec eniz illis pars eadem corporis inalgescit:& concalescit·

3 Cur homines cum excandescunt:calore·s· introrsũ collectio feruidi,fidibundiq; redduntur:cũ metuunt contra efficiuntur·an non eundem in locum calor se colligat:sed homini irascenti cor calore circunfusum efferuet:ex quo fidibundus, rubicundus, spirabũdus efficitur·cum calor sursum uersus se efferat· metuenti sanguis & calor in imum perfugiunt· Vnde fit etiam ut aluus fundatur·Nam & cordis compulsio non similis agitur:sed metuenti·utpote ex caloris inopia frequens ac feriens est·Irascenti e contrario :ut pote cum calor collectus sit copiosior· Quamobrem efferuescere animo:excitari:pturbari:cæteraq; id genus uerba nõ inepte,sed accõmodate dicuntur· Nunquid igitur sitis ea de causa obueniat:nam & siccuz ec uere·& linguam hærere & reliqua huius spiritus elatio facit:& sanguis·Sitim quoq; excalescẽte corpe nasci certũ ẽ.sed quẽadmodũ pars eadẽ corporis:qua sitis:lacescit resiccari utriq; metuẽti & irascenti possit·metũ enim sitim posse afferre cõstat militũ argumento:q superatim fugã rapuerint· nũquã enim tã grauiter sitibũdos sese fuisse fatẽtur·& uero q indicẽdo cõturbãtur:sitire uehementer cõsueuerunt·itaq; os eluunt:& nõ nihil subsorbent:ut Parmenõ histrio facit·an hoste cõturbatos non sitis, sed

ſiccitas pulſo ſanguine teneat·unde etiam accidit .ut palleſcant·indicium uero,ꝙ non multum ebibunt: ſed interdum deſorbuiſſe tantum ſatis eſt:at qui ſe i fugam uerterunt: laborant:itaq; ſitiunt: & quibus tormenta inſtant:eadem ipſa efficiendi ratio eſt:nec mirum quicquam id eſt·fit enim in re bellica:ut nō nulli etiam uiri fortes,ac ſtrenui ubi ſtructa acie ho ſtes ſunt perituri:obtremiſcant:non perterriti ſed fi dentes:qui etiam ſua corpora uerberare lata ferula, aut ſuis manibus aſſolent:ut undiq; uorſum pari ca lore inferueant:quidam enim inæqualis,ac tumultu arius motus in eorum corporibus per acumen, & ni mium impetum caloris oriri ferme animaduertitur·

4 Cur homines fortes magna ex parte uinoſi ſunt· An quia fortes calidi ſunt·Calor autẽ in pectore cõ ditus eſt·Ibidem enim metum quoq; refrigeratione quadam effici nouimus:ut cor fortibus caloris copia fultum perſiſtat:timidis refrigeratum inſiliat . ergo qui ſanguinolentum habent pulmonem.calidũ hunc modo uinolentorum gerunt·ita ut rei aduerſæ ſuſpi tione refrigerari non queant. At qui ita ſe habent: bi bendi auidi eſſe conſueuerunt,nam & bibendi cupi ditas membri eius calore oritur:ut alias dictum eſt· & cupiditas ipſa non niſi rei uim ſedandi habentis deſyderatio eſt·Vinum autem etſi natura calidũ eſt ſitim tamen amplius ꝗ aqua extinguere poteſt: ma ximeq; id genus hominum·quam ob cauſam dictum alias eſt:ex quo & qui ſpirandi difficultate labo rant:aut inſania uexantur:uinum admodum cupiũt ꝗꝗ alteris ex inſtrictione:alteris ex pturbatione pul mo efferueat·Cũ igitur magna ex parte hoĩes eoſdẽ ſitibũdos:ac fortes eẽ obueniat:uini aũt auidi ꝗ ſitibũ

di:talesq; gestiūt naturas:uicissiz iter se cōsectari necesse ē. Vnde fit ēt,ut uinolēti:q̄ sobrij fortiores sint.

5 Cur fortitudinem maxime honore prosequuntur respu. quæ tamen uirtutum præcipua non est. An q̄a semper uel ipsæ bellum alijs inferunt:uel ab alijs sibi illatum patiuntur. hæc autez uirtus perutilis utrāq; in partem est. honorant uero non quæ optima sūt sed quæ optima sibi existiment.

6 Cur uoce, & manibus, & labro īferiori tremāt: qui metuunt. an quoniam hic affectus caloris defectio ex locis superioribus est:ex quo ut palleant: accidit. Quod igitur calor pectus deserit. uox obtremit. Id enim refrigeratur:quod uocez mouet: & manus quoq; pari ratione sunt:sed quæ optima,utpote quæ ex pectoee pendeant. Inferius tamen non superius labrum quatitur:quia superius eo pēdet:quo suapte natura uergit. Inferius sursum caloris beneficio stabilitur:atq; quiescit:quo sublato inalgescit: & tremit: uero in excādescendo imum labrum eadem de causa lassatur:& pendet:quod late in pueris patet. calor etenim in cordis sedem conferre se consueuit.

7 Cor homines metuentes tremunt:maximeq; uocē & manus & imum labrum. an uocem quia calor hinc deficit:quo in loco uox posita est: labrum uero & manus:quoniam partes istæ nobiliores sunt: minimeq; sanguinolentæ. bilem quoq; ijdem deijciunt: & testiculos contrahunt:deijciunt,quia calor descēdens diffundit:& liquefacit:cōtrahūt:q̄a metus in uectus extrinsecus ē:ut fugā i aduersuz agi oporteat.

8 Cur homines metuētes & algēt & sitiunt: quæ quidē affectiones aduersæ inter se sunt. an algēt refrigerati. sitiunt calefacti. Calor enim in metuēdo supe

riora deserit loca: quod facie, aluoq; constat. facies enim pallet: aluus interdu; funditur. ergo q calor locis superioribus deficit: algor oritur: q humor deficit: sitis exultat.

9 Quã ob cãm cũ & metus & dolor quædam sit ægritudo: q dolent: clamant: qui metuunt: silent, an qui dolent: suum retinent spiritũ. itaq; is uniuersus erumpens cum clamore emittitur. metuẽtibus corpus refrigeratur: calorq; ima petit: qui spiritum mouet. Quo igitur hic se contulerit: ibidem spiritum potissimum excitabit. quapropter uenter eorum, q metuũt: obcrepare solitus est. Vox autem spiritus sursu; uersus elatus est: partibus quibusdam ueluti instrumentis conficiendus, absoluendusq;. Causa uero cur homines dolentes suum retineant spiritum: est q omnes inditis a natura nobis p̃sidijs aliquo detrimento affecti: sine ulla cogitatione uti solemus: ut etiam cæteræ omnes animantes. aliæ nanq; cornibus, aliæ unguibus repugnant: seseq; defendunt. atqui ad dolores uel omnes certe, uel plurimos calor adiuuat: que; p fecto is auget: qui suum cohibet spiritum. Calefacit enim doloris incitabula: contracto introrsus calore p spiritum, atque excoquit.

10 Cur metuentibus alui fundantur: libidoq; urinæ lacessat. an quia calor insitus nobis quasi animans ẽ. hic ergo rẽ quãcunq; timuerit: defugit quod cũ extrinsecus tum conturbandi: tum cæterorũ metuendi generum ratio inuehatur: atq; in ima de superis defluat: & e summis ad itima sese penetret: efficitur ut alui uesicæq; fundantur: facilesq; reddantur. Na; & anethum, & absinthium: & quæcunq; urinam moueant: eadẽ calida esse manifestum est. Quin etiã medi

camenta aluo accōmodata calorifica esse nouimus: & partim eorum soluendi uim tantum obtinēt: partim uel aliter tabefacere queunt: ut allium urinæ tabificum est· hoc igitur idem quod ea ipsa calor quoq; efficere potest: qui de summis in hæc loca sese cogit: & contrahit·

II Cur homines metuentes suos testiculos contrahūt Contrarium enim, ut remittantur, & flacceant: cōgruum dixeris cum calor metuentium in eum locum se colligat· an metuentes omnes fere similes frigentibus sint· Cum igitur calor summa corporis deseruit: retrahendum sane est· quamobrē uentris quoq; murmur citatur: cum timor uehemens detinet· cutem quoque algentium summaʒ uidemus contrahi: utpote cū calor inde destituerit omnis: ex quo subsequi horror consueuit· Scortum ergo sursum conuellitur: atq; eo contracto una testiculi contrahuntur· Quod melius in coitu uenereo patet· Metus enim excernit: multisq; conturbatis: aut perterritis genituræ mouetur ꝓfluuium·

Eorum, quæ ad temperantiam &, intemperantiam, & continentiam, & incontinentiam pertinent: Sectio·xxviij· cuius quæstiones· viij·

I Cur aliq ægrotēt: ubi uitā luxuriosam uiuere assueti: agere luxuriose cessarunt, ut Dionysius tyrānus: q i urbis suæ obsessione aliquantū tpis a potu solito destitit: tabe protinus interea laborauit· An consuetudo res magna cuiq; sit· Iam eniʒ in naturæ habitū ferme absoluitur· ergo ut pisces inter aerem: aut homo i aqua degens male habeant: necesse est: ita qui morem mutarint solitū: ægre, atq; moleste ex cōsuetis discedūt·

& eodem rediisse sibi saluberrimum habent: perinde quasi ad suæ naturæ statum redierint. Tabescunt itẽ alimento carentes: quo ante hac copioso, suauissimoq́ uti solebant: Quod enim cibo solito uescuntur: ꝓinde afficiuntur ac si nullum penitus capiant. Quin etiam materia excrescens, atq́ inutilis mista cum alimoniæ copia, hebetascit: exolescitq́. Immista autem ipsa innatat: ferturq́ in oculos: aut i pulmonẽ. Quapropter cibo deinde ingesto solito temperatur: dilutaq́ & innoxia redditur. Redundat præterea uacans illa materia homini immoderate: luxuriose que uiuenti: ubi luxuriari aliquantisper desijt: eo ꝙ multam in se materiam continet indigestam uitæ scilicet superioris congeriem: qua tabescente calore gemino: ac intimo efficitur: ut fluenta uberius ueluti copia liquefacta moueantur.

2 Cur duorum tantummodo sensuum ratione homines incontinentes uocamus: idest tactus, & gustus. An propter uoluptates, quæ pariter nobis, ac cæteris animantibus omnibus per hosce sensus administrantur. Quod igitur communes eas cũ bestijs habemus: spernimus: & solas omnium, aut maxime uitio, pro broq́ damus. Itaq́ hoiem eis addictũ uituperamus: etiã incontinentẽ, atq́ intemperãtẽ appellamus: quonam a teterrimo uoluptatum genere ducatur.

3 Cur hoies incõtinentes: rõne tantũ cupiditatis dicimus: cũ etiam in irascẽdo incõtinentia sit. An quia incontinens est: qui contra rationem aliquid agit: et incontinentia ẽ assuetudo rõni contraria. Sunt autẽ cupiditates fere omnes contra rationem: iræ uero cũ ratione. non tamen ita cum ratione: ut ratio iubeat: sed inuectam contumeliam, causam ue significet.

4 Cur cōtinētia & tēperantia in iuuenibus: atque ditibus maxime recēsemus. Iustitiā uero in pauperibus. An quia si quis re abstinet: cuius maxime indiget: laudabilior est: quā si e contrario. paup igitur facultatibus indiget: iuuenis & diues fruitione.

5 Cur minus sitim: q̄ famē tollerare possimus: Vtrū qa sitis res magis anxia est. Cuius indiciū: q̄ suauius sitiētes bibimus: q̄ esurientes comedimus: tristius autē quod suauiori aduersum est. An quia calor: quo ui uimus: humidum magis: q̄ siccū desyderat. An quia sitis rerū duarū libido est: potionis inquam & cibi: fames unius cibi tantummodo est.

6 Cur minus sitim: q̄ famē patiamur. An quia siti amplius contristamur: quam fame. Cuius indicium uoluptas sane facit: quam inter bibendum capimus uehementiorem. Tum etiam qui sitit: res duas desyderat: cibum: atque refrigerationē. Istæc enim ambo potio exhibet. Atqui esurit: alterius tantum appetens est.

7 Cur incontinentes eos appellare solemus: qui uoluptate contractandi: aut gustandi exuberarūt. Nā qui immodice re utuntur uenerea: & qui luxu delectantur: ciborum incontinentes uocamus. Ciborū tamen nō eadem ratio est: sed partim linguam: partiq gulaq sua mouent suauitate. Vnde Philoxenus gruis collum a dijs immortalibus sibi dari obtabat. At uero qui in uidendo: audiendoue modum excedunt: nō eodem uocabulo significamus. An quoniam uoluptates sensibus hisce accommodatas: communes cum cæteris animantibus habemus. ergo ut communes spernimus: notamus: solasque omnium: aut maxime probo damus. Itaque hominem his deditum repre=

hẽdimus: & incõtinentem: intẽperantẽq; appellamus: q; uictus a teterrimo uoluptatũ genere ducitur. Sed cum sentiendi genera quinq; sint: cætera animalia duobus tantũ: quæ modo dixi: uoluptatẽ sibi acqrũt: cæteris uel nihil oĩno delectãtur: uel p accidẽs ita afficiũtur. Qd eni uidet: aut olfacit tãtisper gaudet quoad gustus: tactusq; officio fruiscatur. Cũ genus id ipm cõcupiscẽdi expleuit: illorũ quoq; suauitas desÿt ut etiã nobis salsamẽti odor: cũ indigemus: suauis est ubi satiati: repletiq; sumus: amplius suauis non est. Rosæ aũt odor semper suauis est.

8 Cur minus risum retinere possimus: cum amicos nostros: familiaresq; uidemus. An uolubilis: quod elatius: atque suspensius fit. atqui beneuolentia ferme huiusmodi est. ergo merito tunc ad surridendum mouemur.

Eorum: quæ ad iustitiam pertinent. Sectio. xxix. cuius quæstiones. XVI

1 Vam ob causã cũ maior iniuria sit offensa: quæ maius in bonũ accepta est: honorq; maius sit bonũ: maior iniuria pecuniæ æstimetur: quã honoris. & homines iniusti potius in re pecuniaria esse uideãtur. an quia multitudini pecuniæ honori anteponũtur: omnibusq; cõmunes maxime habentur. honor autem paucis: raroque usu contingit.

2 Cur depositũ denegare iniquius sit: q̃ mutuũ. An q; amico iniuriam facere turpe est. Depositũ igitur qui negat: amico iniuriã facit. nullus enim quicquã deponit: nisi credens: confidensq;. At is: cui debetur: amicus non est. non enim mutuat: sed dat: qui amicus est: an quia maior iniuria cõmittitur. Præter

damnũ eni: fides negligitur: cuius gratia quãuis nil aliud cogat: abſtinẽdũ ab iniuria eſt. Ad hæc nõ par pari reddere uitio datur. hic igitur rẽ ſuã credidit tã quã amico: ille denegat tanquã inimico. At qui mutuauit: nõ dedit ut amico. Itẽ qui depoſuit cuſtodiẽdi: reddẽdiq; gratia dedit. qui mutuauit: fructus etiã ſui gratia dedit. minus autem ægre ferimus iacturã: ſi quæſtuz: emolumentumq; nobis petimus: ut piſcatores factam iacturam retium æquo animo ferunt. periculum enim exploratum ſibi habebãt. Addo etiã ꝙ qui ſuum deponunt: hominum uitantes perfidiã fortunaq; laborantes aduerſa plerunq; id faciunt: qui uero mutuãt: pecuniis abundãt: fortunateq; degunt. Iniquius aũt eſt iniuriam homini infortunato quã fortunato intuliſſe.

3 Quamobrem in foris nonnullis familiæ potius: quam teſtamenti ratione ſententiam fieri ſolitum ſit. An propterea ꝙ de familia ementiri non licet: ſed uera fateri neceſſe eſt. Teſtamẽta autem multa iam falſa eſſe redargui potuerunt.

4 Cur paupertas apud hoies bonos potius eſſe: quam apud prauos ſoleat. An qa oibus odio habetur: atque expellitur: ad pbos pfugit rata maxie apud eos ſalutẽ: pmanẽdiq; locũ ſe poſſe aſſeq. e cõtrario ſi ad prauos uenerit: nunq̃ eos fortuna iſta fore cõtentos: ſed uel furta: uel latrocinia adituros: qbus rebus futurũ: ut ipſa amplius apud illos manere nequeat. An quia homines probos optime ſe uiſuros exiſtimat: nec ſibi petulanter: contumelioſeq; quippiaz facturos. Itaque ut nos pecuniarum depoſita tute hominibus bonis credimus: ſic etiam hæc ſibi diſpenſat: & ſtatuit. An libẽter ſe ad uiros optios cõfert: qa fœmina

est: inopsq; ꝓinde & uiriũ: & consilij: ut eiusmodi hominibus cõmẽdatã se esse magnopere uelit: atq; desyderet. An quia mala est: nunq̃ se malis iungere uelit. Nam si ita malu erit: omnino malum irremediabile ipsa reddetur.

5 Cur non quẽadmodũ amplificãtur iniuriæ in pecunijs: ita cæteris etiam in rebus ualeant augeri. uerbi causa: qui leui aliquid dixerit: non ꝓpterea rẽ quoq; reticẽdã aperiet. neq; qui unũ prodiderit: uel totã rempublicã ꝑdere ꝓpterea uelit: sicut qui obolũ abstulerit: etiã talentũ auferet. An quia sunt: quæ partius quidem per impotentiam: sed uoluntate amplius inique cõmittantur.

6 Cur depositum etiã paruũ denegare turpius est: q̃ debitũ magnũ. An qui depositum negat: hominem fraudat: a quo bonus ipse existimatus est. An quoniã qui hoc facit: illud etiam facere uelit.

7 Cur homo: qui adeo eruditione præditus est: animãtium omniũ iniustissimus sit. An quia ingenio: cogitationeq; plurimũ ualet. Voluptates igitur: & fœlicitatẽ rimatur maxime: atq; ꝑpẽsat: quæ nisi cũ iniuria nemo assequi potest.

8 Cur diuitiæ magna ex ꝑte ab hominibus prauis potius: q̃ bonis habeantur. An quia fortuna cæca est discernere sibi: atq; seligere qđ melius non potest.

9 Cur iustius habitum est hominibus uita functis opem ferre: q̃ uiuis. At quia uiui sibi ipsi præsidio esse possunt: illi defuncti nihil præterea possunt.

10 Quã ob causam qui morã cũ hoĩe sano traxerit: nihilo reddi integriori corꝑe possit: neq; qui cũ robustiori: aut pulchriori uersatur: quicq̃ in eiusmodi habitus ꝑficiat. iusto autẽ & tẽperato: & bono qui se

deiūxerit: melior in his ipsis bonis animi euadet. An quoniā bona corpis aīo imitari non possumus: bona animi possumus. est aūt quisq; bonus uirtute animi: sanus uirtute corpis. Assuescit igitut exēplo melioris recte modo letari: modo cōtristari. quod is assuescere nequit: qui cum sano est. haud enim quisquā sanus in eo est: ut lætetur: quibus rebus lætandum: tristetur: quibus tristandum sit. nihil enim ex his sanitatem creare potest.

11 Cur mulierem interfecisse iniquius sit: q̄ uirum: quāquam natusæ ratione mas fœmina præstantior est. An quia mulier imbecillior est: minusq; proinde facere iniuriam potest. Item eniti aduersus id: quod longe infirmius est: nihil uirile: immo stolidum: atq; iniquissimum est.

12 Quā ob causam reo dexter apud iudicē locus datur. An ut ratio cōpēsandi habeatur. Cū igitur res faciat accusatorē supiorem reo: status cōceditur melior ut se aduersario possit æquare. Tum etiam reus magna ex pte cauere consueuit: q melius facere ita possit: si locum dextrum obtineat.

13 Cur si suffragia pari numero accusatori: & reo fuerint: reum uincere sancitum est. An quia cum agitur causa: tunc primum ea audit reus: atq; responde re: testesq; adhibere debet: aut aliquid facere aliud: unde sibi præsidiū eruere possit. facile autem nemini est diuinare: quæ sibi p̄moliēda: præparandaq; sint: ut testes: aut aliquam fidem aliam: qua se innocentē ostēdere ualeat: at uero accusator & ante: quam in iudicium uocet: rem disponere: atq; statuere pōt: p ut sibi libitū est: & cū iam accersiuit: fictis ueri quibusdam similibus agere. quibus rebus cū legū autor

minui partes rei uideret:fauendum censuit ei: quotiens sententiæ iudicum pares inter se fiant· Quin etiam hoc in ijs maxime intelligere licet: quos metus terruerit· Multa enim ibi prætermittunt: quæ uel dictu:uel factu sibi necessaria statuerunt· Atqui reus periculo semper fere utitur grauiori:ut amplius metuat· ergo si ea prætermittere cogitur:quibus possit suam augere defensionem: dubium nullum est: quin nisi prætermitteret :uincere aduersarium posset· quando illis prætermissis potuit tamen sui iuris præsidio æquiparare· Ad hæc nostrum unusquisque nocentem potius uelit liberare: quam innocentem condēnare: ut si de assertione libertatis: aut homicidij agitur: reum liberare potius uelimus nocentem: quam condēnare innocentem· cum enim quis ambigit: errorem suscipere debet leuiorem· nam etsi iniquum etiam est liberum asseruisse: qui seruus est:longe tamen iniquius seruū sanxisse: qui liber est· Item quēadmodum si·Q·inuebit crimen·C·litigat:non protinus rez criminanti restituēdam censemus:sed possidenti tenendam usque quo iudicatum sit· ita etiam de pluribus par esse putamus:cum scilicet iudicum asserentium iniuriā & negantium parem numerum esse constat· Vt enim in principio cum alter criminatur:alter inficias it: legum autorem non criminanti fauere: sed reum iubere dominum rei esse tantisper debere:dum accusator superet: oportere existimamus· Itidem cum pari suffragiorum iudicatur examine: reum suoruz compotem esse censemus: cum sententijs paribus nihil exuperantiæ legum autor accusatori reliquerit· Magnis itez delictis:magna supplicia statuta sunt·

Itaque si iudices iniusta sententia hominem capite dānarint: post suum errorem emendare nullam tem poris facultatem nanciscentur: sed si minus integre liberarint: si hoc ita caute: tuteque fecerint: ut nihil præterea delinquere ille uellet: quid quæso errauerint iudices: q̄ hominem usq; eo emēdatū liberarint. Sed si posthac etiam delictum idez commiserit: morte tum utriusque delicti causa mulctandum lex præcipit. Item hominis est profecto iniquioris ea committere: quæ crimini assignari inique minus consentaneum est. Iniuria enim uel per iram: per metum: per libidinem: per multas alias huiusmodi causas aduehi potest: non tantummodo ex consulto. crimen autem ex consulto magna ex parte iniuste obijcitur. quamobrem cum sententiæ accusatorem iniuste agere: pariter & reum deliquisse affirment: improbusque habitus sit: qui iniuste accusat uictoriam lex iure optimo reo impertit. Item nos etiam ipsi nostris cum familiaribus ita agimus: ut cum eos deliquisse aliquid suspicamur: & tamen nihil certi habemus: sed pariter culpa uacare existimamus: non protinus ad plectendum ueniamus atque si nihilo rem amplius percensere possimus: culpa eos omnino absoluimus. Item grauiorem his facit iniuriam: qui ex consulto: quam qui non ex consulto iniuriatur. Atqui planus: atque calūnians semper ex consulto lacessit: qui autem iniuste aliqd fecit: aut per necessitatem: aut per imprudentiam: aut prout aliter sors tulerit: delinquit: cnmq; pares sententiæ sint: accusator iam ex consulto iniuriā facere dimidio iudicatur sententiarum. reum autem facere quidem iniuriam reliquo sentētiaruz dimidio

asseritur·sed facere tamen ex consulto non constat· ergo cum grauiorem accusator:quam reus facere iniuriam iudicetur :merito legum lautor eum uincere censuit:qui iniuriam fecit leuiorem· Addo etiam q̃ semp iniustior est:qui se latere nō putat:& tamen facit iniuriā:quā qui se latere posse existimat· At qui iniuste crimē cuiquam obijcit:eū quidem ipsum: quem suis uexat calūnijs:haud unquā latere se posse arbitratur·Cæteri qui iniuriam faciunt : latere sese pleriq; omnes eum existimant:in quem iniuriā animaduerterunt·ergo iudicari iniustiores accusatores debent:quam rei·

14 Quam ob causam qui ex balneis furatus est:aut ex palæstra:aut ex foro:aut ex aliquo eiusmodi loco morte multatur:qui autem ex domo priuata furti pretium duplum exoluit· An quia in domibus rem custodire melius possumus·nam & paries firmus: & clauis est:& familiaribus res domesticæ curæ omnibus sunt:ut tuto seruentur·At in balneis:cæterisq; publicis locis facilis cuiq; facinoris ꝑpetratio est · nil enim ad custodiam satis qui sua posuerit: habet:præter oculos· Itaq; facultas datur furandi: etiam si aspectum paulisper diuerterit· Quāobrem legum autor ratus sua ipsos custodire satis nō posse: legem adhibuit minitantem acerrime uitam futurā nemini:qui furtum publicis locis cōmiserit·Item in domo penes dominum ipsum est:quem uelit recipere:& cui minus credat:cauere· At ei:qui in balneis quicquam posuit:prohibere neminem licet:nec ingredi:nec ingressum uestem suam ibi deponere:unde surrepturus sit·sed ꝓut libitum est:eodem in loco surrepturi:& amissuri amicula ꝓmiscue iacent·Qua

propter legum autor hominis rebus,qui sua sponte furem suam in domum exceperit:sibiq; errauerit: nō magnis admodum supplicijs censuit consulendū· ijs uero,qui communem balnearum aditum conuersationemq; habeant necesse est:supplicium furti grauissimum præsidio statuit·Item qui locis, quorū aditus omnibus patet:furtum committunt:omnibus patet:eo animo esse:ut & uitæ seruati ne sui quidē cōmodi gratia probi esse unquam uideri uelint:utpote qui frustra se probos apud eos ementiantur· qui rem norunt·Iam ergo palam suam nequitiam,prauitatē q; exercere incipient·Atqui uni tantum palā fuerint dissuadere uel pecunia,uel re aliqua conantur:ne facinus patefaciat·quocirca non tota uita hi praui perseuerent.Itaq; legum conditor damna his leuiora: p̄scripsit·Item ea potissimum delicta dedecus reipub· afferunt:quæ in conuentibus,collegijsq; publicis cōmittuntur:ut e contrario honorem comparant summum ea maxime:quæ integre publice aguntur· Ita enim fit:ut ciues & sibi,& cæteris conspicui sint: uirtutem præ se ferre & colere·Atqui eiusmodi furtis non solum priuatim:qui suum amisit:detrimento afficitur:uerum etiam tota respu·conuitijs lacessitur & maledictis·Igitur damnis merito grauioribus is punitur:qui locis publicis:quam qui priuatis in ædibus furtim egit·Item qui ex domo priuata rem suam amiserit:sine ulla contumeliosa affectione domi manens suum perferat casum·At qui in balneis,aut alio id genus loco amise e:ægre inde nudi discedunt: & plerique omnes irridentur : quod longe molestius : quam rei iactura est·Qua de causa legum lator damna his statuit grauiora. Quinetiam alia complura

ſimili ratione leges præcipiunt:ut qui homini magi ſtratu prædito maledixerit:grauiter multari:q priuato,nullo affici detrimento, & recte quidem. ſic enim non tantum in magiſtratuȝ deliquiſſe,qui maledixit:iudicatur:ſed in rempu. etiam contumelioſe egiſſe. Pari ſane ratione, & qui in portu furatus eſt non ſolum priuatim offendiſſe.uerumetiam reipublicæ dedecus aduexiſſe putatur. hæc eadem uel in cæteris reddenda ratio eſt:ubi aliquis ſit publicus conuẽtus: & compitum.

15. Cur ſi iudicum ſententiæ pares aduerſarijs fiant: reum uincere ſolitum eſt. An ꝙ reus nullo ab aduerſario detrimento affectus ſit:ſed ſuffragijs paribus uictor euaſerit.

16. Cur ſuper furto damnum capitale ſtatutum eſt: ſuper contumelia:quæ grauior iactura eſt:æſtimatur quod pati ſuo corpore:aut quantum ſoluere debeat: qui deliquerit. An propterea: ꝙ agere contumelioſe humana quædam affectio eſt:omneſqȝ homines plus minus ue eius ꝑticipes ſumus. At furari nulla neceſſitate humana cogimur. Adde ꝙ qui furtum commiſerit:idem agere quoqȝ maluerit contumelioſe.

Eorũ,quæ ad prudẽtiã: & mẽtẽ, & ſapiẽtiã pertinent. Sectio. xxx. cuius quæſtiones. xiij.

1 Vr hoĩes q ingenio claruerũt:uel ĩ ſtudijs philoſophiæ:uel in repu. admiſtrãda uel in carmine pãgendo:uel in artibus exercẽdis melancholicos oẽs fuiſſe uideamus. et alios ita,ut etiam uitijs atræ bilis infeſtarentur: ceu inter heroas de Hercule fertur. hic eniȝ ea ipſa fuiſſe natura putatur: & morbũ comitialem ſacrum ab illo & herculeũ priſci nominauere. Puerorum quoque

motio mentis idem hoc explicat,& eruptio ulceruz quæ mortem interdum antecedit·Id enim plerisque atra bile consistit:& Lysandro lacedæmonio proxi me ante obitum genus id ulcerum emersit·Adde aia cem,& Bellerophontem:quorum alter penitus ad insaniam: prorupit:alter loca prosequebatur deserta Vnde illud Homeri·

Ast hic quando etiam grauior dijs omnibus errat·
In campos solus latos:inq; auia rura:
Ipse suum cor edens hominum uestigia uitans·

Quinetiam plerosq; alios ex heroum ordine morbo eodem laborasse compertum est· Annis uero posterioribus Empedoclem·Socratem:Platonez:& alios complures uiros insignes hoc fuisse habitu nouimus· atque etiam partem ordinis poetarum ampliorem· Nam & multos id genus hominum morbi ob eiusmodi habitum corporis exercēt:& aliqui suapte natura in eos ipsos affectus perspicue uergūt·omnes tamen fere(ut dictum iam est)natura huiuscemodi extitere·ergo causam primum exemplo haud sane incommodo uini capiemus·Vinum enim immodicū tales maxime homines reddere uidetur:quales melancholicos esse affirmamus:moresque uarios id condit: cum bibitur ut iracundos,humanos,misericordes,audaces: quorum nihil mel,aut aqua,aut lac,aut eiusmodi aliquid efficere potest·intelligi plane quaz uarios reddat homines licet:siquis potantes ipsuz animaduertat: ut gradatim euariat· Vbi enim uinum hominem frigentem,taciturnumque a sobrietate accepit:paulo liberaliori poculo refouet: excitatque ad uerba:tum largiori potu uerborum uberem:eloquentem:fidentemque reddit·posthac pro·

vin, imo dicu qu facia·

cessu potandi ampliori audacem, propensumq; facit ad agendum. Deinde plenius amplificato: in contumeliam, & petulantiam uertit. mox ad insaniam ꝓpemodum accendit. Postremo nimio ex potu resoluit stultumq; agit in modum eorum: qui a pueris morbo laborant comitiali: aut etiam eorũ, qui uitijs atræ bilis maiorem in modum continentur. Igitur ut homo idem inter bibendum moribus immutatur uarijs uiniq; mensura quadam idem crebro a se discrepat: ita sunt qui singulis morum generibus adeo inualuerint: ut aliorsum nequeant commutari. qualis enim uinolentus hic est: talis quisquam alius factus a natura est scilicet alius loquax: alius mēte cōmotus: alius lacbrymabundus. nam tales uinum quoq; informat. Ex quo illud Homeri: Me uictum baccho lachrymas effundere dicunt, Quippe misericordes interduʒ redduntur: & alias efferi: alias taciturni. Sunt eniʒ qui rursus taceant: & maxime qui ex melancholicis mente ferme summota cogitabundi esse soliti sunt. Quinetiam ad amandum propensiores uinum facere idoneum est. Indicium ꝙ sæpe qui potat: uel osculari eos adducitur: quibus nemo sobrius dare osculuʒ uelit. uel quia deformes sunt: uel quia ætate prouecti: uinum tamen non longo hæc auget tempore, sed breui. Natura sane dum uita eduret: assiduis incrementis amplificat. Alij nanque audaces, & temerarij: alij taciturni: alij misericordes: alij timidi per naturam & instituuntur & augentur. quasobres eandem esse causam constat. qua uel uinum uel natura mores cuique inseminare possit: & augere. confici nanque in dies ui caloris omnia solent. habitui igitur naturæque atræ bilis flatus ciere datum est. Q uocir

ca uitia corporis quæ flatum præ se ferunt: iliumque dolores atræ bili medici tribuunt· & uinū uere flatus mouere nimirum potest· quamobrē similem ambo istæc sortiuntur naturam atra bilis & uinum· cōstat uinum eam habere uim e spuma: quam excitat· oleum enim quanuis calidum nihil spumat· uinum large: ampliusq; nigrum, quam album: quia calidius & corpulentius est· unde fit ut cupiditatē ueneri accēdere uinum possit· Quare non inepte uenerem iunctam baccho autumant· Et melancholici quoque magna ex parte libidine affluentius concitantur. Cōcubitus enim flatus copia agitur: cuius indicium, ꝙ pennis ex paruo citissime in molem augescit insignem, Nisi enim flatus: non ita extumescere potest· atq; etiam prius, quam tempus promēdi seminis sit: uoluptas quædam gestiens pueris adhuc oritur: cum iam pubi propinqui testiculos per libidinē pruriūt· quod scilicet ob idipsum fit· quia flatus per meatus transit: qua postea humor perfertur· Et seminis quoque in concumbendo profusionem, eiectionemq; a spiritu impellente fieri perspicuum est· igitur uel i escu lentorum, potulentorum ordine merito eo libidinem mouent: quo locum genitalem flatu implent· Ex quo fit etiam: ut uinum atri coloris talem hominem reddat: qualis melancholicus flatu lentus est· quod late in nonnullis patescit· sunt enim magna ex parte duri: neruisq; tumidi: quibus atra bilis redundat· Cuius sane causa est non sanguinis, sed flatus copia· Sed cur non omnibus melancholicis, aut fuscis colore inuecta duritas est: sed ijs tantum: quibus uitium amplius inualuerit: alia ratio est· Nunc de eo, quod pri cipio explicare maluimus: agendum est· Humoris id

Atrabilarij [illegible]

ſcilicet id non morbo,ſed naturali intemperie acci-dit·Maracus ciuis ſyracuſanus:poeta etiam præſtan tior erat dum mentem alienare tur.at quibus minus ille calor remiſſus ad mediocritatem ſit : ij prorſus melancholici quidem:ſed lõge prudentiores·& quã quam aliqua in parte minus excedant:multis tamẽ in rebus cæteris ſunt omnibus preſtantiores : alij in ſtudijs litterarum:alij in artibus:alij in repub · ma-gnum etiam ad ſubeunda pericula diſcrimen hic ha bitus affert.quippe cum multi metu uarie moueãtur ob eam ſcilicet rem:ꝙ ita a ſe ipſi differunt:prout in cidit:ut uices eius habitus gererent·habitus eniꝫ me lancholicus:ut morbos uarios creat:ita etiam ipſe in æquabilis ẽ·quippe qui alias frigidus in modũ aquæ: alias calidus ſit·quamobrem cum formidoloſuꝫ quic quam denunciatum eſt:ſi habitus iuſto frigidior ſit: timidum reddet·iam enim metui aditum patefacit: & metus ipſe refrigerat:ut ex ijs conſtat:qui metu perculſi obtremiſcunt·Sed ſi amplius caleat : metus inueƈtus ad mediocritatem reducet: temperabit : in-trepidumqꝫ proinde hominem ſeruabit· Quinetiam cum ſponte moleſtijs animus tabeſcit:quod frequen ter uſu euenit:ratio perquã ſimilis eſt·Fit eniꝫ ſæpe-numero:ut angamur:& animo ſuccũbamus·ſed cur ita nullam reddere cauſam habeamus:alias cõtra,ut ſecuritatem animi geſtiamus:ſed quamobrẽ minime conſtat.affectus igitur tam iſti,quam illi ſuperius ex plicati pauliſper quidem conſiſtere in omnibus ſo-lent·omnes enim aliquid illius materiæ,facultatiſqꝫ ſibi intermiſtum proculdubio continent· ſed quibus alte,ampliterque conſtiterint:ij iam morum qualita te quadam noteſcunt:& nominantur:ut eniꝫ ſpecie

inter se distant: non quia faciem habent: sed quia faciem talem: id est alij pulchram: alij turpe3: & qui nihil superuacui gerunt: ij stata sunt forma: sic etia3 qui leuiter habitu illo constant: ij medium tenent: q plene: ij iam dissimiles multitudini euadunt. Nam si omnino merus bilis atræ habitus sit: melancholicos ad modum esse necessum est. sin autem quendam in modum temperetur: egregij, singularesq; instituuntur. hi tamen si parum suæ ualitudini consulunt: facile in uitia bilis atræ labũtur: alij parte alia sui corporis: alij nanq; in morbum comitialem incidũt: alij attoniti fiunt: alij uehementissime anxij: aut formi dolosi redduntur: alij maiorem in modum sibi confidunt: & sperant. quod etiam Archelao regi macedoniæ usu euenisse accepimus. Causam uero tam uariæ potestatis ipse habitus dat: scilicet prout frigidus, calidus ue constiterit. Nam si ultra modu3 frigidus sit: molestiæ, anxietatesq; sponte sine ulla ratione nascẽtur. ex quo mortem laqueo sibi consciscunt: maxime q dem iuniores: interdum tamen & saniores. Multi etiam uinolenti sese interimunt. Nonnulli uero ex melancholicis ubi abunde potarunt: dolent: & animo uehementer succumbunt. calor etenim naturalis a calore uini extinguitur. calor autem qui eam continet sedem: qua speramus: & sapimus, facit: ut securo animo simus. Qua de causa omnes ad uinolentiam usque prompto animo bibimus. Omnes animi spe bona uini copia afficit: quemadmodum iuuentus adulescentulos. Senectus enim parum sperare potest: iuuentus spe plena est. non desunt quos angor inter potandum eadem illa de causa comprehendat: qua etiam post totum nonnullos

occupat·quibus igitur calore natiuo emarcescẽte oritur ægritudo:ij sibi laqueum potius petunt:quare iuuenes potius:quã senes laqueo se interimunt. alteris enim calor p ætatem marcescit:quod naturæ agitur ordine:alteris p uim ipsius affectus:quod cõtra naturam est·Quibus autem calor extinctus subito est: ij repente se interficiunt: ut omnes mirẽtur:eo ꝙ nullum indicium præcesserit·Cum igitur atra bilis perfriget(ut dictum est)uarias animi molestias: anxietatesq́ꝫ gignit:calidior autem cum est:securitatẽ & lætitiam præstat·quocirca pueri lætiores: senes tristiores esse consueuerunt·alteri enim calidi:alteri frigidi sunt·quippe cũ non nisi refrigeratio quædam sit ipsa senectus·accidit uero ut calor subito causis quoꝗꝫ externis extinguatur: quẽadmodum quæ præter suam naturam candent:ceu carbones aqua super infusa extinguntur·unde fit etiam:ut sedata ebrietate nonnulli seipsos enecent· Calor enim ex uino adiectus est:quo extincto usu euenit illa pniciosa affectio Et post coitum quoque uenereum animo pleriq́ꝫ omnes succumbunt:redduntur que tristiores·Qui tamẽ copiam excrementi suo cum semine effuderint:ij lætiores·hilarioresque euadunt·quippe qui sic excremẽto & flatu:atque calore nimio leuentur:cæteros tristiores:demissioresq́ꝫ sæpe uenus reliquit: eo ꝙ parti necessariæ aliquo subtracto refrigerantur :quod humoris eius paucitate qui effluxerit: patet. Summa igitur rationum colligamus. homines melancholici uarij: inæqualesque propterea sunt:quia uis atræ bilis uaria:& inæqualis est. quippe quæ uehementer tum frigida:tum calida reddi eadem possit:& quoniam uim eadem morum obtinet instituendorũ(mo

res enim calidũ condit:& frigidũ: omniũ maxime quæ nostro in corpore habẽtur):idcirco nos morum qualitate afficit quadam: informatq; ut uinum:qđ prout plus:minusue corpori intermistum: infusumq; est:uarios reddit:flatuosum autem utrunq; est & uinum & atra bilis·cumq; ratio sit:ut portio quoq; aliqua tẽperata illius inæquabilis ordinis habeatur:statusq; modo quodam acquiratur integre:habitusq; respõdere calidior: frigidiorue possint ob exuperantiam qualitatis:hinc efficitur porro:ut melancholici omnes non per morbum:sed per naturaʒ sint ingenio singulari·

2 Cur per aliquas scientias habitum nos habere cẽseamus:p aliquas non·an habitũ non nisi p eas tantũ adipisci putamur:quibus uim inueniendi acquirimus·inuentio enim ex habitu est·

3 Cur omnium animãtiũ homo prudẽtissimus est· utrũ quia capite minimo est scilicet ad sui corporis ꝓportionẽ:an quia uarie minimo est·ob id eni ipsuʒ capitis quoq; minutio accidit:& inter hoies ipsos qui minori sunt capite:prudentiores nascuntur:quã qui sunt grandiori·

4 Cur seniores amplius mente ualeamus: iuniores ocyus discimus·Quia natura parens & autor omnium instrumẽta nobis duo inseruit: quorum opera instrumentis extraneis uti ualeremus·manũ in quaʒ corpori dedit:animo mẽtem· Est enim mens quoque rebus a natura nobis impertitis annumeranda uiceʒ sane gerens instrumenti·Cæteræ omnes scientiæ:artesque nostra opera sunt: mentem ipsam opus esse naturæ fatendum est·Vt igitur manu non iam inde ab ortu naturæ uti possumus:sed cum eaʒ natura

absoluit pfecitq; (pcedēte nāq; ætate manus suum opus maxime efficere pōt) ita etiā mens: quæ res naturalis est: nō protinus: sed in senectute maxime nobis contingit: atq; tunc potissimū cōsumatur: atq; absoluitur: nisi detrimento aliquo lacera: læsaq; sit: quē admodum cætera quoq; opera naturæ. mens uero posterior quā mánuū facultas accedit. quoniam instrumenta etiam mētis posteriora sunt: quam manuum instrumenta. est enim mentis instrumentum sciētia. menti nāq; utilis sciētia est: ut tibicini tibia. manuū instrumenta res pleræq; naturales sunt. natura autē ipsa: eiusq; res omnes priores sunt: q̄ sciētia. Quorū autem instrumenta priora sunt: facultates quoq; eorūdem prius cōtingere cōgruum est. his enim crebro utentes cōficere habituz solemus: & ista sic reciprocantur: ut quā uicem hæc inter se gerunt: quorum instrumēta sunt: eandem instrumēta quoq; ipsa inter se habeant: uicissimq; quam instrumēta inter se eādez illa quorum sunt instrumēta. Mens igitur ea de causa nobis senioribus potius contingit. discimus autem ocyus iuniores: quia rem ferme nullam tenemus. cum enim res plerasque scimus: non æque præterea capere alias possumus: quomodo etiam meminisse melius ea ualemus: quæ mane primum pcipimus: deinde pcedente die memoria hebetamur: quoniam multa iaz perreptauimus.

5 Cur homini potius: quā cuiquā ex cæteris animātibus credēdum est. Vtrū ut Plato Neocli respondit: quia homo solus omniū animātium nouit enumerare: : an quia solus deos ueneratur: & colit. an quia omniū maxime uim obtinet imitandi. hinc enim discere tam multa & uaria potest.

6 Cur nihil in eo delectamur quod triangulum duobus rectis pares angulos internos uel habere spectamus: uel habiturũ speramus: neq; in aliquo generis eiusdem: nisi forte in speculatione ipsa delectandum sit. hæc tamen æquo modo iocunda sane sit: etiã si tribus rectis: aut etiam pluribus pares angulos habeat: sed nimirum tunc delectari est: cũ aut ludis olympiæ nos uicisse meminimus: aut apud Salamina nauali pugna hostes superasse: aut tale quid futurum speramus: non cum his ipsis contraria expectamus: an in rebus istiusmodi delectemur: q̃ uel fuerunt. uel sunt consilio nostro: aut omnino humano: & opera: quæ autem natura lege incommutabili ita esse uoluerat: hæc suæ tantũmodo rationis contẽplatu nos alliciunt: & oblectant. sed cum rerum gestarum p̃ quaꝫ aduersa ratio sit: efficitur porro: ut quæ inde ꝑfecta sint: in parte lætabilia: in parte tristia ueniant. Omnia autem lætitiæ: tristitiæue ratione aut uitamus: aut persequimur.

7 Cur medicus ad sanitateꝫ usq; tantummodo suã operam præstat. Primum enim corpus extenuat: dehinc siccat: tum sanitatem inducit: posthac nil ulterius agit. Vtrũ q̃ fieri non potest: ut ex sanitate aliud quicquaꝫ efficiatur. an si quid fieri possit: ad aliã spectet scientiam: afferrique præterea ex sanitate aliquid licebit. ergo si omnia fieri uel ex contrarijs: uel ex medijs soleant: constet ut illud ægrotet: quod uel siccius: uel humidius: uel tale aliquod est. igitur ex minus frigido in minus frigidum: & postremo iniustam uicem caloris; uel siccitatis: uel humoris medicus adducit. transferens sese ex contrarijs: aut medijs: dum ad eum deueniat habitũ: qui sanitati accõ-

modatus est·ex quo quidez nihil esse natura fert:ni si quid mediū·ergo aliquid p̄terea facere pōt·ut enim eatenus uenit:sic retrorsum abire pōt:sed ars nō istuc ꝓfitetur·semꝑ enim quod melius est:id artis rō & spectat:& facit·itaq; nec ulla alia:nec ipsa reddēdi ratio de sanitate quicquam aliud faciet:cum uel nihil effici necesse sit:uel rei destinandæ contrarium quādo quidem eadē est scientia contrariorum · itaq; uel in ædificādi rōne nihil est:quod cōtrariū faciat· Nec uero ulla ars alia est:quæ ex hoc quicquā faciat nisi ueluti ex pte quēadmodum suendi rō ex ꝑsciſſo calceum reddit:fieri nanq; bifariam aliquid ex aliquo ita potest:ut uel cum illud componitur:uel cum hoc destruitur:consistat.

8 Cur hominem philosophuz differre ab oratore putamus:an quia philosophus in rerum speciminibus agitandis:exquirendisque suum studium posuit:orator his rebus uersatur:quæ consortes illorum specīminum sunt·uerbi causa:alter quid iniustitia sit:nouit: alter quis iniustus est: & alter quid tenor tyrannidis sit: cognitum habet:alter qualis ipse tyrannus sit·

9 Cur genus id hominū:quod dionysiacos technitas idest artifices bacchanales: aut histriones appellamus:improbis esse moribus magna ex parte consueuerūt·an quia minime sese studio sapientiæ dedunt: eo scilicet·ꝙ in artibus necessariis magnam ætatis suæ partem consumūt:uitamq; plurimuz traducunt incōtinentem:partim etiam cum inopia·q̄d quidem utrūq; uitia & gignit:& auget·

10 Cur ueteres præmia certaminibus corporū posuerūt:sapientiæ nullus quicquā statuerit·An quia iudi

ces quod ad ingenium attinet:uel præstantiores:uel nibilo deteriores nimirũ esse ijs debẽt:qui inter se certant.quod si hoĩes sapientia excellentiores certare deberet:pponereturq; pmiũ:arbitris sane sibi carerent at uero in certaminibus gymnicis quisq; suo tantũ aspectu iudicare integre põt·itẽ autor ille pmiorũ tale suis hominibus certamẽ pponere noluit·unde inimicitiæ:seditionesq; maxime exorirẽtur·hoĩes enĩ cũ in re sui corpis aliqua improbãtur:non moleste oĩno ferũt:neq; ijs infesti reddũtur:qui ita iudicarint· at si stolidiores iudicati sunt:iudicibus admodum ipsis succẽsent:ægreq; uehemẽtissime ferũt·quæ quidẽ res seditiosa:& stolida est·ad hæc præmiũ pstantius esse suo certamine decet·itaq; certaminũ gymnicorum pmiũ optatius:& præstãtius quam ipsa cõcertatio est: prudentia uero quodnam pmium præstantius esse possit?

11 Cur homo maxime aliud intelligat:aliud faciat· an quia cõtrariorum eadem scientia est·an quia mentis officium plura contingit: appetitus in unũ tantummodo profluit· atqui homo mente magna ex parte uiuit: & ratione·bestiæ appetitu:ira:cupiditateq; ducuntur·

12 Cur nõnulli pecunias acquirere:nõ impẽdere cõsueuerunt·utrum q suis moribus uiuunt:an oblectamine quod in spe positum est:alliciuntur·

13 Quã ob causã q grauiter:& suauissime dormiunt:nihil somniãt·an qa & sensus & intelligẽtia hoĩs tũc suo fungi officio põt:cũ animus trãquillatur:& requiescit·qua qdẽ requie:uel ipsa sciendi rõ cõstare uidetur:quippe quæ animũ sistat: atq; ex temeraria agitatione in trãquillitatẽ adducat·cũ enĩ

animus mouetur: uagaturq;: fieri nō pōt: ut aliquid uel sentiatur: uel intelligatur: ex quo fit etiā: ut amētes sint pueri & ebrij: & insani. facit eteni calor: qui nimius in his est: ut motu plurimo: uehemētissimoq; inquietētur. quo motu desistēte prudētiores esse incipiunt. cū enim uis illa intelligēdi sedata est: facilius sistitur: rerūq; rōnibus adsiscit. & quidē qui inter dormiēdum somniāt: non alia de causa uidere sibi illa uidētur: quā intelligētia cōstante requiescēteq;. quod quidē somno cōtingit leuiori. iactatur enim animus noster maxīe in somnis. calore scilicet: qui undiq; in ptem se colligit interiorem. atq; ita efficitur: ut plurima: uehementissimaq; illa obstāte iactatione nullum interuenire somniū possit. Nec putādū ut animus tunc cōquiescat: & per se maxime sit: cū nullum somnium trahitur: ut multitudinis opinio est. Sed contra omnino incidit: ut qui in motu plurimo est: nec paulisper quiescit: hic intelligere nequeat. Plurimus autem motus cum suauissime quis obdormiscit: merito propterea est: q tunc maxime larga caloris copia in partem contrahitur interiorē animum uero concitatum non solum inter uigilandum: sed ne per quietem quidem intelligere posse: argumentum illud etiam est: q in somnis: quos cibo ingesto primos agimus: nulla facultas uidendi somni datur: cum maxime accidit: ut animus propter cibū ingestum concitetur. somnum uero ipsū occurrit: cum cogitantibus nobis & ante oculos rem ponentibus somnus accedit. quapropter ea maxime somniamus: quae agimus: aut acturi sumus: aut uolumus. de his enim maxime cogitationes: imaginationesque obueniunt. & qui instructi uirtutibus

sunt:meliora somnia uident:ꝙ etiam uigilantes meliora animaduertunt. Qui deterius uel animo uel corpore sunt affecti:deteriora concipiunt.quippe cũ etiam affectio corporis faciat ad somnij uisionez.hominis enim morbo laborantis proposita quoq; animi uitiosa sunt.atq; etiam propter corporis perturbationem animus quiescere nequit.Melancholici idcirco in somnis crebro excitari consueuerunt:ꝙ calore largiore urgente animus moueri æquo amplius cogitur. quod cum motus uehementior sit:merito dormire minime possunt.

Eorum:quæ ad oculos pertinent.Sectio. XXXI cuius quæstiones. XXX.

1 Vr oculo pfricato sternutare cessamus.an ob eam rez humoris respiratio moueatur. C lachrymam enim oculus pfricatus emittit.sternutamẽtum humoris copia excitatur. an quia plus caloris:minus corrumpit: absumitque.Oculus autem perfricatus plus caloris sibi acquirit:quam nares contineant. quamobrem etiam siquis nasum pfricuerit:ipsuz sternutamẽtũ desistet.

2 Cur uno oculo exquisitius cernitur:quam duobus an quia plures motus duobus quam uno excitãtur. quemadmodum oculis peruersis multiplicem agitari motum certum est.ergo duorum unus motus non est unius unus:& simplex est.itaq; efficitur:ut exquisitius uno:quam duobus cernatur.

3 Cur homines irati oculis maxime erubescunt:pudefacti auribus.an quoniam oculi refrigerantur eorum:quos puduit.Pudor enim in oculis est:nec respi

cere ualent: quos pudor tenet: & timor quoq; refrigeratio loci eiusdem est: calor autem in partem transit aduersam: quæ posterior est. aures uero satis ex aduerso positæ sunt: itaque pudore maxime erubescunt iratis porro præsidium in eam partem tanquam uiolatam transmittitur: quæ & sensu, & motu facilior est. nam & in metuendo calor eam ipsam maxime deserit.

4 Cur altero oculo apprehenso alter constantius cernat. an quia oculorum initia ex eodem dependent. cũ igitur alter mouetur: commune quoque illud mouetur initium: quo mouente alter etiam oculus moueatur necesse est. quamobrem altero apprehenso uis illa communis tota alterum mouebit. itaque plenius contendere poterit.

5 Quam ob causam qui cæci ab ortu naturæ sunt. calui nunquam efficiantur. an quia humor cum redũdat in capite: oculos uehementer infestat: qua de causa quibus fluctiones oculos urgent: uenas temporum ferro candente medici tangunt: quo humoris foramina obcæcentur: atq; spissescant. & caput quoque dissecta cute obscalpere consueuere. cũ igitur humor excrescens: uacansq; in capite oculis detrimento sit: fieri potest. ut minus humoris in caluaria ob id ipsum consistat: quia magna parte lapsus in oculos est & cum excrementis humorũ: materiaq; inutili capillus proueniat. quæ quidem in capite cæcorum ab ortu naturæ large redundant: merito nunquam isti calui efficiuntur.

6 Cur homines, qui oculis prominẽtioribus sunt: magis a fumo infestantur. an quia fumus citissime oculis protendentibus incursat.

7 Quam ob causam utrunque aspectum simul diuertere dextro, sinistroque uersus: & ad nares demittere atque etiam alterũ dextrorsus, sinistrorsusque deducere possimus: utrunque uero seorsum: alterum sinistrorsue alterum dextrorsus simul distrahere nunquam possumus. Quin etiam deorsum, sursumque haudquaquam ita conuertere licet: quanuis facultas simul dimittendi in idem detur (ut dictum est.) An propterea quod quãquam duplex aspectus sit: ex eadem tamen origine aequo modo nexus, aptusque dependet. Vbi autem ita est: quotiens alterum extremum mouetur: reliquum consequatur eodem necesse sit. alterius enim extremi principium: extremum reliquum est. Quod si res una simul, ac eodem in tempore nunquam in partes aduersas moueri queat: nec aspectus ita moueri poterit. quippe cum ita committatur: ut extrema in partes moueantur aduersas. Siquidem alter sursum, alter deorsum mouebitur: initiumque sequi utrunque necesse sit quod impossibile est. Oculorum uero limitas euenit: quia globi continentur principio: quo & sursum & deorsum: & latera uersus lubrico sese uertere possint. Cum igitur ita positi sunt: ut situ inuicem simili respondeat: atque medium teneant: mouendi sese sursum, deorsum, latusque uersus: eodemque in puncto sibi pupillam habeant: tunc situ integerrimo cõstãt: praecipueque mobiles circũaguntur. at qui eodẽ in puncto pupillas continent: limi quidem non sunt: discrepare quanquam inter se possunt: & alijs parte alba retracta, nigrae non nihil occulitur modo eorum: qui sternutaturi sunt. alijs in angulum exteriorem nigra conuellitur: ut furiosis: alijs in interiorem nares uersus incumbit: ut tragicis: laruis: hominibusque acerbis

seuerisq;:Sunt enim contuitu graui, cogitabundoq;· Quotiens uero situ dissimili globi positi sunt:sed pũcto eodem radij profluunt:aut situs similis est:sʒ pũctum non idem:limis oculis hominem esse necesse est itaq; hic suspicit:& oculos contrahit·Globum eniʒ eundem in habitum collocare conatur:atq; alterum firmum continet:alterum agitat·haud enim fieri potest:quin limus sit:qui non eodem de puncto radios depromat·quippe qui dimotum contuendi principium habeat:perinde ac ille,cui res una geminari oculo suppresso uidetur·ergo si oculus sursum dimotus ẽ terminus inspiciendi deorsuʒ est:sed si oculus lapsus deorsum est:terminus sursum habetur·Oculo tamen uno situ suo dimoto moueri quidem res una sursum, deorsum ue ob idipsum uidetur:q̃a pupilla ita se mouet:sed geminari haud unquaʒ uideri potest· nisi duplex conspectus sit: peruertaturq; ratio uidendi· Ita fit:ut strabonibus res eadem geminari uideatur ·causam situs habet:eo scilicet:ꝙ oculus non suo medio nexus,locatusq; est·

8 Quamobrẽ qui cognomẽ lusciosi habuerunt:litteras minutas scribere consueuerunt·Mirum enim, ut qui obtusis sunt oculis:rẽ faciant quã eorũ facere interest:q̃ acumine ualeant oculorũ·Vtrũ quia ꝓxime posita magna esse uidẽtur·illi aũt oculis ꝓxime admotis scribere solẽt·an quia cõtractis palpebris scribãt·fit enim ꝑ ĩbecillitatẽ:ut si laxatis, diductisque oculis scribant:aspectus distractus,passusq; hebetescat:si ad ductis,& conniuentibus uniuersuʒ deprõptus acutius uideat·Quod tamẽ angulũ iformat exiguũ:efficit necessario,ut exigue litteræ scribantur·

9 Cur nonnulli post lippitudinem acutius uideãt·

An quia purificati oculi sunt. fit enim sæpe: ut exterior densitas pupillæ aciẽ arceat: quæ lachryma emissa laxatur: atq; resoluitur. Quamobrem prosunt interdum: quæ mordent: lachrymam euocant: ut cepæ: obsunt, quæ tantũmodo assiccent: ut origanum.

10 Cur uno uidere oculo impatibilius sit. an quia minus animo: qui ita cernit: afficitur: quo fit: ut minus affectionis contrahatur.

11 Cur distracta conspectuũ societate, res una geminari uideatur. An propterea, ꝙ oculi utriusq; radius non ad punctum idem deuenit. ergo ꝙ bis noster animus inspexit: idem geminum se inspexisse existimat. Proximum euenit: cum digitos mutatis uicibus iplicamus: itaque aliquid tangimus duo nanq; sentimus eo ꝙ unum bis tangimus.

12 Cur sensus dexteri nihilo sinistris præstantiores sint: cum in cæteris omnibus dextra sinistris commodiora habeamus. Vtrum ex consuetudine ita fiat Statim enim cum nati sumus: utrunque sensum exercere incipimus. Pars autem dextra exercitatione insuescere, in quæ frugem euadere meliorẽ uidetur: effici nanque utrinque dextri per consuetudinẽ possunt. An quia sentire affici est. Pars autem dextra præstãtior propterea est: ꝙ efficacior: & affici peruicacior quam sinistra est.

13 Cur in cæteris dextra suis sinistris præstãtiora sunt: sensus nullus dexter suo sinistro interest. An quia parte sentiendi utraq; pariter uti a primo natali die consuescimus. Adde tamen: ꝙ rõ sentiendi affectio quædam est. dextrarum autem partium differentia in efficiendo: non patiendo sita est.

14 Cur exercitatio corporis incommoda oculorum

acumini est. An quia exercitatio sanguinem efficiat ficciorem: sicut etia3 reliquum corpus. Siccitas autem totam cutem indurat: ergo uel eam: qua pupilla integitur. quapropter homines natu iam grandes obtusius uident. oculi nanq; senum tunica dura, simulq; rigosa teguntur. itaq; uix illa conspiciendi cooperitur: & delitescit.

15 Cur homines luscij cognominati, qui obtuse uidēt: litteras scribere minutissimas possint: cum rem minutam perspicere illi ualeant: qui acumine oculoru3 præstant. An quia cōspectu sunt imbecilli: palpebras contrahant in angustum. Cum enim radius profluit uniuersus acutius explorare potest. contra laxo. diducto q; oculo, diffunditur. ob eamq; rem hebetascit. ergo imbecillitas facit: ut palpebras contrahant in angustum: quod cum ex angusto inspiciant: exiguā magnitudinem uideant: quantaque uidēt: tanta perscribant: necesse est.

16 Sed cur ijdem illi contractis palpebris uideant. An propter sui conspectus imbecillitatem. Vt enim manum rebus sepositis admouent: sic palpebras iuxta positis perinde quasi manum adijciunt. quod sane faciunt: ut radius per locu3 sese depromens angustiorem: congestior profluat Ne protinus ex pauculo proficiscens distrahatur. uidet autem is acutius: qui frequentior, collectiorq; prodierit.

17 Cur non res una geminari uidetur: cum in latus oculum uertimus. An quia conspiciendi primordium eadem itē in linea situm est. tunc enim res geminari uidetur: cū illud mutatū sursum: deorsum ue est: in latus uero nil refert: nisi una etiam sursum moueat.

18 Cur in ratione uidendi tantum fieri possit: ut res

una geminari uideatur: si quodammodo inuicem oculi locentur: in cæteris sentiendi generibus fieri identidem nequeat. An etiam in ratione tangendi cum digitos mutatis uicibus implicauimus: fit. ut res una duæ sentiatur: in cæteris hoc idem fieri nequit: quia cætera membra, quibus sensio administratur: neque foras uersus deducta: neque bina tā inter se apta, colligataque suo fungũtur officio. fit ita in rōne uidēdi eadem de causa: qua in tangendo perplexis (ut dictum est) digitis. Tactus. n. uisum æmulatur: & sequitur.

19 Cur oculus sinister nihilo imbecillior est: sed æquo modo, atque dexter uidere potest. cum reliquæ corporis partes omnes sinistræ inualidiores: quam dextræ sint: An quia pars dextra in eo discrepat a sinistra: quod efficacior est: non in eo, quod affici aptior. Videndi autem uires non ut afficerent. sed ut afficerentur comparatum a natura est.

20 Quā ob causam cũ cæteras intuimus res: conspectus noster fatiscit: atque deterior redditur: cũ ad uirides, & herbescētes inspicimus: ut olera, cæteraque his similia: recreatur: meliorque euadit. an cōspectũ in alba, nigra ue intendere minime possumus. propterea quod utrunque id genus coloris uidendi uiribus officit. colores autem illi, quibus oculis acquiescunt: medium albi, nigrique obtinent. itaque aspectus cum mediocri: lenique obuio afficiatur: nihil debilitatur. immo uero corroboratur: atque reficitur: & forsan quemadmodum cũm corpora nostra uehementer laborant: deterius habent: cum mediocriter optime afficiuntur: ita etiam oculi cum ad res solidas cōtendũt: laborāt: lassanturque cũ ad humidas, mollesque: quod

nil sibi obstat: passim oberrãt: & licētia pliquescũt cũ ad uirides, ꝙ istæ ut solidæ mediocriter sũt: ita sa tis humoris cõtinẽt: neq; ullo detrimẽto afficiuntur: & ad immorandum in hisce amplius innitantur: eo ꝙ coloris huiuscemodi habitus modice se conspe ctui offert.

21 Cur cætera melius utroque oculo cernimus. re ctam uersuum uirgulam uno litteris admouentes in spicimus exquisitius. an quia radij oculi utrius= que non sine perturbatione in idem concidunt. ut autores conspiciendi rationum affirmant. itaq; cu; uno inspicimus: ad rectum conspectum tanquam re= gulam melius: quod rectum est: deprehendere, iudica reque habemus.

22 Cur fumus oculos potius infestat. An quia infirmissimi sunt. infirmissima nanque omnia: quæ corpori interserta occuluntur. indicium ꝙ ace= tum, & quodque acre carnem non exteriorem: sed interiorem demordet. an quia laxiores, refertique meatibus sunt. Conspectus enim per quosdam meatus protruduntur: & excidunt. itaque quod his mordacissimum est: cæteris corporis partibus obuiũ subire densiora non potest: sed perreptat: & deci dit. æquo modo & cepæ: & quæcunque talia oculos mordent. Oleum omnium maxime humorum id facit: quia tenuissimum est: ob eamque re; meatibus se expedite insinuat. acetum reliquis partibus corpo ris pro medicamento est.

23 Cur oculus solus omnium membrorũ non rigeat: cum infirmissimus sit. an quia opimus est: nec carnis quicquam in se continet. Quod autem tale est: secu= rum manere a frigore potest. haud. n. audiendi sunt

illi: qui propterea rigere oculos negant: quia uis illa conspiciendi ignis est. non enim talis in oculo ignis ẽ ut calefacere ualeat.

24 Cur lachrymæ, quas mœrendo emittimus: calidæ sunt: quas oculis laborando, frigidæ. an quia frigidũ quod incoctum, crudumq; est: calidum, quod concoctum. Langorem autem omnem ex cruditate profici sci nullum dubium est. Quod cum lachryma cruda eorum sit: qui ualitudine oculorum laborant: non immerito frigida est. hinc medici sudorem frigiduz argumentum grauis esse morbi existimant. calidum cõtra decretorium esse: & salutarem. cum eniz uacans materia multa esse: satis a calore interiori cõcoq. minime potest. itaq; frigidam esse necesse est: cum pauca est: plene a calore uicta concoquitur. morbos autez copia uacantis materiæ confici certum est.

25 Quare cũ ptes corpis nostri dextræ mobiliores sint oculus sinister expeditius, quam dexter contrahitur An propterea, ꝙ omnia sinistra dextris humidiora sunt. Humidiora autem contrahi plenius possunt. an dexter amplius efficere possit: sinister uel ex se ut humidior obsequentior sit.

26 Quam ob causam cum & senex & luscius p imbecillitatem parum oculis ualeat: alter proxime admouet: siquid inspicere uult: alter procul abducit. an quia dissimilis eorũ imbecillitas est. Senex. n. quia ꝟuidere non põt: ubi minus radij coeunt: rẽ uidendaz ꝉeo abducit: ubi uisurus maxime est. procul eniz coire radij solent. Lusciosus ille uidere quidẽ rẽ istic põt: sed quæ nam rei conspectæ caua sint: quæ ue excedant: discernere nequit. itaq; in his fallitur. caua quippe, et excedentia splendore discerni maxime possunt. Quẽ

quoniã procul pcipere:quemadmodum rei obuiæ ingruat:nequeant: pxime adducunt.

27 Cur homo solus: aut certe maxime animãtiũ omnium oculis deprauetur p limitatem. an quia uel solus: uel maxime comitiali morbo in tenera ætate laborat: cum deprauari omnibus accidit.

28 Cur uni animãtium homini transuerti: deprauariq; p limitatem oculi possint. Vtrum q oculos minimo interstitio discretos: e directoq; positos homo habet: pspici idcirco menda in eo maxime possit. an quia cæterorũ animãtium oculi unicolores maxime sunt. Nec deprauatio sequeretur: si uno quolibet colore præditus oculus esset. an quia solus ex omniũ animãtiũ genere morbo comitiali rapitur. Qđ genus morbi trãsuertere oculos sicut cætera etiã mẽbra potest. Nõnullis tamẽ: ut sero eo morbo uexari incœpere: sic lumina sero deprauantur.

29 Quã ob causam manu: præ lucerna: aut sole obiecta melius inspicere possumus. an quia lucernæ solisue lux nostris occurrẽs luminibus reddit suaʒ ob nimietatem infirmiora. quippe quæ rem etiam sibi cognatam interimere præ sua possit exuperãtia. at uero manu ita arcente: nec luminũ acies offici potest: & res uisui obuia nihilominus in luce posita est. unde fit: ut & acies plenius agat: & res inspectãda nihilominus uideatur.

30 Cur manus dextra: & pes dexter a suis sinistris differũt: oculus: & auditus nullo discrimine distãt an quia imista: synceraq; elemẽta susquedeq; sunt. Discrimen uero sitũ in his est. quæ elemẽtorũ coitu constãt. Sunt autem sensus isti e synceris illis: imistisq;. Visus scilicet ex igne: auditus ex aere.

Eorum: quæ ad aures pertinent. Sectio. XXXII cuius quæstiones. XIII.

2 Vr aures quæ: omniũ maxie ptium nostræ faciei exangues sunt: robore magis afficiũ c tur: ubi nos pudor apprehẽderit. Vtrum ꝙ peregrinus humor ptẽ adire inanẽ aptus natus est: itaq; cũ calore p pudorẽ orto resoluitur: statim se in aures colligit. an quia tẽporibus appositæ sunt: quo uersus maxime humor confluit. Cũ eni hominẽ pudet: calor se in faciẽ recipit: itaq; ruborẽ adducit: aures uero minimo in ea ꝓfundo extant: naturaq; calidissimæ sunt: & coloratæ: nisi longe frigoris rigore obtorpuerũt. ideo hæc particula omniũ faciei particularũ coloris est optimi. Quãobrẽ passus dispersusque calor: ꝙ per summa res tenet: rubicundas reddere potest.

2 Cur urinãtibus aures: dũ inter mare sunt: rumpi soleãt. Vtrũ quia retẽtus spiritus ipetu cogit uehemẽtiori. An si causam hoc haberet: idem uel in aere fieri posset. An ꝙ nõ cedit: disrumpi ocyus põt. & a duriori: quã molliori facilius. Quod itaq; inflatũ est: minus cedit. aures uero (ut dictũ iam est) spiritu retẽto inflantur. Itaq; ab aqua: quæ aere durior est: obtũduntur offensæ: atq; rumpuntur.

3 Cur urinantes spongias alligare auribus consueuere: an ne mare per uim occurrens aures rumpat. haud enim ita stipatæ impleri: ut inanes: exemptis spongijs: possunt.

4 Cur sordes aurium amaræ. An quia putri sudore contrahuntur: qui salsus: amarus est.

5 Cur spongiarij suas dissecãt aures: & nares. An ut spiritũ cõmodius reddant. hæc eni esse spirãdi iti=

nera uidetur. Laborare quippe difficultate spirandi eos affirmāt: dū foras emittere animā nō possunt: le uariq; cū ꝓpellētes extrudūt. Mirū tamē si respirādi assequi facultatẽ refrigerationis gratia nequeāt: sed esse id necessariū magis uideatur. An merito plus in retinēdo laboris sit: cū corpus extumeat: distēdatur= q; spiritus uero foras spōte efferri posse uidetur. An intus etiam tendere ita possit. cogitādum tamē æque uidetur. Pleriq; uero lebete demisso: respirādi uiam urinatoribus molliūtur. haud enī aquæ lebes īpletur: sed aera seruat ad demersū hoiem usq;. Quippe qui erectus ꝑ uim dimittatur: ut undiq; æquali nutu de= scendat. nam si quantūlibet inclinauit: humore ꝓti= nus interrūpente impleatur: necesse est.

6 Cur nōnulli cū suas inscalpunt aures: tussiunt. An q̄a sensus audiendi foramen cū pulmone canali= q; ab asperitudine cognominato sortitur. Indiciū: ꝙ bis ipsis repletis: obseptisq; homo surdescit. Humoris itaq; aliquid e frictioni ista aurium liquescit: atq; in canalem: quem modo diximus: per foramen illabi= tur: quod tussim mouere potest.

7 Cur sinistra auris ocyus magna ex pte pforata cō solidari: quā dextera pōt. quocirca mulieres alterā marē uocāt: alterā fœminā. An quia ptes sinistræ hu midiores: calidioresq; sint. Quæ autem habitu huiusce modi sunt: consolidari possint facilius. Vnde in plantis etiam tenellis: atq; uiridibus coitus: concor= porandiq; unio facilius agitur. & uero ulcera iunio rum promptius compaginantur: q̄ seniorū. Argumē tum partes sinistras esse humidiores: ꝙ molliores sūt atq; effœminatiores.

8 Quā ob causā pudefactis aures summæ rubescāt

iratis oculi. An q͂a pudor in oculis refrigeratio quæ- dam cũ timore est. itaq; calor iure oculos deserit. q̃d cũ inde secedẽdũ sit: locũ sui capacissimum petat: necesse est. qualis certo summæ sunt aures. Cæteræ nanq; partes longe ossibus omnes compactæ sunt. Iratis contra: calor in oculas: totamque faciem reuocatur: sed conspectior in oculis est: uidelicet albi eorũ coloris ratione.

9 Cur auriũ sonitus accito strepito cesset. An quia minorem strepitus amplior pellit: & eruit.

10 Cur si aqua lapsa: in aurem sit: oleum: quo humor effluat: instillamus. nullo nanq; humore alio effluere potest. Vtrũ: ut quoniam oleum p summa aquæ innatat: eiq; aqua præ lentitate adhæret: effluente oleo aqua etiam ipsa effluat: An: ut per lubricam aurem labens aqua: excurrat. oleum enim utpote lene: facit: ut propere labescere possit.

11 Cur minus aures urinantibus rũpantur: si oleum sibi instillatum habentes: in mare interrumpant. An ratio cur rũpi aures possint: ante exposita est. Oleuз uero in aures instillatum facit: ut mare supueniẽs relabi facilius possit. Quomodo in parte corporis exteriori perũcta fieri nouimus. Labens autem ictum pari interiori auris nullum inuehit: itaque disrumpere non potest.

12 Quam ob causam aures cum exangues adeo sint: pudore erubescere possint. An res quæque ferri in eũ soleat locum: qui sui uacuus est. Cum ergo sanguis ef ferri sursum calidus uideatur: aures maxime: partem q; inanissimam adit: itaq; rubore inibi afficit. quod idem intelligẽdum de genis etiam est. Adde: q̃ tenuissima cutis: quæ distenta est: ita fit; ut rubor pci-

pi in auribus præcipue possit.

13 Cur nemo oscitãs aurẽ inscalpere suaꝫ audeat. an qa mẽbrana etiã: p quã audimus: inflatur: cũ oscitamus. Indiciũ: ꝙ audiẽdi facultas tollitur: cum oscitamus. Spiritus eni ut in os: ita etiã in aures interrumpens: membranam expellit: ac ꝓhibet quominus sonus ingrediatur. Quod cũ ita sit: si sedẽ audiendi cuꝫ oscitamus: auriscalpio tetigerimus: plurimum membranam lædemus. Ictus enim ad obijcientem: renitẽtemqꝫ spiritum non ad cedentem inferetur: & membranam abiunctã solidis esse certuꝫ est: qua re dolor ita moueri: uulnusqꝫ excipi facile potest.

Eorum: quæ ad nares pertinet. Sectio. XXXIII cuius quæstiones. XVIII.

1 Cur singultus sternutamento sedari queat: ructus nequeat. an qa nõ ptis eiusdẽ utraqꝫ ista affectio est: sed ructus uentriculi: singultus uero refrigeratio: cruditasqꝫ spũs: atqꝫ humoris pulmoni cõiunctissimi est. sedes aũt cerebri rem cũ pulmone cõmuneꝫ sortita est. qd qdẽ ratione cõstat auriũ: interdũ eni surditas accidit: simul & morbus ipse auriũ in pulmonis uitiũ transit: & nõnullis tussis statim mouetur suas scalpentibus aures. loco autem sternutandi rem naribus esse cũ pulmone cõmunem respiratio docet. quæ cõmunis utiqꝫ est. sternuimus itaqꝫ loco eo ipso calefacto. calorẽ autem eius locus: sentit inferior: cuius singultus est. calor uero uim obtinet & cõcoquendi. quamobreꝫ aceto etiam: retentioneque spiritus finiri singultus leuior potest. spiritus enim retentus satis concalefacit. Vnde fit etiam inter sternutandum: ut spirandi retentio idem obducta efficiat: & conuenienter

quoq; expirãtia superior de loco educitur. quippe cũ fieri nequeat: ut quis sternutet: nisi expiret. impetus itaq; spiritum interclusum rumpit: dispellitque: qui singultum ciere potest.

2 Cur siquis sternutaturus oculũ pfricauerit: minus sternutet. An ppterea q sternutamẽtũ a quodã excitatur calore. frictio aũt calorẽ ciere põt. Qui calor: quoniã locus quo sternutamus oculis in ppinquo est: alterũ sternuendi calorẽ tollit. quemadmodũ minor ignis ab ampliori emarcescit: atq; absumitur.

3 Cur bis sternuere magna ex parte solemus: nõ semel: aut sæpius. An quia binis naribus sumus p utrãque itaq; narem uenula partita discurrit: qua spiritus solet permanare.

4 Quam ob causam: qui solem aspexerint: sternutare magis consueuerunt. An quia sol calefaciẽs mouet pinde atque: qui nares penna solicitant. Idẽ enĩ utriq; agunt. quippe qui p motũ calefacientes ocyus spiritum ex humore eliciant: cuius excursio spiritus sternutatio est.

5 Cur singultus sternutamento finitur: & retentione spiritus: & aceto. An sternutamento: quia spiritus cohibetur inferior: atq; circũobsistit. Quemadmodũ medicina parti superiori adhibita alũs sentit: ac imutatur. Spiritus retentione leuiores tolluntur singultus: eo q exiguus spirandi impetus si paulisper retinuimus: ut in tussi desistit: sic etiam in singultu reprimitur: cogitur: strangulatur. Aceto idcirco sedatur: quia humor circũstans: ac phibens: eructandi licẽtiam in spiritum per uim aceti calefactoriã extenuatur. Fit enim ructus: cũ uentriculi humor recalescens inflatur: atq; cõcoquitur: singultus uero

quoties spiritus uacans ab humore in loco spiritui deputato retinetur. Hinc enim dum enititur: nec erũpere potest: distentionem inducit: quæ distentio appellata singultus est. Inde fit: ut singultus ubi inalguimus: oriatur. Frigus enim humorem spiritui obductum coangit: spiritus circũuentus exilit: cuius cõmotio non nisi singultus est.

6 Cur aquã nõnullis frigidã in faciẽ fundimus: cũ e naribus sanguis effluit. An ita calor intus se colligit: atq; circum obsistit: qui sanguinem summũ reddit liquidiorem.

7 Cur sternutamẽtum ꝓ numine habetur: nõ tussis: neq; grauedo. An quia de capite membrorũ præcipue omnium diuino: unde cogitatio est: suum ducit principium. An quia cæteri illi affectus ratione morbi eueniant: hic secus exultet.

8 Cur oculo pfricato sternutamẽta desistũt. An qa humor sic respirat. lachrymã quippe oculus post frictionẽ emittit. sternutamẽtũ aũt humoris copia excitatur. An qa minor calor corripi ab ãpliori: cõsumiq; põt. oculus aũt pfricatus plus caloris sibi acqrit: quã fit: quem nasus cõplectitur. Hinc etiã fit: ut si nasum quis pfricet: ipsum sternutamentum desistat.

9 Cur eruptio cæterorum: ut flatus: ut ructus sacra haudquaquam habetur: sternutamenti sacra habita est. Utrum quoniam cum tres partes principes sint nostri corporis caput: thorax: & aluus: flatusque alui expiratio sit: ructus uentriculi: sternutamentum capitis: quæ pars sacra pcipue est: spiritũ hinc exeuntem: ut sacrum ueneramur: & adoramus. An quia spiritus omnis eruptio: ptes: quas modo dixi: melius sese habere significat. Cũ.n. minus sternuere queũt:

ſpiritus erumpens leuat: ac mitigat. Ergo ſternutamentum quoq; bene caput ualere: poſſeq; concoquere indicio eſt. Cum enim capitis calor humorem: ſpiritumue conuincit: tunc moueri ſternutamentum ſolitum eſt. Quamobrem moribundos interdum ſternutatorio excitamus. tanquam ſi hoc affici nequeant: ſpes nulla ſalutis ſit. Perinde igitur quaſi bonæ indicium ualitudinis partis optimæ: atque ſacerrimæ ſternutamentum adorãt: beneq; augurantur.

10 Cur homo omnium maxime animantium ſternutare ſolitus eſt. An quia foramina ſui corporis obtinet latiora: per quæ ſpiritus interrumpere poteſt. his enim ſpiritu impletis ſternuimus. latiora autem eſſe indicium: ꝙ omnium minime animantium homo olfactu ualet: foramina quippe tenuiora ſentiunt exquiſitius. Quod ſi latiores meatus plus humoris: ac ſæpius ſubeat: neceſſe eſt: quo inflatu ſternutamentum moueri ſolet: taleſq; homo maxime animãtiũ habet: merito ſæpiſſime ſternuat: præſertim qui naribus breuiſſimis eſt. Sic enim humor cõcalefactus celerius effluere conuerſus in ſpiritum poteſt. Cæteris uero præ longitudine narium ante refrigeratur: quam effluat.

11 Cur ſternutamenta quæ de medio noctis ad meridiez uſq; moueantur: damnemus: quæ de meridie ad noctis medium: approbemus. An quia cum rem aliquam exordimur: tunc ſternutamentum potius obſeruandum ſit. Itaq; cum rem agere ꝓximis: atq; inter initia ſternuiſſe acciderit: amouemur: remq; ſinceptam proſequi temperandum cenſemus. Dies igitur: & aurora: & de medio uſque noctis quaſi ini-

tium quoddam est. Itaque ominosum tantisper sternutamentum esse putamus: temperamurq́; sternutare: ne pergentem quempiam ad agendum reuocemus post meridiem uero, atq́; medium usq́; noctis finis uel uti quidam est: tempusq́; illi contrarium. itaq́; contra tunc & existimatur, & agitur.

12 Cur senes laboriosius sternutant. Vtrum q͂ his foramina per quæ spiritus permanare solet: adducta, atq́; coniuncta sunt. an quia senes facile eleuare nequeunt: per uim demittunt: atq́; concassant.

13 Cur si spiritũ quis retineat: singultus desistat. An quia refrigeratio est: quæ singultũ inducat. quãobrem & qui timent: & qui algent: singultiunt. Spiritus uero retentus partem corporis calefacit interiorem.

14 Cur homines surdi e naribus magna parte loqui consueuerunt. an quia pulmo eorum uitiatus est. Surditas enim detrimentum pulmonis est. Vox itaq́; ferri expedite non potest. Sed quemadmodum q͂ spirandi laborant difficultate: spiritum uniuersum suã ob imbecillitatem reddunt: sic uocem illi emittunt. Nituntur itaq́; naribus: etiam dum loquuntur: qua uox protrudens sese sono per attritum rancido illo profertur. Fit enim: ut uerba per nares afformentur: cum pars nasi superior: qua per palatũ foramina patent: caua est. resonant enĩ tintinabuli instar ob claustri inferioris angustiam.

15 Cur sternutamentũ solũ nõ dormiẽtibus: sed ꝓpe dixerim semꝑ uigilãtibus fiat. An qa fieri sternutamentũ nõ põt. nisi a calore q͂ ptẽ eã commoueat: qua effici solet. Ex quo faciẽ soli obijcimus: cũ sternuere placet. Dormiẽtibus aũt calor itus circũobsistit. Quã obrẽ imæ dormiẽtium ptes calidiores reddũtur: spiri

tuſq; abundat·quæ quidem res cauſam habet·cur geniturа in ſomnis præ libidine profluat· Merito igitur dormientes non ſternutamus·Cum enim calor ſecedat capitis:qui eius partis humorem natus mouere aptus eſt:quo in aera extenuato,ſternutamentum exultat:affectionem conſequentem illam obuenire non poſſe conſentaneum eſt·Crepitus tamen inferius, ructuſq; ſuperius dormientes magis,q̃ uigilantes extrudimus·Quod enim uenter inflari in ſomnis amplius ſolet:accidit:ut eius inflati humores loca ſibi proxima adeant·eo nanq; uel a ſpiritu per quietem excito compelluntur· Retinere enim potius q̃ emittere poteſt:qui ſopitus eſt·itaq; intus calorem contrahit atqui ſpiritum retinet:deorſum impellat neceſſe eſt: quippe cum in imum deferri ſpiritum præter ſuam naturam ſit·Vnde fit etiam:ut perdifficile ſit ſpiritum retinere·Quin etiam cur dormiamus:hæc eadẽ ratio eſt:cum eniз uigilia motus ſit:qui membra ſentiendi officio accommodata magis cum uigilamus· exercet:conſtat ſomnum poſſe accedere : cum eadem illa membra quieſcunt·Cum uero uis ignea ſit : quæ membra corporis noſtri mouere poſſit: & hæc ітus ſi contrahat:circumſiſtatq; in ſomnis caput relinquens:quod ſenſus continet omnes:tunc maxime ſenſuum ſedes quieſ ere poſſint:quæ quidem res cauſam afferat dormiendi·

16 Quã ob cãm ubi ſternutauimus: aut minximus: mẽbra noſtra inhorreſcere ſolẽt· An q̃a utraq; re illa uenæ aeris inanes reddũtur:quẽ calidũ ãte cõtenebãt Inanes aer extriſecus alius ſubit illo frigidior :q̃ ãte ĩ uẽis fuerat:q̃ ſternutaremus:aut migeremus: q̃d cũ talis ſubeat aer:merito facit:ut mẽbra ĩhorreſcant·

17 Cur singultus sternutamento desistere potest· An propterea, quod singultus non quemadmodũ ructus a uentre, qui cibi conceptaculum est: sed a pulmone proficiscuntur: quod maxime refrigeratione, aut rigore, aut dolore, aut medicatione superiore accidere solet. quod enim membrum id calidum sua natura ẽ quoties refrigeratum sit: totum admittere spiritum non potest· sed bullas quodammodo excitat· quamob rem retento etiam spiritu singultus finitur· Sic, eniꝫ pars ista recalescere icipit: & aceto quoqꝫ hausto de sistit: quoniam uis aceti calefactoria est· Cum itaque calidum quodqꝫ concalefactum reddatur: sedesqꝫ cerebri foraminibus peruia pulmoni respondeat: efficitur: ut retentio spiritus, quæ sternutationi antecessit repressusque desuper illatus affectionem istam pulmonis membri calidi abigere ualeant·

18 Cur homines capillo crispo, & tortili magna ex parte resimiores sint· An si crispitudo sita in crassitudine est: & crassitudo non sine duritia cõstat: & durus sanguis calidior est: & calor materiam excrescere inutilem minus patitur: & os ex uacante materia consistit: & cartilago non nisi os est: merito diminutio nasi consequatur· Indiciũ ætas adhibet puerilis· sunt enim pueri omnes naso resimato·

Eorum, quæ ad os: & ad ea, quæ in eo sunt: pertinent: Sectio·xxxiiij· Cuius sectiones· xij·

1 C Vr hoĩes q̃ raris dẽtibus sũt: uitã lõge agere nequeant· An quia longe animantia uiuunt: quæ dentiuꝫ ordine prædita sunt numerosiore: ut mares, quam fœminæ longius; uiri nanqꝫ diutius, q̃ mulieres· atqꝫ in pecuduꝫ genere, cæterorumque animalium perspici identidem

licet. qui itaque raris dentibus sunt: habere quasi pauciores indicantur.

2 Cur dentes qui lõge solidiores, q̃ caro sunt: frigus amplius sentiant, q̃ caro. An quia meatibus nitũtur infixi tenuibus: quorum exiguus calor celeriter a frigore uincitur: mouetq; dolorem.

3 Cur dentes frigidum amplius, q̃ calidum sentiãt: caro e contrario. Vtrum propterea q caro mediocri, temperatoq; habitu est: dentes uero perfrigidi sunt. itaque rem frigidam sentire plenius possunt. an quoniam meatibus continentur tenuibus: quibus calor inditus exiguus est. itaque re aduersa potius patiuntur. caro quia calida est: ut nihil affici a frigido potest: ita calidum compendio sentit. Ignis enim quasi igni adijcitur.

4 Cur lingua rerum index plurium esse potest. Nam & febris ardentioris, & grandinum, siquæ insunt: & pecoris uersicoloris uaria est. An quia humoris capiens est: & super pulmone posita. unde febrium principium ducitur. uersicolorum autẽ ratio referri ad humorum uarietatem debet. Inficitur tamen id primum: per quod humor primum manet: colaturq;: cuius generis lingua est. Grandines uero lingua propterea contrahit: quod inanis, spongiosaque est. Quippe cum grando ueluti panis inconcoctus, crudusq; parte interiore corporis nasci soleat.

5 Cur lingua amara salsa, et acida fieri potest: dulcis non potest. An q naturæ corruptiones istæc sunt Constantiam uero ipsam: naturamq; sentire nequaquam fieri potest.

6 Cur totidem coloribus lingua euariat: quot cutis. Vtrum q ea quoque in membrorum numero exterio

rum recipitur: quanquam in ore abdita est. Verum quia prætenui cute integitur: uel minima in ea uarietas deprehendi potest. An quod aquæ ratio est: quæ facit: ut colores mutentur. lingua autem affici ex potione maxime potest.

7 Cur halitum ex ore tum calidum, tum frigidum reddere possumus. Quippe qui frigidum efflemus: calidum uero exhalemus. Indicium, quod manus ori admota exhalanti calefieri potest. An utroque modo aer commotus calidus est. Sed quoniam qui efflat non uniuersum aera mouet. sed ore angustiori extinguit: paucum expirat. quod multum externi aeris excitat. Itaque calor ore profectus: passus in eo suam ob exiguitatem: delitescit. at qui exhalat: uniuersum: ob eamque rem calidiorem expirat. Est enim efflatio spiritus strictim protrusus: exhalatio uero spiritus uniuersum profusus.

8 Cur si uehementer: uniuersumque expirarimus: iterum expirare nequeamus: quod idem in respirando etiam accidit. bis enim ex ordine id facere nequimus An quoniam alterum dilatio: alterum contractio loci est. Idcirco quadam tenus nõ usquequaque possunt. Constat igitur ambo uicissim fieri esse necessum: bis uero ex ordine posse neutrum.

9 Quam ob causam cum alius locus sit: qua cibus: potusque transeunt: alius qua spiramus: ubi grandiorem bucellam deuorauimus. strangulemur. An nihil absurdum id est. non modo enim si alicuius interuentu locus spirandi stipatus sit: uerum & si adductus sit extrinsecus: æque: immo magis abstrangulamur. Istæc uero proxima inter sese posita sunt: quo cibum excipimus: et quo spiramus: quare ubi iusto amplius

frustuз incidit:locum spirandi proximum adducit: instringitq;·ut uia spiritui omnis denegetur·

10 Cur homines qui uirgulam suæ palmæ ductaз p totam latitudinem habent:uitæ longissimæ esse possunt·An quia breuis ætatis,imbecillaq; sunt:quæ artuum beneficio carent·imbecillitatis indicium ætas prima,atq; tenerrima affert·uitæ autem breuis testimonium dat genus omne aquatile:quæ cum ita sint coartata,compactaq; omnia contra sese habere liquido est·quo in genere illa etiam sunt:quæ cum ex natura artubus maxime careant:articulari tamen contingerit·palmæ autem partem interioreз penitus carere articulo,certum est·

11 Quam ob causam dum longe spiramus:uēter trahentibus adducitur:reddētibus diducitur:atq; repletur·Veri enim simile dixeris esse:ut contra eueniat: an quia cum respiramus:uenter adductis costis ī imū comprimitur:idcirco distendi in ampliorem molem folium instar appareat·

12 Quam ob causaз spirare necesse habeamus·an quē admodum humor dissolui in spiritum potest:sic spiritus transire potest in ignem·Calor itaq; naturalis ubi bonam spiritus partem in ignem conuertit: dolorem admouet:atq; etiam meatus diducit:& ampliat·Quamobrem ignem cum spiritu expellere cogimur:quibus extrusis meatus cōtrahuntur·atq; refrigerantur·Itaq; dolor iterum tentat·Rursum igitur aerem trahimus:atq; ubi post hac spirandi meatus patefecimus:uocemq; reddidimus:ignis iterum oritur:atq; iteruз præ dolore:spiritum reddimus·Idq; uicissim ordine perpetuo agimus:sicuti etiam palpebras agitare solemus:ut corpus oculorum refrigere-

tur:aſſicceturq́ꝫ·Et uero cum ambulamus: ingreſſui noſtro attendimus ſcilicet ex ordine gubernandi,atque regendi:quem uis noſtra intelligendi percommode aſtruit·hunc ergo in modum ſpirandi quoq́ꝫ uſuꝫ exequimur·Ingenio quippe trahendi aeris reddimus atque illico rurſum attrahimus·

Eorum,quæ ad tactuꝫ pertinent:Sectio·xxxv·cuius quæſtiones· x·

1 Vr inhorreſcere magis ſolemus:cum alius modo quodam nos tangit:q̃ cum nos ipſi tangimus·an quia tangendi ſedes rem plenius externam,q̃ ſuam ſentit ·Quod enim natiuum,atq́ꝫ inſitũ eſt·id ſenſum effugit·Quinetiã quod clanculo,atq́ꝫ ſubito fit:terribilius certe occurrit·Metus autẽ refrigeratio quædã eſt·at uero tactus extraneus præ ſuo utrũq́ꝫ id habet Deniq́ꝫ affici unũ quodq́ꝫ ab alio uel tantundem:uel magis aptum natura eſt·Quod etiam in titillando conſtat accidere·

2 Cur in alis:& pedum ueſtigijs titillamur·an ꝓpter cutis tenuitatem·an quia tactus earum partium inſolens eſt:ut etiam auris·

3 Cur non eiſdem in rebus inhorreſcere omnes ſoleamus:an quẽadmodũ nec in eiſdẽ oẽs delectamur:nec in eiſdem angimur omnes:ita nec in eiſdem oẽs horreſcimus·Quædã enim refrigeratio æqua oĩbus rõne inuehitur·Sed alij tamen cum ueſtis rumpitur: ĩhorreſcunt:alij cuꝫ ferra uel acuitur:uel trahitur:alij cũ pumex ſecatur:alij cũ lapillus,mola perfrangitur·

4 Quam ob cauſam cum æſtas calida:hyems frigidiſſima ſit·corpora tactu frigidiora ꝑ æſtatẽ ſint: q̃ ꝑ hyemẽ·Utrũ quoniã a ſudore refrigerari corpora

possint: qui ut fieri per æstatẽ solet: sic ab hyeme alienus est. An quia in contrarium tempori tum frigor: tum calor circumobsistit: intusque per æstatē calor refugit. Itaque sudorem potest exprimere: per hyemē uero uim frigoris arcet: & corpus perinde quasi terra euaporat.

5 Quæ nam causa pilos inhorrescere faciat. An merito cute contracta exurgant: quæ contrahi tum a frigore: tum a plerisq; alijs affectionibus potest.

6 Cur nemo seipsum ualeat titillare. An ne ab alio quidem titilletur. si rem præsensit: uel potius si ipsū uideat titillantem: ergo minime titillari quis possit si quæ tactio affertur: non lateat. risus uero lapsus q̃dam. & fraudatio est: qua cum in sede præcordiorū quis uerberatur: ridet. Haud locus quilibet est: quo ridemus. clandestinum autem omne fraudulentū est. Qua de causa fit: ut illa eadem res & moueat risū & non moueat.

7 Cur labris maxime intitillamur: An quia mēbrū: quod titillari possit: non longe a sede potissimū sentiendi abesse debet. labra autem eo maxime in loco posita sunt. sed omnium maxime locorum capitis ꝓpterea titillantur: q̧ carne ex toto cōstant: quare mobilissima esse possint.

8 Cur siquis locum nostrarum alarū moueat. in risum cōtinuo labamur. siquā aliā moueat ptē nullam possint ridendi causam afferre: & quæ nam ratio ē: cur naribus penna tentatis sternutamētū moueatur. An q̄a loca quædā uenularū habemus: q̄bus uel refrigeratis: uel cōtra affectis: uenulæ ipsæ: aut humectantur: aut i spiritū ex humore dissoluūtur: quēadmodū si uēas ceruicis dormiēti q̄s p̄mat: lætitia itaq; gestiēs

concalefactio quædam est. spiritum autem cum redũdarit: foras mittimus uniuersum. Sternutamẽti quoq; ratio illa eadem est. cum enim pẽna mouemus: atq; tepefacimus nares: humor in spiritũ soluitur: quẽ mox redundantẽ expellimus.

9 Cur sæpenumero usu euenit: ut ingesto cibo inhorrescamus. An q cibus frigidiusculus admissus est: uincit principio magis naturalem calorem: quam uincitur.

10 Quã ob causam quod digitis uice mutata implicatis circũagitur: duo esse uideatur. An quia duplici sentiẽdi parte attingimus. Nũquam enim fieri põt: ut lateribus digitorum exterioribus utrisq; idẽ complectamur: & agitemus. dum manus ordinem suũ obtinet naturalem.

Eorum: quæ ad faciẽ pertinent. Sectio. XXXVI cuius quæstiones. III

1 Vr faciẽ effigiare cõsueuerũt. Vtrũ q quales nã simus: ea ipsa corpis pte ĩtelligi possit. an q ea pcipue qui simus: agnosci põt.

2 Cur faciẽ maxime sudore solemus: quæ carnis oĩno expers: atq; gracilis est. An q ea ppensiora sunt ad sudorẽ: quæ humida: laxaq; sunt. Caput autẽ tale est. quippe q humorẽ suũ plurimũ habeat: quem uenæ tendẽtes inde declarant: & destillationes: quæ e capite uenire solent. Cerebrum item humidum est; & foramina capitis pmulta. capilli. profecto foraminũ multitudinẽ foras usq; pductam latissime indicant. Sudor igitur non ex pte inferiore: sed ex capite oritur. Quamobrem frons prima: & maxime sudat. Prima enim subiecta uertici est. Humor autem deorsum non sursum fluit.

3 Cur in facie maxie tubercula oriri solēt: quos uaros uocamus. An quia locus iste rarus: atq; humidus est. Indiciū pilorū eruptio: & sentiēdi potētia faciunt. Tuberculorū aūt genus id ueluti pustula: minutusq; abscessus cuiusdā inconcocti humoris est.

Eorum, quæ ad totū corpus ptinēt. Sectio. xxxvij. cuius quæstiones. VI

1 Quam ob causam cuz corpus assidue fluat: defluxusq; ab excrementis pficiscatur: leuari non potest: nisi exudet. An quia nō satis secerni sic pōt: diutius tamē secernitur. Cu zenim ex humore mutatur in aera: plus certe oritur ex minori. Plus nanq; qđ secernitur est. Quare tempore ampliori secerni necesse est.

2 Sed cur ita fiat. An quia foraminibus lōge angustioribus effluit. Pars enī humoris lenta: glutinosaq; ut excerni pmista cū liquida pōt: ita cum spiritu nequit: quæ quidē res maxie infestat. Quapropter uomitus magis: quā sudores leuare queunt. Quoniā in partem illam lentā secum educunt: ut qui crassiores corpulentioresq; sint. An etiam ꝙ locus: qui partem humoris lentā: glutinosamq; cōtinet: semotus a carne est. Ventri autem in propinquo manet. Aut enim in eo: aut in uicino lentum illud cōtrahitur. Vnde fit: ut aliter educi uix possit.

3 Quam ob causam frictiones carnem augeant. An quia uim præcipuam obtinent augēdi: ea que nostro in corpore calida habemus. molem quidè adipiscitur ampliorem: quod assidue ipsum in motu est. sursumque effertur. & in spiritum humores extenuat intestinos. quæ certe fieri in pfricando uidemus. quare ubi usus defuit perfricanti: corpus decrescit: atq;

minuitur. An ita fieri possit: ut uel p alimẽtum au=
ctior caro reddatur: concalefaciẽdi. s. beneficio. Cali=
dũ eni omne humoris detrahẽs est. alimentũ aũt: qđ
in carnem digeritur: humidũ est: plus quoq; alimẽti
caro ex laxitate sibi admittit. Quippe quæ laxior
est: capiosius eapere instar spõgiæ possit. Frictio aũt
nimirũ carnem elaxat: & spiritibus reddit oppor-
tuniorẽ: & ꝓhibet quo minus inutiles coitiones in
corpe cõtrahãtur: quæ si absunt: tabes nulla cõsequi=
tur. uitiosũ; eni illud ieiuniũ: corpis & tabes nasci
ex materia solet: quæ inutilis cõgesta est. Qđ si caro
spiratior: laxior: atq; æquabilior sit: molẽ capiat am
pliorẽ cõsentaneũ est. Nam & alimenti capacior:
& excremẽtorum seccrnentior redditur.

4 Quam ob causam ubi perfriximus: eodem a calo
re uehementius urimur: atq; dolemus. Vtrum ꝙ caro
sua densitate calorem interrũpentem coercet. quare
plũbum calidius: quam lana est. An quia caloris trã
sitio per uim agitur: quoniam corpus strictum a fri=
gore constat.

5 Cur siccæ fricationes carnis soliditatẽ moliãtur.
An quia caro perfrictione recalescit. humor cõsumi=
tur. Adde ꝙ caro pfricata densatur. Quæ aũt frictio
nẽ: attritumq; pleniorẽ experiũtur: omnia maiorẽ in
modũ densari: reddiq; solida cõsueuerũt: qđ multis in
rebus plane intelligi potest. Nam & farina: & ter
ra: & reliqua generis eiusdem si aqua infusa trahas
humida titubabunt: & fluida: sed si plenius atteras
longioremq; tractationem adhibeas: spissescunt: soli
descunt: lentescuntq; celeriter.

6 Cur amplius strictio: quã cursus corpus implere
põt. An quia cursus carnem refrigerat: nec alimenti

reddit capaciorem:sed pars in imũ cõuertitur:pars a naturali calore penitus extenuata:trãsit in spiritũ. at manus carnẽ pmulcet:laxat:capacem alimoniæ facit. Et uero exterior ista intẽtio premẽdo:stipandoq; refrangit interiorũ impetũ:obsistensq; arctius continet:& carnem attollit.

Eorum:quæ ad colorem pertinent. Sectio. xxxviii cuius quæstiones. X

1 c Vr oleũ:& cera solis calore cãdefiunt:caro nigrescit. An illa sol ppterea candefacere possit:q humorẽ nimiũ eximit:nigricat enim p naturã:qd phumidũ est. ppter humoris terreni mistionẽ. Carnẽ uero: q nullã inde humoris copiã detrahit:adurit:atroq; afficit colore.

2 Quã ob causam piscatores: & purpurarij: & oino qui rẽ exercent marinam: rufo sunt oẽs colore. Vtrum q mare sua salsugine calidũ:& squalidũ est tale aũt quodq; pilos cõficere rufos potest:ut lixiuia ut auripigmẽtum. An pte exteriore calidiores: interiore frigidiores reddantur:eo quod summa corporis uicissim modo madefiunt:modo a sole resiccãtur:id q; perpetuo agitur. Itaque pili assiccati extenuãtur: & rutilantur:& omnes quidẽ incolæ plagæ septẽtrionalis rufo sunt pilo:& tenui.

3 Qua de causa cursus:quem induti agimus: & olei sub uestẽ perunctio pallidulos reddat. An ppter ea q ut spiratio cõmoda gratũ affert colorẽ:sic obseptio:& strangulatio contra afficiat necesse est. Qd itaq; humor passus p summa corporis cum incaluerit:refrigerari non quit:pallorem facile trahit. Qd idem utrunq; illud sudor:& oleum subamictũ cõmittit. calor enim introcluditur:atq; arcetur:cursus

uero: quem nudo corpore agimus: colorẽ p̄stat amœniorem. ſ. ratione cõtraria. delibamẽta quippe excrementitia: quæ ſubſiſtunt aer refrigerat: corpuſq; ita difflat: euaporaturq; cõmodius. Ad hæc oleum cũ tenue: atq; humidum ſit: ſubter perunctum: meatuſq; corporis interſepiens atque humorem: ac ſpiritum e corpore profluere ſinit: neque ſpiritum exteriorem admitti patitur. Quapropter materia uacãs in corpore humida: putreſcẽs pallorem inducere poteſt.

4 Qua de cã ſpiratio cõmoda colorẽ parit amœniorẽ. An quia pallor putredo quedã p ſumma corporis eſt. Cũ itaq; humor ſummũ obtinens corpus: calidus eſt: ut palleat: accidit: niſi refrigeretur: diffleturq;.

5 Quare qui mediocriter inſudarint. ſtatiʒ ab excitio colore hilarãtur amœno. Athletæ uero pallidi lõge euadũt. An quia labor mediocris colorẽ leuiter ꝓuocat: & ad corpis ſumma inuitat. Nimius uero cũ ſudore: & ſpiritu extrudit: dũ corpus interlaborãdũ rareſcit: atq; laxatur. Cũ igitur calor p ſumma reſidet corpis: color ille exultat: queãdmodũ calefactis: aut pudefactis euenire ſolitũ ẽ. Vbi uero ĩde euanuit: pallor cõtinuo ſuccedit. Cæteri itaq; mediocriter ſe exercẽt. Athletæ prorſus uehemẽter laborant.

6 Quam ob cauſam qui ſe exercent: amplius a ſole uruntur cum ſedent: quam cum mouẽtur. An cum in motu ſunt: aera agitant: itaq; ſpiritu quaſi uentilantur. Cum uero ſedent: quia aer immotus eſt: uim ſolis acriorem experiuntur.

7 Cur ſolis calor ſummũ adurere poteſt: ignis non poteſt. An quia ſol tenuior eſt: carneʒ ſubire amplius põt: ignis uero etiam ſi adurat: p ſumma tantũ colorem inducit nigrũ: quas phœbas nominant. interius

autem subire minime potest.

8 Cur ignis hominem nigrũ nõ reddit: fictile reddit. sol cõtra hominem nigrore afficere põt: fictile nõ potest. an nõ eadem uterq; rõne agit. sed sol aduredo nigrificat: ignis fictile replet: obducitque fuligine: quæ fauilla prætenui dum carbones frangũtur simul & flagrant: contrahitur. hominem nigrum sol reddit: ignis minime. quoniam solis calor lenis: mollisq; est: & præ sua tenuitate cutem ipsam leuiter p summa adurit. Q..oniam itaq; carnem non attingat: dolorem nullum potest infligere. quoniam urat: nigrorem inuehit: ignis ꝑfecto uel nihil tangit: uel intro irrumpit. nam ambusta quoq; igni atra redduntur. Verũ hic non eatenus: tantũmodo urit: quatenus color ater se pandit: & auget.

9 Cur homines cũ senescunt: nigriores reddãtur. an quia res oẽs excepto situ: nigriores cũ putrescunt: euadãt: senectus aũt nõ nisi quedam putredo est. ad hæc cũ sanguis siccescens nigrior reddi soleat: merito senes sunt nigriores. sanguis etenim est: qui nostra corpora colore intingere ualeat naturali.

10 Quam ob causam oleum sol candefacit: carnem nigrificat. an quia olei terrenam eximit partem: quæ nigroris causa est: ut etiam uinum fortis ratione terrenæ nigrum est. Carnem uero nigrã propterea reddit: quoniam urit. terrenum nãq; omne cum uritur: nigrum effici solitum est.

FINIS.

THEODORI GAZAE THESSALONICENSIS IN PROBLEMATA ALEXANDRI APHRODISIEI, AD NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM· PRAEFATIO·

n VM AEGRE interim feras Pater sanctissime: si ego falsam deprehendam libri descriptionem: an libros tantũ illos de hierarchia autoris esse Dionysij atheniensis uiri doctissimi uelis nequid religioni derogetur: cætera autem sint: necne: quorum uolumina esse inscribuntur: parum referre censeas: modo fructus ex his aliquis capiatur· Equidem ita censere te arbitror: nec uereor: ne quod hactenus ꝑ tam longum tẽpus crediderint hoĩes: a me reprobari uideatur· multa enĩ docti interdum per incuriam: indocti sæpe per ignorantiam improbe credunt: & quod Thucydides autor grauissimus inquit: abditam rerum ueritatem nullo cum labore multitudo inuestigare consueuit: labitur in ea potius: quæ in promptu: & in propatulo habentur· Problemata igitur: quæ tanquã Alexãdri aphrodisiei opus conuertere me in latinam linguam iussisti: conuerti quidem: & eo hercle libentius: quo non tantum morem me tibi gerere: uerum etiam pleraq; in his quoq; scite discuti intelligebam: sed Alexandri illius hæc: uiri fœcunda sapientia præditi: & ueri: atque germani opinionum Aristotelis speculatoris: nullo pacto equidem

credere possum. Nã & doctrina autoris illius cũ in plerisq; alijs: tũ in ijs: quæ de animo istæc disserunt ꝓblemata oĩno desyderãtur: & ab elocutione illius adeo longe hæc dissonant. ut facile quisq; lectione ueterũ litterarum græcarum exercitus intelligere possit: nõ id opus ad Alexãdrũ Aphrodisieum: sed ad aliquem multo recẽtiorem autorem referri oportere: doctrinæ iudex nullus te melior esse poterit: elocutiõis uero quoniaʒ id per interpretationẽ patere satis non possit: si meo parũ confidis iudicio: sint illi arbitri uelim: qui neq; p malignitatem ementiantur: neq; per ignorantiã litterarũ gentis græcæ bonarum aberrẽt. Sed quãquam Alexandri Aphrodisiei ꝓblemata hæc esse non putem: utilia tamẽ: legendaq; ita iudico: ut nec tibi cõuerti iussisse displiceat: nec me munus hoc unquã pœniteat suscepisse. Quãobrem hæc illis Aristotelis ꝓblematibus: quæ superiori anno conuerti: tuoq; dedicaui nomini: adiungẽda: si placet: iubebis: ut copia larga ꝓblematum eodẽ codice contineatur: fructumq; sic capere ex uicino liceat ampliorẽ. Nam & sermonis faciem talem nos scitamentis huius recentis: parũq; linguæ periti autoris posuimus: ut ex eadẽ officina interpretis: ex qua illa Aristotelis: hæc quoq; exisse uiderentur. Vale.

ALEXANDRI APHRODISIEI PROBLEMATVM LIBER PRIMVS

Væstionũ naturaliũ ratio ꝑtim certa ex se, cõspectaq; est omni ambiguitate, discussiõeq; abiũcta. Quis enim mõ mẽtis sit compos: quærat: quã ob cãm natura pẽnas uolucruз generi largita est: cũ tã longe oĩbus pateat: pẽnas primũ fouẽdi gratia ꝑinde atq; amiculum genus animantiũ illud induisse: deinde ornatus etiam cã eum in modũ extitisse. s. eadẽ illa rõne, qua pilis naturæ ingenio regũtur: q ingressu utũtur animãtes: qua cortice serpentes: qua squamis, aut testis bestiæ incolæ aquarũ. Cur itẽ natura aliĳs aĩantibus cornua dederit: aliĳs aculeos: aliĳs ungues acutos, aut rostra: aut qd tale qs quærere debeat. Cõstat eniз natura bis ipsis ueluti qbusdam hastis natiuis bestias suas muniuisse: quo se defendere ab ĳs possint: quæ detrimentũ inueherẽt. Cõstat itẽ fructuũ, ac seminuз genera: quæ ad ortũ, uitãq; succedendi ꝑpetuã natura molita est: tunicis, aut corpusculis aliquibus humidis, aridis ue, aut corio uestiri, ut secura tũ a frigore: tum ab æstu, tum etiã ab animantiũ iniuria præseruẽtur. In multis certe ne ipsum quidẽ tegumentuз penitus esse inutile naturæ solertia passa ẽ: sed cibo idoneum suis prouida animantibus astruxit. stirpes iam ipsas frondibus: libro: cortice: reliquis uitæ id genus pennarum: pilorũ ue uice obduxit. Quippe quæ fere norit: ut uel a nimio frigore, uel ab æstu in modico offendi, interireque possent: nisi ita operta, conseptaq; manerent. nonnulla etiam spinis tanq̃ spicu

lis contra animantium morsus armauit. flores præterea uarios præstitit: ut exornaret: formosumq; genus stirpium liberalissime redderet: utq; nũtios quasi statueret: qui mortalibus fructuum infantiaʒ mox prædicerent emersuram. Hæc tam dilucida, tam certa qui discutienda in mediuʒ affert: mente proculdubio uacat. at qui ambigat: an color igni insitus sit: hic tangendi sensu orbatus degit. qui quærit utrum natura, & ratio prouida rebus oriendis: occidendisq; cõsultet, decernatq; ordinem: motum: positum: speciē: colorem: cætera generis eiusdem: hic porro criminis teterrimi reus ē: grauissimisq; pœnis obnoxius. Quæstionum igitur ratio: quod proposui partim ex se: certa, manifestaq; est: partim inexplicabilis: modumq; penitus humani ingenij excedens: deo duntaxat cognita immortali: qui rerum omnium parens: atq; autor est. operis quidem solertissimi cuiusdam rationeʒ artifex: qui extruxit: integre tenet. cæteri uero, qui artis sint illius ignari: rationem nullam reddere queũt sed tantummodo rem inspectant: & demirantur. Quæstiones, quas inexplicabiles dixi: huiuscemodi sunt. quam ob causam ridere hi soleant: quos in alis: & costis, aut plantis titillamus. Cur nonnulli cum mutuũ marmorũ attritũ: sectionē ue, aut ferri stridorem: limarũ ue sentiunt: dentibus obtorpescunt. q̃ fieri potest: ut stupori dentibus a frigidis fructibus iniecto portulaca herba, quæ frigida est: medeatur: cuʒ nõ res similes: sed cõtrarie remedio cõtrarijs esse debeant. Qua de cā lapis, qui magnetis uocatus est: ferrũ solus attrahere: ramentisq; ferri iuuari ualeat. electrũ, siue succinũ floccos: festiculasq; sibi ita cõiungit ut hærentes possit attrahere. Vnde fit: ut Leo galluʒ

tantummodo extimescat. Quid est quod gallina edito ouo festuca aliqua se,& ouum lustrat. Quare ueratro coturnices:cicuta sturni uescuntur:quæ toxica hominibus esse certum est. Quam ob rem scamonea bilem ducat:cucurbita agrestis,agaricum ueratrum candidum:euphorbium,granum cnidiuз pithitam:ueratrum autem atrum,ac epithimum bilē atrã cur aluus nonnullorum rebus astringit: quæ aluum resoluere consueuerunt:contraq; his resoluitur potius:quæ astringere possunt. Quam ob reз alius alio cibo delectetur:eundemq; alius facilius:alius difficilius concoquere ualeat:cũ nulla ratio,uel caloris, uel alicuius rei eiusmodi intelligatur.nemo sane uel torpedinem piscem torporem per funiculum nostro inuehere corpori:uel triglam obtentam uitium a torpedine accitum tollere ignorat.permulta id genus licet enumerare:quæ nosci tantum experimento potuerũt Vnde apud medicos abditæ illæ,delitescẽtesque causæ his in rebus habentur:quarum nulla ratio reddi poterit. Quo circa temere sane agunt: qui genus id quæstionum solutionibus mandare contendunt: nec dici improbabilius quicquam potest:quam rationes,quas illi adducunt.quippe medicamenta:quibus purgandi uis data est:idcirco materies ducere posse inquiunt:quoniam habitu sunt calidiori:quod error est. Nam si iure calori causa daretur: calida omnia uim illam purificam sortiri utique oporteret.nunc uero piper, quod longe calidius uim non trahendi: sed concoquendi: corroborandique possidet. cuius etiam generis masticam,& aloen esse nulli dubium est.itaq; reciprocari ista nequaquam censendũ Nam etsi omne quod ducere potest: calidum est:

aut tamen uiciſſim ita conſequitur:ut quod calidum eſt:idem etiam ducere poſſit. Volunt item ſtruthocamelum ui ſui caloris ferrum concoquere:quod abſurdum penitus. Leo enim qui longe quam ſtruthocamelus calidior eſt:ferrum concoquere non poteſt. nec uero medicinæ artis autores tantum rerum ſtatuere ꝓprietates coguntur:ſed philoſophi etiam, & grammatici eodem perſæpe ueniunt. etenim quæ pathe, id eſt affectus appellant:uſuq; comprobata obſeruant: non niſi uicem complent proprietatuȝ. Quærẽda igitur illa ſunt:quæ locum obtinent mediũ:hoc eſt non quæ perſpicua ex ſe ſunt:uel tam occulta :ut percipi a nemine poſſint:ſed quæ quanuis difficilia, & obſcura:explicari tamen lucemq; recipere rationum, et doctrina hominis, atq; ingenio poſſint. ſolutioneȝ autem quæſtionis cuiuſque petendum ex rei: uel habitu:uel ſpecie:uel actione:uel ex rei ſimili cõſenſu : uel ex colore:uel ex deceptione ſenſus:uel ex æquiuocatione:uel ex uiribus. quæ magis:minus ue efficere poſſint:uel ex eo ꝙ res durior:aut ſolutior : aut maior: uel minor:uel ex tẽpore:aut ætate. aut more: uel parte eſſentiali:aut euentitia:uel ex rerum ſimilium cõditione. quorum exempla:ex quæſtionibus :tum a nobis:tum ab alijs explanatis colligi poſſunt . his igitur normis:ac metis:omne:quod quæritur probationi poteſt:ſolutioniq; mandari. Sed cum non ſoluȝ ratione. quæ in uniuerſum doceat:uerum etiam ſingularum rerum tractatione animus auditoris regendus ſit:hæc proponenda. ſoluendaq; cenſuimus.

1 Cur Homerns homines a canitie temporum

cognominauit. ꝙ ea maxime parte capitis canities oritur:ob eam ſcilicet rem:ꝙ pars capitis prior

humidior quã posterior: & pituitosior est: & parte priore capitis sola caluescere solemus: quod mollis & laxa est. Cum itaq; pilus ob naturalem siccitatē uacat alimento: facile defluit. ut qui non ita solide parte imitatur priore: sicut posteriore: quæ siccior: atq; spissior est. Caluitium ex siccitate oriri solitũ est. quamobrem quibus crispus capillus est: citius caluescunt: canescunt autem serius: utpote: qui capite sint licciori. siccitas enim pituitosam illam materiam totam absumit. sunt ijdem præterea uigiles plus: q̃ cæteri. somnus enim humore consistit. quod quidem argumento constat infantium: qui ut humidi excremētosiq; sunt: sic somniculosi esse cõsueuerunt. Patet idē uel ex humidis corporum affectionibus: atq; ex ijs: qui uel uino sese inebriarũt: uel crebro balneo usi sũt. Quinetiam minus excrementi mittere ijdem solent per partes: quæ secessui uacantis materiæ deputatæ sunt. os inquam: nares: oculos: at qui capillo sunt ꝓmisso: & simplici: capitis humore abundant. itaq; contra afficiuntur. quippe: qui aut nunquam: aut lentius caluitium sentiant. fieri tamen potest: ut uel uitio sui generis quis caluescat: sicut & articulorũ dolores: & plerique alij corporis affectus de parētibus ad prolem descendere consueuerunt: ut non desint: quos morbos liceat hæreditarios appellare. Ergo uel ea ipsa de causa: uel celerius caluescere: uel excrementosus: somniculosusque esse quis potest. canos autem candidos esse propterea necesse est. quia pituitæ: ex qua orti sunt: colorem imitantur. nonnunq̃ etiã ad calorem pene auri u rgunt. uidelicet ubi se cum pituita bilis uitellina permiscuit.

2 Cur excrementis abũdare: ac uigiles esse omnes cõ

sueuerunt. excrementis certe abundant: quia frigidiores: atque debiliores, atque ad concoquendum ineptiores longi temporis spatium reddidit. Hinc enim excrementis foramina, meatusque corporis redundant. Vigiles uero: quia sicciores parte corporis solida efficiuntur. infantes prorsus quia ex cõtextu foraminum. & parte solida corporis sunt humidiores: non tantũ excrementosos: sed somniculosos quoque esse necesse est.

3 Cur pueri non canescunt: cum humidi: excrementosique esse soleant. quia humidi, & calidi sunt. pituita autem, unde canicies: humida, & frigida est. adde quod puerorum caluaria mollis, laxaque est instar cutis. itaque uacans materia, & inutilis difflari potest: atq; euaporari: seniorum prædura est. tempore nanq; obdurescit: ac dẽsa, solida, ossea redditur: unde rimas in ea natura perduxit: quibus uapores excrementitij efflari, atq; euanescere possent.

4 Cur mulieres, & spadones canescere celeriter soleant: an mulieres, quia natura frigidæ sunt: atq; ex ocij causa. sic enim plus materiæ inutilis contrahi potest. præsertim si menstrua defuerũt. spadones: quia non amplius semen excernunt: sed excrementum illud seminis genitale, quod pituitosum est: per totum corpus mistum cum sanguine digerunt.

5 Cur item careant pilis: mulieres quidem quia frigidæ sunt. foramina sui corporis spissiora habent: atque coarctiora. uis enim frigoris contrahere: cõstipareque aptissima est. itaque exitus pilis denegatur. Spadones uero, quia iusto humidiores sunt: excrementisque admodum redundant. hæc enim ratio est: cur loca neque præhumida, neque præsicca: saxo=

ſaque herbas edere ualeant.

6 Cur pedes ſpadonum magna ex parte ſolent depravari. Quoniam præ nimio. quez dixi. humore: mēbra admodum madefacta: & emollita, & proinde debilitata gerunt. fit enim ut pondere ſuper impoſito corporis, crura parum ad ſubſtinendum ualida, peruertantur. quo modo harundinem pondere ſuper annexo flecti neceſſe eſt. Rem autem duram, & ſiccam eſſe ualidiorem: inq; ſuo officio ſtabiliorem. humidam uero, & mollem imbecillam, parumq; efficacem extare. argumento ſunt ligna: pelles: funes: atq; etiam homines: quippe ſiqui per luxum a balneo poculo imodice uſi ſunt: ibecilliores reddātur. Sed ſi p frugalitatē modice ſeſe reſiccarunt: robuſti efficaciores euadāt. Vnde fit: ut ſpadones quidē effœminati imbecilliq; ſint: forſitan & uinoſi. cū eni; habitu ſint frigidiori: auidos eſſe rei cōtrariæ uериſimile eſt. Vinū aūt natura eſt calidū: æthiopes uero, utpote ſicciores: criſpi, macilenti, muſculoſi, robuſtiq; cōſtent,

7 Cur ijdē uocē reddūt acutiorē. Quoniā humor ille imodicus fauces, canalē aſperū cognominatū: obcraſſans, atq; infarciēs lōge reddit anguſtiores: et cū ſpiritus p anguſta ſe pmat: uocē agat acutiorē. q̄ in integris fiat hoībus: neceſſe eſt. His. n. uox ampla p meatus laxitudines iformatur: & ducitur. argumētū ex tibiarū foraminibus accipi aptiſſime pōt. humor aūt nimius ſpadonū uel eo cōſtat: q pcraſſari: et māmas fœmineas explere: & genas hēre tumidiuſculas: & pilis eſſe pmiſſioribus: et caneſcere: facile cōſueuere.

8 Cur e ſpadonibus nonnulli rem aliquantiſper uenereą; appetant: & amore interdū teneantur. Quoniā ſunt: q cū pubeſcerēt: caſtrati: colliſiui ue fuerūt.

Itaq; ueluti semispadones sunt: adde quibus iecur feruentius: & feminis conceptacula ampliora: hi ue neris usum sæpe imaginantur: & appetunt: agere tamen quod cupiunt: non possunt: quoniam coles eo= rum mox emarcescat. & langueat. Spiritus enim q̃ diutius tumefacit: deest. quippe cum semen nõ adsit: unde spiritus ortus per meatus semini attributos de ferri ex parte coxarum consueuit. Quam ob rem fit ut meatus illi collapsi perinde atque ĩ puerili ætate possint excæcari.

9 Cur cæteris omnibus nostri corporis ptibus: quas pili integunt canescere consueuimus: alis uero nequa quam. Quoniam locus iste calidior est: quippe qui conceptaculis tum spiritus naturalis: tum sanguinis sit refertus: qui etiam. quia laxior: atq; solutior est: idcirco excrementa pituitæ digerere: atque difflare assidue potest: quod quidem argumento constat su= doris assidui alarum.

10 Cur nonnulli pudore affecti alis insudare cogun tur. Quia pars ista corporis laxior est. Natura quip pe ab eo recedit: quod uel reuerendum uel cauendum est: atque paulisper sese cu3 sanguine colligit: recipit que in uenas: atq; arterias ampliores: quæ ubi exple= tæ fuerunt: extillare incœperunt. quod idem etiã eue nire ijs nouimus: qui affecti lætitia sunt ob eam scili cet rem: q; elaxari: resoluique corpus totum: maxime que alas necesse est.

11 Quam ob causam pallidi, qui metuerunt: efficiũ tur. Quod natura humana: uisq; interior. quæ corpo ribus nostris consulit: nequid extrinsecus capiat de= trimẽti. cõtinuo fugit: & se ad loca cõfert penitiora custodiæ gratia. Queadmodum nos quoq; domũ ea=

dem causa petere solemus. quo cum properat: sanguinem secum trahit: quo solo uehiculo: alimentoq; uti consueuit. Sanguis autem est: qui florem nostro largiri corpori potest.

12 Cur ijdē illi cōtremiscere cōsueuerūt. Quoniā uis etiā animalis ꝑ cōsensum utiq; naturalē diffugiens: neruos relinquit ibecillos: qui suo robore mēbra substinēt: firmaq; tuētur. Hæc eadē ratio est: cur & aluo fundantur: & mingent inconsulte. musculi nanq; quorum interest meatus excrementorū claudere: debilitati retinere amplius nequeunt.

13 Quā ob causam rubescere solent: qui gaudēt. Quoniam natura sponte rei occurrit: quæ grata extrinsecus accessit. Quēadmoduʒ nos amicis: aut liberis obuiam ultro festinamus. naturam autem sanguis comitatur: quem suo colore cuti florē posse largiri: palloremq; ob eius orbitatem oriri ꝓposuimus.

14 Cur erubescere cōsueuerūt: quos puduit. Quoniā natura sua naturali quadā non arbitrali cōscientia uerecūdatur: ac reueretur: quod honorādū: colendumq; senserit. Itaq; more pudicæ: nobilisq; puellæ cōpescitur: & se ad loca penitiora corpis recipit: atq; occulit: quod cū agitur: sanguis cōcitus liberalius fluitat: cutemq; suo colore ptingit. sunt tamen: qui naturam sese ꝓtegere copia sanguinis asseuerent. quomodo & manum naturali ingenio tantisper faciei admouere solemus: dum pudore afficimur.

15 Cur nonnulli a uita præ nimio metu discesserūt. Quoniam uis naturalis admoduʒ in ttriorem subiēs partem sanguine calorem insitum: atque uitalem solituʒ de corde oriri obruit uniuersuʒ: atq; extinguit: qua ratione quoque multum: uniuersumque lucernæ

infusum flammā potest extinguere·calor quippe cor poris ille perapte flammulæ lucernæ respondet:& uero,qui dolore uexātur nimio:eademipsa de causa discessere e uita· interit enim motus interior natiui caloris· quemadmodum ignis quoque obturatus extinguitur·

16 Cur multi ebriati uino obierunt· Quoniam uini copia naturalem : animalemque uim omnem suo calore opprimit:maximeque id sentiunt:qui calorē insitum exiguum continent : atque imbecillum· Qui enim multus:ac ualidus est:resistere amplius:ac spatio temporis copiam omnem illatam concoquere potest·Quemadmodum plus olei infusi flamma tollerat:quæ largior est.

17 Cur mēbra senū obtremūt·Quoniā nerui mēbrorū:& musculi ui sua mouēdi priuati nō āplius æque ptes cōtinere:firmare:stabilireq; possunt·fit etenim tremor:cū pōdus quidē mēbrorū corpis trahit deorsum:animæ aūt uis sursum eleuat:idq; uicissim:atq; assidue agitur.Hic enī incurui senes in terrā corruūt & ne id fiat:baculis sese substinēt:& tanq̄ cadudos parietes lignorū adminiculo cōtinent erectiores· Hæc eadē uirium imbecillitas facit:ut & urina:& alui excrementa prodeant inconsulte·

18 Quam ob rem pallescere solent : qui ægritudine succumbant·Quoniam rem tristem natura sentiens paulatim descendit ad loca sibi penitiora cum sanguine:qui coloris autor est·minus tamen illi : quam qui metuunt:pallescunt·

19 Quam ob causam:qui lætitia exultant: uehementer resoluūtur·Quoniā uitalis uis : & insitus calor foras ad rē lætabilē imodice ꝓfluens dispalatur : ac

interit. Vnde fit: ut & sudent: & rubeant sanguinis aduentu. calorem enim natiuum: ignemq; ipsum: ut p loci sui appetitionem sursum efferri: sic p alimēti desyderium ima petere necesse est: igitur utralibet mouendi ratione perempta calor insitus interit: & uis omnis uitalis euanescit.

20 Quam ob causam qui uel anguntur: uel irascuntur: uel amant: frequenter. ampliterq; suspirare cōsueuerunt. Quoniam qui anguntur: animum totum ad rem: quæ dolori est: conuerterunt: qui irascuntur: rei: qua conciti fuere: intendunt: qui amant: rei tantum incombunt: cuius desyderio detinentur. Itaque animus conuersus ad id: quod sollicitatur: negligit: & quasi officij sui obliuiscitur. uidelicet ut musculis thoracis uim mouendi suppediret. cor igitur cum neque per intentionem pectoris aerem capiat: quo uentilari: refrigerarique possit: neque per remissionem seuocet: quæ sanguinis ardor fauillacea excrementa commisit: ne stranguletur: animam cogit & ad desertum officium reuocat: & hortatur plurimā musculis præstat rationē: & inspirationē: expirationemq; ampliorem efficiat: ut & copia aeris frigidi capiat: & excremētorum largam eijciat copiā. Ita ut q̄d uices minutæ: crebræq; spirandi essent facturæ: hoc una amplior respiratio subministret. Quā rē hoc est suspirare ueteres ab angustia corporis dixerūt: & quidē ad quoddam tēpus late suspirant: idq; sæpius faciunt. Quoniam animus quidem (ut dictum iam est.) rem: a qua excitatur: assidue dispicit. natura uero aliquando cordis gratia cogit uim mouendi transmittere thoracis musculis ampliorem. Quod autem in thorace respiratio

est:hoc in reliquo coepore seductio spiritus p arterias habetur: ac inspirationi intentio:expirationi remissio respõdeat. Sphigmus aũt idest pulsus ipse intẽtio meatus:& remissio in corde:& in arteria est.

21 Cur ægre id genus carnis concoquitur:quod insitium appellatum est. Quoniam sua leuitate fluitat in uẽtriculo p cibi humidi mediũ. nec eius corpus attingit:quo tactu fieri cõcoctio põt:sed iuxta gulã redũdat. Cuius officiũ cibis nõ coquẽdis:sed appetẽdis delegatũ est. Quinetiã foris aquæ iniectus:nõ subsidet:sed innatat. Quoniã dũ carnes terũtur: spiritus admittitur præleuis:qui corpus eleuet:& in humore fluitare aptissimũ reddat. hinc etiam mollis:solutusq; forte talis spiritus:euadat necesse est.

22 Cur aqua pferuida grata pruriẽtibus est. Quoniã eã cur mẽbra pruriãt pituita crassa:& pfrigida est hæc aũt facit:ut cutis hebetior sit:atq; stupentior.

23 Cur ijdem balneis delectantur calidis: Quoniam pituitam calor digerit:ungues excutiunt.

24 Cur terga amplius quã cæteræ corpis ptes pruriant: Quoniã plus pituitæ continẽt. utpote quæ frigidiora sint: quãobrem senes pruritus magis exercẽt quia frigidiores sint.

25 Cur homines: qui breui sunt corpore:prudentiores magna ex parte sunt: quam qui longo. Quoniã animus toto in corpore coactius: & comptius manet: si breue est: si longum:passus p longitudinem exsoluitur: & hebetascit:unde Homerus: Vlyssem breuem: ac prudẽtissimum refert: Aiacem longum: & stultissimum pdidit.

26 Cur pleriq; stulti liberos prudẽtissimos pcreaue runt. q homines stultiores cũ concumbunt:totos li=

bidini sese dedunt. Itaq; animo penitus in corporis cõcreatione demerso: astrictoq; rei tantũ ueneree semẽ uires optimas tum rõnales: tum naturales adem-ptum pfluit: creatq; pinde hominẽ prudẽtiorem: at homines prudentes: & docti semper aliquid uel ho-nesti: uel utilis animo complectũtur: ne in ipso qui-dem uenereo coitu omnino a rerum studio desistunt itaque animo remissiori profluens semen expers lon ge facultatis illius animalis incumbit. hinc etiaz de-duci ratio potest: cur homines stulti atque indocti filios robustos maxime procreant: prudentes & do cti imbecillos.

27 Cur ferarũ animãtium stercus minus: quam ur-banarum fœteat: & damarum: & aliorum quorũ-dam excrementa paulisper aroma redoleant. Quo-niam fere cibo ficciori: simpliciorią; uescantur: labo-rentq; uehementius. hominũ uero stercus omniũ ma xime animãtium fœtet: quod uario: humidoq; cibo magis cæteris utũtur. atq; plus quã sit satis importu ne prius: quã egeamus: gulæ ingerimus: atq; minus nos p laborem exerceamus: atq; minus calore abun-damus. Cum igitur cibus: uel plene concoqui: uel sa-tis difflari non queat: putrescit aliquantulum: itaq; grauius fœtet.

28 Cur sinapi: & piper: & acriũ omne genus cuti su per impositũ nostri corpis: ulcerare nimirũ põt: deuo ratũ: uentrẽ ulcerare nõ poterit. Quoniã ante imu-tatur: atq; cõcoquitur: quã icipiat agere. adde q eius uehementia hebetascit nimio uentris humore. quin-etiam cutis suam ob densitatem tempus ad agen-dum rebus admotis acribus satis adhibet: & quo-niaz imbecilla est: facile sentit. at pars intestina una:

& laxior & humidior est.

29 Cur & præ nimio dolore: & præ nimia lætitia æque lachrymæ excutiãtur. Quoniã qui dolent spissitudine meatuũ: qui positi oculis sunt: humorẽ: quez oculi cõtinent: exprimũt. dolor enim meatus refrigerat: atq; adstringit. at qui lætantur & gestiunt: humorem ex laxitate meatuũ effundunt. oculi tamẽ qui cunq; arctioribus constãt meatibus: lachrymam neutra de causa mittere consuevere.

30 Quã ob causam qui dolẽt: summa corpis pte pallescere cõsuevere. Quoniã uires naturæ cũ sanguine ptes interiores corpis subeant: sicut superius dictũ est sanguis autem est: qui summam corpis partem calefacere possit: & laxare.

31 Cur sæpenumero euenit: ut q mingũt: etiã flatuz uẽtris extrudãt. Quoniã uessica plena urinæ itumescat: & p̃mat: atq; adducat rectũ intestinum. Itaq; urina dũ egeritur: intestinũ illud relaxatur: & flatibus intestinis inclusis libertatem effluendi concedit. Sunt tamẽ: qui dũ urina secernitur: consensum quendam mẽbrorum effici omnium censeant.

32 Quãobrem qui oscitãtem uiderint: oscitare incipiant. Quoniã natura animãtiuz consentiens inter se: afficiq; mutuo aptissima est: maximeq; brutorũ. hinc ubi e grege asinorũ meiere unus adorsus est: cæteri quoq; omnes idẽtidem faciunt.

33 Cur sanum lippiens sua aduersa ualitudine afficiat. Sanus uero lippiẽtem sua bona ualitudine emẽdare non queat. Quoniam oculi humidi: molles: affectuq; opportuni sint. adde q̃ tẽperies q̃daz sit corporis. morbus autem intemperies: faciliusq; modicus habitus ab immodico mutetur: uertaturque: quam

contrario: merito lippitudo: quæ habitus quidē im=
modicus est: sanitatē: habitum laudabilem celerius
mutat. omnem mutationem autē ob naturalem con=
sensum corporum fieri certum est.

34 Cur numus: aut pomū in aqua demersum ampli
us seipso uideatur. Quoniā aqua submerso adhærens
corpori: eadē afficitur qualitate: colorēq; ꝑinde tra=
hit eūdem: quo fallere: oculū possit: quasi corpus am
plius sit: cum undique aqua continetur. hac enim ea=
dem ratione sol quoque & luna & errones om=
nes cum uel exoriuntur: uel occidunt corpore esse
ampliori uidentur. quippe cum ita proximum cœ=
lum recipiat eandem qualitatem: afformeturque
consimilius.

35 Cur quadrata e longinquo rotunda esse uidean=
tur. an quia quadrati angulos e longinquo percipe=
re oculus nequeat: quibus detractis rotundum uide=
tur: quod relinquitur.

36 Quā ob causaȝ cū aliqd ꝓcul ꝑcutitur: ictū statiȝ
cernamus: strepitū lētius audiamus: quāquā una cuȝ
ictu strepitus oriatur. qa uisum tenuiorē atq; acutio
rē q̄ auditū habemus. uisus igitur anticipare utpote
acutior pōt: auditus ut crassior: lentius suo fungitur
munere. eadē hæc rō est: cur in attritu cōfrictuq; nu=
biū ictum: qđ tonitruū appellamus: & ardorem cui
nomen fulgur inditū est: nō ex æquo ꝑcipiamus: sed
fulgur primū uideamus: post tonitruuȝ audiamus.
quāquam ictus uel prius tonitruum: quam fulgur ef
ficiat: uel utrūq; simul cōmittat. Ergo uel hac in re
uisus utpote agilior: & tenuior ꝑcurrit: atq; antici
pat: auditus ut crassior: & retardior postmodū sētit

37 Quamobrem ex frigoris uehementia ꝑtes nostri

corporis cæteræ: rigeant omnes: facies minime: cum hæc una deiecta frigori pateat· an ꝓpter cõsuetudinẽ facies enim quod semꝑ detecta est: aeris mutationibus inuenit· iuuat autem plurimum ad resistendum consuetudo: atq; exercitatio·

38 *Quã ob causaꝫ bilis suo cõceptaculo affectu admodũ facili cõplexa nũquã id corrodat: ubi uero in dentẽ corpus solidissimũ paulisper decubuit: illũ corrodat: atq; interimat· dixerim: quia natura: ut in illo uno corpe bilis cõtineatur: statuit· uis eniꝫ naturæ plurimũ ad ꝓhibẽdum nequid officiat: ualet· Constat hoc etiã rebus alijs· fœtus enim decẽ fere mẽses in utero ꝑmanens: nullũ ponderis sensum gerenti fœminæ mouet· at siquis flatus eodem ruat: tormẽto ꝑtinus excitatur: & pondus sentitur· & distẽtio rapit intollerabilis· arteria item aspera spiritus unius conceptaculum est· ita: ut siquid cibi: aut humoris in eam delapsum sit: strangulatio sequatur: & tussis subita· natura enim non cibo: sed spiritui uiam hanc uni uendicauit·*

39 *Cur alij balneas sitibundi ingressi: extincta siti egrediantur: alij contra· qui habitu sunt sicciori: siti balneo humefacti absoluuntur: præsertim si non penitus tabeant siccitate. at qui humidiores sunt: & siti omni uacantes: ijs humor per sudorem absumitur: itaq; sitis creatur· quippe quæ siccitate oriri solita sit·*

40 *Quam ob causam radice per cibum ingesta: alij fœde eructant: alij non· Quorum uentriculus nõ uitiosis excrementis: maximeq; pituitosis redũdat: horum eructus purior est: quorum autem illis redundat impurus: & male olens· rabix enim uim calefacien=*

di,incidendi:extenuandiq; materias obtinet:flatuſque ex humoribus mouet:quos per ructum retrudit: ac reijcit.ita feces quoq; diri odoris ſi imotæ manēt: fœtorem non ſpirant.Si mouentur:amplirer ſpirant haud enim audiendi ſunt illi:qui radicem ipſa3 uitio ſam natura,& fœtido conſtare genere cenſent.argu mento ꝙ etiā foris tam marcida male olet:Na3 ſi id eſſet:oēs,qui eam ediſſent:fœtidum eructarent.

41 *Cur ſummis frigoribus,digiti & omnino extre ma corporis nigreſcant:& decidant.Quia uis ſum mi frigoris calorem inſitum ad corporis profunda impellit,& claudit.itaq; extrema,quoniam uires animales nequeant adipiſci:primum liuent: deinde nigreſcunt:& moriuntur.decidunt uero propterea:ꝙ natura reliquo ſuo corpori conſulent,adſtringit ad ſe quod integrum eſt.relinquit:atq; reijcit:quod mortuu3 uacat.extrema ita affici poſſunt eo,ꝙ parū car nis,calorisq; obtinent.hinc enim & in genere ſtirpi um,quæ infirma:laxioraq; & minus calida ſunt: frondes hyeme ineunte amittunt.Errant eni3:qui pri cipio calorem innatum uim aduerſam frigoris aufu gere introrſum exiſtiment.proinde coactum, et qua ſi recreatum proficiſci uniuerſum larga cum copia omnibus auxilio membris:itaque feruore nimio extrema poſſe exuere.Nam dum intus manet:tolli me dius poteſt.*

42 *Quamobrem qui extremis perfrixere:ſi membra igni admoueant:doleant uehementer.hoc uniuerſum & ad ſubitā qualitatis mutationē accidere arbitrādū eſt.fit enim:ut ex multo frigoris,repente trāſeāt ad multū caloris.omne aūt quod immodice: uniuerſumq; multo agitur habitu:dolorē naturæ infligere*

poteſt:ſicut quod per habitum bonum modice, atque ad naturalem conditionem uniuerſum mutatur. naturam uero uehementer permulcet:atq; oblectat. corpus enim humanum habitu temperatiori:quam cæte ra animalia conſtat.

43 Quam ob cauſam,qui piper: aut panis inciſum grandiuſculum deuorarint:ſingultiant,qui uentriculum mundum,& ſentientem,& calidum habent: hi celeriter piperis acritudine mordentur:quo morſu ſtomachus ad repellendam rem,quæ id efficit:excitatur:itaq; oritur:qui ſingultus uocatus eſt. at qui uentriculo ſunt frigidiori:pituitoſo, atq; hebetiori: hi lentius ſingultiunt. quin etiam qui panem inciſu3 iuſto amplius deuorarint:oppreſſi magnitudine panis,ſingultire coguntur. membrorum eni3 natura nequit quieſcere:quotiens aliquo detrimēto infeſtatur. Piper igitur qualitatis ſuæ acritudīe facit:quod ſingultus obueniat. quomodo bilis quoq; interior pūgit: & concitat. panis uero ſua opprimens quātitate idē committit more pituitæ:quæ ſingultum aggrauando ciere poteſt. reſpondet enim piper bili:panis pituitæ. utraque uero proxima rebus extrinſecus infeſtantibus dixerim,ſpinis & lapidi. piper enim & bilis acumini ſpinarum reſpondent:pituita & panis lapidum ponderi.

44 Quamobrem uitia,quæ in unguibus digitorum conſtiterint:dolore afficiant uehementi. Quoniam nerui ad extremos uſq; porrecti digitos ſuis ipſis excrementis ungues conficiunt:ſicut etiam dētes in gingiuis. Cum igitur,uis quæ per neruos autor ſentiendi præſtatur:profluēs extremis inſiſtat digitis:eo ſe colligens,augeatur aquæ modo:quæ in compita cōfluit:

constat eo magis dolorem posse amplificare: quoniã plus sensus uitijs augetur.

45 Quamobrem is: qui panem incisum grandiusculum deuorarint: & ob eam rem singultire incipiũt: retentio spiritus singultum sedare possit. an quia stomachus ad asperam arteriam positus est: idcirco premitur ab ipsa arteria: & instrigitur: ita ut panis intrusus in uentriculum excutiatur. quo excusso põdus tollitur: quod singultum ciere potest.

46 Quam ob causam qui ex pane singultiunt: soluãtur singultu: cum triste aliquid audierint. Quoniam sunt intenti ad hoc: quod ægritudinem attulit. Cum enim uis animalis aliorsum conuersa, mouere thoracem desinat. spiritus parũ tantisper affluit: itaq; coactus singultũ præ sua copia sedat ut dictũ iam est.

47 Quam ob causam cum picturas intuemur: si prope astamus colores plano contineri omnes uideamus si procul partim cauo: partiз deuexo repræsentari necesse est. Quoniam uis conspiciendi, quotiens per longum extenditur interuallum: languescit: atque ita colorum profunda diligentius nequit explorare: sed partim albiorem deuexam uidit: nigriorem cauam. Album enim quoniam lucido proximum, foras uersus elucet: nigrum utpote obscurum, introrsus nitet hic adijci illa congruum indico. Artium aliæ materiam transformare solent: ut cum fictor æneum equum: bouem: aut quod aliud animal conflando: aut ducendo hominem: aut uas aliquod affingat uidelicet materia æris a forma in formam immutata: alij per adiectionem agunt: ut quæ cera: aut luto effigiant: aliæ per demptionem: ut quæ animal sculpendo afformant: aliæ per compositionem, atque

appositionem, atque conglutinationem: ut ars ædificandarum ædium: aut nauium: aut ars textoria, aut lignaria. Sunt præterea, quæ per habitus alterationem, penitioremque immutationem fiant. Quemadmodum natura genus animalium ex semine creare solita est. Non desunt: quæ per habitus mutationem, atque additionem prodeant corporis. quomodo natura membra enutriendo augere utique consueuit. addo etiam: quæ per colorum mistionem, atque adiectionem corporum conficiatur: ut artem pingendi suo fungi officio nouimus.

48 Cur aqua frigida neruis officiat: calida non prosit: sed talis quoque aduersa sit. Nam si quid noxium est: contrarium eius commodum esse necesse est. haud non fieri potest: ut contraria modo consimili efficiant. dixerim aquam, non qua est calida posse officere: sed qua calida, & humida. neruorum etenim ictus, quoniam summam neruis sensio est: contendi, astringique desyderant: quod humor præstare nequit. Immo neruos emollit: laxat: ad carnem ducit calorem uero neruis haudquaquam esse incommodum constat: argumento olei, cuius perfusione iuuari neruos palam est. eo scilicet: quod aliquid obtinet acerbitatis.

49 Cur poma obesse sua frigida: humidaque natura possint: aqua: quæ frigida: & humida est: non tantundem officiat. an quod aqua pomis tenuior est: ac digeri celerius potest. idcirco non ex æquo offendit: præsertim cum membra firmare aliquantulum ualeat.

50 Quam ob causam plerique cibos crassos: atque difficiles concoquere facilius possint: ut carnes bubulas faciles: & succi compotes laudabilis ægre concoquant ut pisces saxatiles. rationem alij ad consuetudinem referunt: alij ad habitum quendam naturalem ingenio.

humano inexplicabilem:alij uentris calore immodi
co cibo:concoctu faciles ultra modum pro sua facili
tate concoqui:itaq; perfrigi:corrumpiq; censent:dif
ficile uero:& quod modice immutatur:concoqui tā
tum:non præterea quicquam uitiari·nam & paleæ
quoniam per quam facile afficiuntur:in cinerem uer
tuntur ab igne largo:& rapido:quod ligno querno
accidere non potest.

51 Cur farina hordeacea extinguere inflammationes
possit:cum frigidum omne cogendi: densandiq; nō
digerendi uim habeat·dicendum non ui refrigeran=
di:sed tergendi:discutiendiq; farinam posse digerere
hordeaceam·Scindit enim:& dirimit:& uero ple=
raq; alia rem sibi contrariam efficere queunt·uideli=
cet non ratione primaria:& per se: sed secundaria:
& per accidens·exempli gratia appium:quod cali=
dum est:febrem minuit non eo:q calidum:sed q ma
terias infestantes discutere:atq; detergere potest: et
uim mouendi urinam habet·Iris item:& hysopum
herbæ:quanuis calidiores prosunt:tamen ad lateruz
dolores: quoniam materias incidunt:quæ inflamma
tionem membranæ costis subditæ excitant· quinetiā
aquæ perfusione frigidæ neruorum distentionem ex
materia ortam frigida sedatam aduertimus per acci
dens scilicet caloris interuentu interioris·quotiēs igi
tur ex se nullo interueniente medio:quicquam agit:
proprie rationeq; primaria rem effici dicimus·at si
non ex se:sed per aliquod medium agat actionez: per
accidens:rōneq; secūdaria pficisci dicere cōsueuimus

52 Cur ante:quā balneas introeamus: tepidā egera=
mus usinā·cū diutius intus manserimus:frigidā· di=
xerim quasi p cōparationē alterius ad solitū euenire·

urina enim cum tepida effluat uere foras: quoniam nostrum corpus iaȝ frigidũ est: tepidum, quod emin gimus: corporis comparatione sentitur. at uero intus quoniam plus quam urina corpus recaleat: frigida esse uidetur. quanquam aliquantulo calidior est. Constat hoc etiam, ꝙ si balneas ingressus prius, quã recaleas: te recipias in labrum, aqua, quæ calida leui ter est: feruens admodum sentietur: sed si post quam concalefactus es: labrum adieris: non ex æquo feruo re eandem percipies.

53 Cur aqua interdum locis effossis maritimis dul cis comperiatur: causa ꝙ pars maris tenuior dulcis est: crassior salsa. quantum igitur tenuius est: dulceq; est: hoc per terræ foramina transmissum, liquatum= q; in ipsam se condit tellurem. quod ea effosa compe ritur. hæc eadem pars maris tenuior efferri quoq; in cœlum atq; in humorem dulcem, ac in pluuiam eua dere solita est. Crassa illa resic: ata, cocta trãsit in sa lem. Quæ igitur littore laxiori continetur: salsa pro pterea est: quia crassior quoq; humor terrã subire ꝑ meatuum amplitudinem potest: qui salsus est.

54 Cur aqua puteorum per hyemem calida, per æsta tem frigida est. Quoniam contrariuȝ omne suum ui= tare contrarium semper solitum est. cum igitur frigi dum, quod calido contrarium est: atq; exitiosum: fu= giat per æstatem: cum cœlum recalet: se ad ima tellu ris recipiat necesse est: quoq; euenit: ut aqua frigida efficiatur. Contra per hyemem, quoniam extrinsecus frigus uergit: calor ad ima fugiẽs, aquã tepefacit. cõ traria enim per idem loci & temporis, simul mane re natura noluerat.

55 Cur in ægypto: quæ terra calidissima est: uinũ fri=

gidum nasci soleat:ratio eadem illa est:quam superiori reddidimus quæstioni·calor etenim facit:ut frigida omnis qualitas deferat se ad radices uitium·ita illas refrigerat·quod cum stirpibus commune euenit omnibus:uites amplius sentiunt:quia molliores atq; affici opportuniores sunt·

56 Quam ob causam aqua,quæ feruida demissa in puteum est:frigidissima fiat·Quoniam frigor putei calori pugnans,aquæ demissæ,facileq; præ sua frigidissima copia superans,calorem uniuersum expellit: magnaque cum ui permeat per aquam:atque ita uehementer eam refrigerat·

57 Quamobrem cum bestiola oculo inciderit aliqua comprimi alterum prodest·Quoniam spiritus uisui a natura delegatus:non prætera affluit:sed se colligens:copia larga redundat·itaq; ad apertum oculū sua copia deriuatus:implet illum:& tumefacit: et in priorem partem reddit propensiorem:unde fit:ut quod incidit infirmum,ac leuius expellatur.fortasse spiritus quoq; ipse uniuersus occurrens per foramina oculi bestiolam reijcere potest·

58 Quam ob causam qui in faciē percutiuntur·ignē uideant.quod spiritus uisui accommodatus: extenuatus per ictum ardet:profectusq; in aerem talis uidetur:qualis per ictum redditus est·Sic enim & duobus lapidibus:aut ferris mutuo attritis aer interueniens ictus,extenuatusque maiorem in modū in ignē conuertitur:quod idē & in nubibus euenire certū ē·

59 Cur non lapides omnes per mutuum attritū ignē excutiant·Quoniam sunt,qui corpore soluto leui et laxo constent·haud enim æque per attritum aer extenuatur: cum nullo uehementiori afficiatur ictu

propter corporis leuitatem: & cedens quoque: & se in foramina laxioris contextus recipiens: non omnis pari modo percussus recalescere potest. hoc etiam per attritum lignorum mutuum accidit. Ignis uero: quem de sole: & aqua excipimus: reflexu radiorum Solis ad uitium: ac inde reditu ad planum contrahitur. fit enim: ita ut aer amplius concalefactus ignescat: quomodo etiam in speculis agitur.

60 Cur scalas facilius descendamus: quam ascendamus. Quoniam in descendendo pondus nostri corporis iuuat: ut pronius deferamur. at in ascendendo uires dum pondus corporis substinent: atque efferunt: laborant: sic enim & lapis facilius deorsum: quam sursum fertur. nam graue omne deorsum ferri aptissimum est.

61 Cur pueri statim ut ex utero parentis in lucem uenerunt: plorare incipiant. Quoniam sensum iam & naturam alienam sibi experiuntur: quippe qui ex corpore calido: & molli quo continebantur ad aerem frigidum prodeant. fortasse uel luce ipsa perculsi contristari: uociferarique incipiunt. haud enim illi audiendi sunt: qui animum dicant: quod amisso cœlesti domicilio corpus inhabitare terrenum occepit: idcirco infantem cogere dolere: atque plorare.

62 Cur apes: formicæ: muscæ atque ad summam animalia insecta oleo pereant. Quia spirandi meatus continent angustissimos. oleum enim quoniam lentum est: interfit: & claudit iter: ita ut uia spiritui omnis denegetur. quod cum accidat: interitum sequi necesse est.

63 Cur flando calida refrigerare: frigida tepefacere possimus. quoniam nostra respiratio calida est: spiritus qui ore profluit qualitatem abolere contrariam potest

calida uero refrigeramus: eo q calidam etiam quali tatem mouerimus: atq; digesserimus.

64 Quam ob causam carnes: quæ lunæ plenæ expo sitæ pnoctarunt: putrescant: & peredt. quoniam aer orbe lunæ cõpleto calidus reddi solet: & humidus. quæ quidez qualitates putredinẽ contrahunt. ita eni a natura sancitum est: ut si calor: & humor modice adsunt: cõcoctionem efficiant: si humor paulo exupe rat calorem: putredinem moueat: si nimiũ: extinctio nem cõmitteret: si calor ualde humorẽ uincit: deustio nem adduci necesse esset. luna uero cum quadrifor mi notetur habitu: primo cum æqua portione diuisa est: humida: & aliquãtulum calida regit. Secundo pleniter orbe calida: & quodammodo siccior est. ter tio cum senescit: sicca: & frigida redditur. Quarto cum luce omni exhausta silet: frigida: humidaq; eua dit. Tum enim expers est radiorum Solis: quos cali dos esse nemini ambiguum est.

65 Cur piper & synapi si solida deuorentur calefa cere nequeãt: si cõtusa nimiũ queãt. Quoniã quæcũ q; nõ actu: sed potẽtia suas cõtinẽt qualitates: aliqd extrinsecus desyderãt auxiliũ: quo suã potẽtiam ad actionẽ pmant. Cum enĩ p cõtusionẽ tenuiora reddã tur: meatusq; corpis altius subeãt: atq; a calore mo ueãtur natiuo: merito iã suaz exercere potẽtiam ua lent. hæc eadem ratio cæteris quoq; qualitatibus af ferenda est. rerum autem: quæ sua qualitate agant: aliæ actu proferunt qualitatez ut aqua: ptisana: lac. Sunt enim hæc humida ex se: atq; frigida præsidij nullius indigentia exterioris: quo refrigerent: atque humefaciant. cõsimili modo & sal: & terra: & re liqua generis eiusdez. Sicca enim constãt natura tam

potētia, quam actu: & facie. at mare & feruida na turæ fluenta, faciem quidem humidam præ se ferũt: sicca uero potentia intelliguntur: contra panis: & se men lini cum siccam præ se ferant speciem: humidã potentiam sortiuntur.

66 Quãobrẽ pleraq; oĩa aĩalia uidere ĩterdiu queãt: noctu nequeãt. Quoniã spiritũ usui uisus accõmoda- tũ habent crassiorẽ: quã ut aerem pmeare ad rẽ usq; uidendã ualeat. crassescit enĩ p noctem: cũ solis absen tia refrigeretur: extenuatur interdiu beneficio aeris: qui tenuis: & calidus est. feles tamen & hyene & uespertiliones cõtra se habẽt. cũ enĩ interdiu nihil fe re uideãt: acute oĩa p noctem conspiciunt. spiritũ qdẽ illum uisoriũ: & tenuissimũ: & dilucidissimũ ha- bent. ita ut p noctẽ hic modice incrassescens, idoneus ad rerum cõspectum reddatur: p diem luce præclara supra modũ extenuatus expandatur: & euanescat. quamobrem leones quoq; p solem ingredi acriorem non patiuntur. sunt enim acie oculorum acutiuscula & ignem interdiu ijdem ob eam rem fugiunt. con- stat talem leonis aciem esse argumento pupillæ: quæ præfulget, atque etiam partis humidæ oculorum dilucidissima est.

67 Quare cum per noctem inter dormiendum ocu los repente aperiamus: lucem percipimus. quia spi- ritus uidendi coactus: amplificatusque in dormiẽ- do uniuersus larga copia erumpit per tenebras: at que elucet. itaque speciem quãdam lucis merito po test conspicari.

68 Quare quos puduit oculos deorsũ uertere soleãt Quoniam oculos speculum plane animi natura ex- truserat. quippe cũ cæteras quoq; affectiones animi p

oculos itelligamus: uidelicet cũ angitur: cũ irascitur cũ uerecũdatur: q̃d cũ animus p̄sonam quãpiam reuerendã respicere libere: atq; alloqui audentius temperet: palpebras trahi deorsum a musculis cogit. quasi occulens partem, qua facultas conspiciendi administrari solita est.

69 Cur sedes audiendi humorẽ omnẽ inoffense praeter quam aquam patiatur. quod aqua prae sua frigiditate neruum illico audiendi ministrũ subit. frigus autem omne neruis inimicissimum est.

70 Quã ob causam cũ uentus futurus uehemẽs est: splendores quidam tanquã stellae discursent: aut tanquã fulgura corruscẽt potissimũ p coelum serenũ & sudũ. Dicendum iam moueri uentum incoepisse: uerũ nobis: ut corpore cõstantibus crassiori: atq; ad sentiẽdum hebetiori: non dum patet: aerem tamẽ superiorem: ut tenuiorem: ac aetheri proximiorem, mouendo incẽdit: atq; ita nos ptes illius more scintillarum duci cernimus. post ubi uentus inualuit: aerem quoque familiarem hunc terrae: & crassiorem mouet: cuius agitationem percipimus.

71 Cur uentus uehementius per loca spiret angusta quam per ampliora. Quoniam unum in locum coactus uires auget: roburque pro suo profundo accipit amplius. at uero expansus: diffususq; per spatia laxiora infirmus redditur, atq; ĩbecillus. hinc ignis quoque. & aqua: & qualitatis omnis coacta ualidior: quam expansa est eadem ratione.

72 Quãobrem nonnulli cum magna posita procul uidere non possunt: parua in ꝓpinquo cernere queãt quos myopas ideo cognominamus: quoniã nõ nisi cõniuendo respiciant. dicendum spiritum: cui uidendi

officium deputatum est:tenuem: syncerumq; in his esse·itaq; longe deductum ut rem apprehendere nõ possit·ꝓpinqua tamen:uel parua explorare suam ob tenuitatem:synceritatemq; non immerito potest·atq; etiam minima e longinquo cernunt:ut senes quoque aliqui faciunt·his causa cõtraria reddi debet·ꝙ spiritum oculorum crassum:largumq; habent· opusq; est ob eam rem moueri longo itineris spatio:uidelicet ut attenuetur:& ad rem percipiendam reddatur idoneus·

73 Quã ob causã canes soli ex omniũ animãtiũ numero colligari post coitũ uenereũ soleãt·Quoniã & ceruix uuluæ caninæ angusta est:& coles in usu ueneree rei inflatur:ac intumescit:nec ꝓtinus retrahi põt· adde qđ semen lentum:glutinosumq; est·utrũq; uero ꝑ imodicã siccitatẽ accidere intelligimus· nam & in densa re arctiusq; colligere mẽbra: & humores stringere:atq; durare:siccitas potest·

74 Cur soli animãtium canes rabiant ꝑ æstatẽ·Cẽsendum id fieri ꝓpter habitus amplificationem·canes enim cum semꝑ suapte natura habitu sicciori cõstant:tum ꝑ æstum magis resiccantur:& tabent·humor enim cõtentus in his:totusque habitus cõcalefactus:resiccatusq; supra modum incenditur·Itaq; ritu hominum per febrem insanientiũ furiunt:& saliuã siccissimã:rubiginosissimãq; emittunt: incendi totũ habitum constat:eo:ꝙ & frequẽti ore hanelãt: & oculos habent igneos:& fauces reserant:oreque hiscente uagantur:ut refrigerentur·cauda item præ nimia siccitate horret:tabescit:extenuatur: nec inter eos quilibet rabit: sed qui siccissimus est· Placet quibusdam sidus quoque caniculæ rabiem canibus

per delibationem quandam cœlestem atque influentiam emoliri.

75 Cur qui rabide: inconsulteq; incidūtur: minus doleant: quā qui cōsulto. quoniā alteri animo sunt occupato cuiq; negocio: ut ex æquo sentire pterea nō possint: alteri suum animum ad membrum id uertunt: quod secandum est. atque ita: ut amplius sentiunt: sic uehementius doleant.

76 Quā ob causa; qui onera portāt: aut trahūt: cu; cantu ambulare cōsueuerūt. Quoniā dū animus modulis pmulcetur: attēditq; numerorū suauitati: minus sentire pōt. itaq; minus ab onere angitur. hæc eadē rō est: cur lugētibus tibias: atq; tympana adhibeamus. & cur ad eos: q uel morte suorū anguntur: & mærēt: uel morbo laborāt: hoīes cōgregari: uarioque uti sermone solitū sit. animus enī cu; se ad uerba trāsferat: minus rē sentit aduersam. unde ueteres uaria scenarū oblectamina sibi excogitarūt: ut animū solatijs mō his modo illis exceptū ab angore seiungerēt.

77 Cur æthiopes magna ex parte cum febricitant: intereant: & cum lippuerint exulcerentur. Quoniā calidi sunt nimium: & sicci. fit enim p febrē: ut omnis elementorum destruatur constantia. quando quidem humor: qui est in his exiguus: absumptus: atque abditus: facit: ut tota elementorum constructio resoluatur. calorem enim deleri per alimenti inopiam necesse est: qui cum defuerit: frigus oriri nulli dubium est. Quin etiā siccitas humore interempto exuperat; quapropter mortua corpora sicca & frigida sunt. Vnde Homerus cum ex elementis duo: quæ tenuissima: & leuissima sunt: abire: & euanescere: duo reliq̄ manere corpibus mortuis nosset: depreca-

tus in hunc modũ est. Sed dij nos omnes faciant: undamq;, solumq;: uidelicet gelidos: & siccos. exulcerantur p lippitudinem oculi: quoniam sanguis bilez ex inflammatione accipiens, oculos præ nimia acritudine exedit: & lacerat.

78 Cur in cõuiuijs: poculis modo contrario utamur. Cum enim comedere incipimus: minuto bibimus poculo: cum satiati sumus: amplo iam agendum censemus. hoc & si contemnendũ potius: quam discutiendum uidetur: habet tamen causam non ineptam. ut enim epularum gratia crebrius bibamus: a minutis incipimus poculis: atque ad ampliora finimus. quippe cum minuta implere satis ubi potare liberalissime libuit: non queant. at si ab amplioribus incipiamus: ocyus expleri necesse est. Itaque frequentius: q̃d epulantes decet: haurire non possimus. adde ꝙ natura largo protinus: uniuersoq; haustu excepta: rez molestè fert alienam: & copiam omnem successiuam aspernatur. at uero minutis exorta: paulatinis amplioribus assueta: copiam quoq; familiarius demum admittit: & patitur.

79 Quã ob causam, qui aqua intercute laborant: assidue sitiant: cũ aqua sint pleni. Quoniã humor qui in his nõ digeritur: sed putrescit: salsus quoq; efficitur: atq; ita stomachũ resiccare põt. præsertim cũ febriculæ adsunt. ad hæc quanto uenter amplius intumescit: tãto reliquũ corpus minus ad portionẽ capiẽs alimentũ: resiccatur: unde etiã extenuari consueuerunt. maxima enim pars cibi conuersa in aquã ortũ, amplificationemq; uitij exhibet.

80 Cur per conuiuia, ut inter initia cibi, & ante, quã impleamur: angustia p̃mimur: sic post satietatez

atq; ad finem cœnæ relaxamur:neq; ullo accubandi cœtu adduci præterea cõsueuimus· Quoniã principio oẽs præ nimia edendi auiditate ad ptem lectisterniorum exteriorem tendimus·hinc euenit porro: ut non mediocri p̃mamur angustia·At post satietatem alius in ptem potius uergit inferiorẽ:alius in latus discumbit: alius item erectius sedet: alius uel priorem in partem inclinatur:uel in posteriorẽ paulo resupinatur:atque ita efficitur:ut post satietatem relaxemur·adde q̃ omnes inter edendi initia in pectus ꝓpensi:& in lata enixi corporis accubamus·itaq; euenit:ut angustia p̃mamur:necesse sit·

8 I Quã ob causã,cũ tres corporis nostræ materiæ simplices:uniformesq; sint:nõ tres quoq; morbi uniformes:atq; simplices ueniãt:sed plures·Duplex eñi in qualibet materia genus est ægrotãdi:uidelicet cõtinens:atq; intermittẽs·cẽsendum ꝓpterea id accidere: quoniam non tantum ex materijs morborum discrimina oriuntur: uerum etiam ex locis·calida eñi: tenuisque materia febrem acutam; breuem: ardentemque efficit: frigida & crassa hebetem: & longam:sic enim & ligna:quæ calida: & siccissima sunt:ut tedæ:ut laurus:ingentem excitant flammã: atq; ocyus absumuntur·at quæ humida,& uiridia: ignem humilem reddunt:& fumosum: & lentius deuruntur:locus item si amplus:latusq; sit:celerius: pleniusq; accẽdit materiã ob eam scilicet causam:q̃ quãtum materiæ uitiatum est:coactum eodẽ in loco substat:ꝑpetuaq; uia accẽsum uitat.Sed si angustus, exiguusq; sit:ut non totam:sed particulatim materiã capere totam possit:febrem imbecillã creat:& diuturnam·Ergo si materiæ naturam:& locũ con=

iunxeris: numerũ omnẽ cõperies febriũ: quas putrens materia cõtrahere põt. Nam ſi in amplis cõceptaculis, ideſt uenis, atq; arterijs flaua bilis putreſcit: quoniã calida eſt: febrẽ accendit ardẽtem: acutam: breuẽ qui ardor uocatus eſt. Sed ſi pituita frigida in paruis uenis: & atrerijs cuti ꝓpinquans putreat: febrẽ imbecillam: & longam mouet: cui nomen quotidianæ inditum eſt. item ſi flaua bilis paruis in cõceptaculis putret: febrem creat breuẽ: diuturniorẽ tamen, quã ardor ſit: quã tertianã: uel acutã ſimplicius nominamus. ſed ſi pituita in amplis putret cõceptaculis: febrẽ excitat quotidiana aliquãtulo breuiorẽ. pari mõ & atra bilis ſi amplioribus uenis putreſcat: quoniã tota uno tẽpore incẽdatur: breuem agit quartanam. at ſi in paruis: diuturnam. accidit enim ut ſimul & materia frigida: craſſa: immutarique difficilis ſit: & locus arctior obſiſtat: ne bilis tota ſimul deuri poſſit: & abſumi.

82 Cur febris quartana diuturnior ſit: q̃ quotidiana cũ pituita: quæ frigida: craſſa: lẽtaq; ſit. quomodo ẽt atra bilis: quæ quartanã agit: frigida: craſſa: atq; ẽt longe minor: q̃ pituita contineatur. Quoniã pituita quãuis frigida: & craſſa: tamẽ humida eſt. humidũ autẽ quodq; facile imutari põt. atra bilis ſicca: & frigida eſt. Siccũ aũt omne difficile imutatur. Captioſe igitur agũt: qui miſſa: & quaſi opa reliqua aduerſaq; qualitate frigidi: unius affinitate: & pituitæ copia ratiocinãtur. adde ꝙ pituita naturæ accõmodatior eſt: q̃ atra bilis. unde ꝑ exuritionẽ pituita pro alimento natura uti conſueuit. febre igitur quotidiana urgente natura quantũ pituitæ utile cõperit: totũ id ad corpus alendũ concoquit: atq; diſpenſat: quã-

tum autem inutile est: id putrescens accendere potest febrem.

83 Quam ob rem materiæ nostri corporis cum quattuor sint: putrescantq; omnes: genera febriendi non quattuor: sed tria constant. Quoniam sanguis naturæ familiarior est: alimentumq; suppeditat corpori hic enim si abundat plethoram.i.repletionem tantũmodo creat: si putreat: non sanguis præterea esse potest. quippe qui recalescens flauam in bilem transeat at reliquæ omnes materiæ, si superne: uitia per cutem maxime pariunt: ut ulcera, quæ a serpendo herpetes appellamus: ut cancros, uitiligines: sed si putrent: febrem excitare consueuerunt.

84 Cur si per parietes inuicẽ obiectos fenestræ sint: accidat, ut altera clausa, nõ præterea multus, ac uehemens uẽtus irrũpere p alteram põt. censendũ hoc propterea euenire: quoniã aer excitus idest uẽtus, nõ nisi corpore stat. ergo altera clausa, aer, q ingressus p alterã est domũ replet: & quoniã corpus est: nihil amplius aeris sup igredi patitur: ne corpus in corpus admittatur. at si fenestra aperiatur: aer q domũ poccuparit: pulsus p eã extruditur: itaq; locũ exteriori dat aeri: & cedit: ut libere ingredi ualeat. q etiã ipse per obiectã fenestrã cursu cõsimili effluẽs facit: ut alius p alterã admittatur. qđ cũ assidue agatur: ipetus aeris, & agitatio uehementior excitetur: necesse est.

85 Cur hominum, qui amoribus detinẽtur: partes postremæ alias frigidæ: alias calidæ efficiuntur. Cẽsendum id propterea fieri: quia quotiens anguntur. desperantq; potiri se posse: quam ardent: calor insitus in profundum se cõtrahit cum natura: itaq; extrema omnino refrigerantur. & pallent uero ob eã rez &

tristi uultu, demissoq; redduntur. At uero quotiēs contra uel spē obtinent bonam: uel admodum excandescunt: calor ille natiuus idem ad cutem cum natura effunditur. itaq; calidiores, rubentioresq; redduntur. Quam ob rem pictores cupidinem alias tristem anxium: iacentemq; pingunt: alias hilarem, subridētem, uolitantem: puerum item eundem repræsentāt: quoniam cupido uehemens quidem est: sed non diuturna & stabilis. amor enim honestus perpetuo uel inter bonos amicos est: uel inter parentes, & liberos uel inter maritum: & uxorem. inhonestus ille parū edurat: magnaq; ex parte inter externos, parumq; cognitos oritur. honestus itē moderatus, ac sobrius est inhonestus uehemens: furibundusq;. Tenet funale, atq; pennatus est: quod animantium uidelicet animi efferri: mutariq; facile consueuerunt: & calor eorū natiuus propter uehementem: assiduamq; solicitudinem marcescit: & uritur. Ensis parte dextera pendet: leua pharetra sagittis referta pluribus. quoniā principio amor per radium oritur unum oculorum: stati; quippe ut aspexit: amauit: post frequentes ad rem amatam radios mittit, quasi tela iaciat: & capere illam conetur. sagittæ abditæ in pharetra sunt: quoniam qui amant: occulte radios mittunt oculorū accedit ad hæc consuetudo: quæ amorē ita accendit: ut ignem auget afflatus. Quāquam ortus amoris nō ad consuetudinem: sed existere subito arbitrandus ē. nudus præterea fingitur: q & palā fit animus amātis: & sine ullo interuentu rei pdit cupiditas. haud enim p aliū amare quis potest: neq; ita occulte, ut intelligi a nemine possit. unde statuarū quoq; artifices deos, ac reges nudos sæpenumero causa honoris: &

laudis effingunt scilicet ut perspicua eoru potestas: & animo synceri: nulloq; uitio ꝑfecti per corporis nuditatem indicentur. plures cupidines facimus: uel quia uaria libido est: (aliud eni alius cupit: unde Plato cupidinem multiplicem belluaz appellat:) uel q̃a sæpius euenit: ut idem pluribus se cupiditatibus dedat. matrem omnes uenerem habere unam dicuntur: idest libidinem. Venus enim libidinis effigies est. ferunt cupidinem furiam arsisse infernam: quoniã sũt: qui in amores turpes, detestandos, illicitos eruant: ut libro secundo allegoriarum de dijs abunde docuimus.

86 Cur per statum aeris pestilentem alij intereant: alij resistere possint. censendum id habitus ratiõe accidere. etenim qui corpore male habito sunt: ijs aer uitiatus exiguum quoq; materiæ: quod integrum extat corrumpit: atq; ita materiæ corporis omnes deprauatæ morbos plures: & insanabiles creant: ut mouendum sit. at qui corpore bene habito est: hunc pestilẽs aer aut nihil offendere: aut parum potest. habilitatẽ uero corporis esse, quæ causam illaz efficiendi euocet ad agendum: constat argumento materiarum externarum. Quercus enim difficilis passu ignis asperna trix est: harundo facilius ignem recipit: lõge facilius stuppa. uerum si stuppam madefeceris: & harundinem ceperis uiridem: quercum uero siccam: aut etiam sulphure illitam igni mandaueris: hæc facile corripi etur: flagrabitq;: stuppa & harunda nullum penitus ignem excipient. hoc eodez exemplo reddenda ratio est: cum quæritur: quam ob causam labor febrem ephimeram ex tempore diei unius appellataz: potius q̃ putridam facit: ecticam ex firmitate habitus no=

minatam quoniam si corpus spiritum integrũ habet naturalem: nullisq; materiarum recrementis uitiatũ sit: aptum iam constat ad genus morbi eiusmodi concipiendum. quo enim solidius, eo siccius: & perinde languori id genus opportunius est. cur item solis feruor alijs somnum afferat: alijs remoueat: eadem illa ratio est: quorum enim caput plurimum pituitæ continet: ijs ea ipsa humoris copia p solis ardorem resoluta: diffusaq; cerebrũ humefacit: itaq; adducere somnum potest. at quorum caput humore uacat immodico: ijs amplius resiccatum uigiliam auget.

87 Qua de causa sol hominem nigrum reddat: linteum candidius faciat: & ceram emolliat: lutum induret. Causam prædicta habet patientis materiæ aptitudo. materiæ nanq; nostri corporis excepta pituita, quotiens nimium recalescunt: per cutem nigrent. At linteum nitro: aut salsugine purgatum sol detersas maculas absumente merito candidius redditur. Sol item humorem ex cera penitiorem euocans omnem: emollit. luti nimium: summumq; humorem exhauriens. siccat: atq; indurat. quod si præter rem patientem: atq; efficientem aptitudo quoq; rei patientis causam affectus adhibeat: fieri potest, ut nos quoq;, si animum pietate muniamus: si corpus uictu sobrio tueamur: si spretis opibus magnis: contenti paucis degamus: labe humana immunes: quoad humanis uiribus licet: euadamus: dum scilicet occasionem rei efficienti nullam suggerimus: qua agere quicquã ualeat in rem patientem: siue dæmon infestus sit: siue sidus siue quodlibet aliud, quod extrisecus causã afferat nostri erroris, uel uitij.

88 Cur qui morbo laborant regio: astricta sint aluo:

excrementaq; admodum alba egerunt. Quoniã flaua bilis per totum corpus eorum effusa est: quod & oculorum, & de cutis colore indicatur: neq; ad intestina praeterea ita confluit: ut tingere possit excremẽta: neq; per suam acritudinem uim excrementorum intestinorum excitat ad feces eijciendas. Quamobrem ars medicinalis, quemadmodum caeterae quoque artes naturam sequens pro uiribus quotiens ualetudo urget aduersa: uiribus infirmis, & languidis corporis auxiliatur. cum enim stercus excernibilis beneficio incitatis, purgatisq; soleat: uidelicet ita, ut & intestina cum musculis ad ea ipsa pellenda emittantur: & stercus ipsum molle: ac lubricum per humores lentos intestinis oppositos contineatur: ars perquam apte clysterem adhibuit: qui mel uice bilis continet: mirum uero quia purgat: & morsu incitat intestina: & musculos ad expellendum aquam, atque oleum, ut humefaciat: emolliatq; feces. quae febrae exaruerunt. Constat enim alias naturam solã sine opera medici posse agere: ut cum iudicatur de morbis et materia: quae concoquitur. tunc enĩ natura ueluti aduersariorum duorũ arbitra morbi, & naturalis potẽtiae adest: & de aegro decernit: ac iudicat: alias medicum solum sine naturae auxilio subuenire: ut cum membra, quae suis semota sedibus sunt: medicus ipse reponit: & collocat: alias naturam simul: & medicum opitulari & cum medicus quidem sordida ulcera purgat: & obstrusa foramina referans, liberos meatus sanguini praebet: natura uero per inuisibilia foramina ulceris sanguinem syncerum transmittit: quem per elementorum immutationem ad eum finẽ confecit: ut carnem crearet. medicus item carnem re-

cens conditam,ætque infirmam medicamentis desic cantibus stringit:atque consolidat. natura colorem ad postremum adducit:& quoad maxime licet: expolit:& ornat.

89 Quam ob causam multi cum febre synocha & feruore continua appellata laborassent:cutez aliquã diu nigram post decretorium diem habuerunt: quoniam febris bili commissa est flaua:quæ morbo inualescente deusta atrum sibi colorem hausit.itaq; cũ iudicaretur:pulsa in cutem ab natura summa corporis tinxit:quo modo per albugines cutem reddi arbidam nouimus crassitudine uero materiæ accidit: ut difficulter color is deleatur.

90 Cur atra bilis si in mammam decumbat: aut in crus exesationem faciat:si in cerebrum:nihil exedat: sed insaniam tantum excitat. censendum propterea id fieri:quoniam in mammam uenæ amplæ permultæq; propter lactis originem coeunt.itaque atræ bilis copia illo confluit.& uero in crus bilis dilabitur largior:quoniam grauiora quæque ad ima tendunt facilius.at uero in cerebrum:quia & uenæ tenues:& assensus difficilis:parum bilis effertur ita ut pungire illic possit:exedere nequeat.adde q cum cerebrum non modo frigidum,uerum humiduz etiã sit:pungit aliqua ex parte bilis atræ naturæ:& mitigat.Quæ igitur bilis atra uehemens est:cancrũ est tantem in mammam gignit:ulcus diuturnum depascens in crure:insaniam feram in cerebro:quæ aut flauior est:fluctionem tantummodo agit:& tumorem cãcro similem sine exesatione creat:& ad insaniam uertit leuiorem.

91 Quam ob rez ubi aluus suppressa nihil reddit pa

pyrus prosit conuoluta in longum:intrusaq; in sedē Quoniam musculos sedis conlapsos: compressosque diducit humefacta: & excitat: quod idem etiam in ulceribus facit: quorum oræ inopportunæ contrahuntur: & conniuent. diductis autem musculis foras excedunt: & quicquid affligit, reijcitur.

92 Cur uasa, quæ baucalia nominamus strepitū quēdam. dum aqua implentur reddere soleant: unde nomen his inditum est. Quo modo & murmur: & susurrus, & reliqua factitia nomina dici inceperunt. Censendum id propterea fieri: quoniam uas cum nullam continet aquam: plenum aeris est corporis longe tenuioris. itaq; cum aqua in id uniuersum irrumpit: aerem tenuem facile p sua grauitate extrudit. simul eodem in uase contineri aquam, & aerem fieri non potest. demonstratū quippe habemus nunq̄ duo corpora locum eundem per idem tempus posse occupare. quod cum aer sursum uniuersus per locum expellatur: compressiorem strepitum excitari illum necesse est: neq; unum, sed plures. agitur enim ueluti pugna inter humorem, & aerem. cum deorsum aerē humor premat: aer sursum humorem compellat. hoc eniꝫ cū uicissim crebro agatur: merito accidit: ut etiam strepitus percrebrescat.

93 Cur uasa: quæ harpagia noiamus: si digito admoto foramen eorū superius obturetur: aquā nullā p foramen sui fundi emittant. sed si aptuꝫ sit: libere emittere possint. censendum hoc ppterea fieri: quoniā ore apto aer ingrediens aquam deorsum compellit. Cum etiam humor ipse labi deorsum aptissimus sit: atque ita efficitur: ut aqua quæ ore p digitū clauso effluere nequit: reserato libere effluat. hinc oēm fere fabricaꝫ

machinalem per aerem atq; humorem construimus. ut horologia:clepsydras:ut sonus simulachrorum:cæteraq; generis eiusdem.

94 Cur tam uinum, q̄ aqua delirium, atq; insaniam faciat: Si inopportune febrientibus detur. Cum hæc contraria inter se sint. frigida enim aqua: uinum calidum est. quoniam uini calor efferens sese ad partem superiorem, cerebrum cum febre deurit. itaq; primuȝ illud animi instrumentum: quod spiritus gerens specimen ætheris est: commotum. uexatumq;, uim, qua sapimus delirare, atq; improbe agere cogit. constat hoc argumento multorum qui cum corpore, & animo essent integro: suæ mentis esse, per usum meri frequentem atq; immodicum: desierunt. aqua sane. quoniam obtrudit foramina: & iter claudit. quo putris materia possit exhalare: putredinem: febresq; auget. itaq; facit. ut mens de suo statu moueatur. sæpe etiaȝ feruore nimio corporis aqua iniecta pro alimento febribus est: quemadmodum & fabri ferrarij non nihil humoris conspergere cōsueuerunt. ut carbones ardentius candeant.

95 Cur mulieres: spadones. & pueri uocem reddūt acutam. Quoniam eorum arteria propter humoris copiam dilatare nequit. diducere enim: amplificareq; meatus caloris unius interest: ut enim angusta tibia sonum reddit acutum: ita etiam canalis spirandi quæ arteria nominata est aspera: uocem pro sua angustia extringit acutiorem. haud enim andiēdi sunt qui mulieres propterea uocem acutiorem emittere cēseant: quoniam in parturiendo: uociferare iuuat ad partus facilitatem.

96 Cur infantes destillatio p̄exercet: q̄ sitiasis appel

lata ē: æstu tantisp detineri infantes multitudo dicere cõsueuit. febriunt eni pte interiori febre tenui. oculis subsidētibus reddũtur: uigilant omnino: debilitãtur. Censendũ ppterea hoc fieri: quia infantes pquaʒ facile affici possunt: & pituitã largiorē suo in capite cõtinent. ergo p æstus pituita recalescēs: putrescēsq; febrem accendit: & mēbranas cerebri feruefacit: ut insomnia augeantur. feruor deinde p arterias descendens ad sedem cordis: & spiritũ animalē feruefaciens, febrē sine putredine accendit. & uero bilis augeri p febrem solet: quæ mouere pfluuium potest aluum mordens: & intestina: causaʒ atq; originem mali esse in cerebro intelligimus eo, φ capiti admota quæcũq; refrigerant psunt: quasi feruor extinguatur: q inde ortus corpus totũ infestat: accidit hoc idē etiã firmæ ætati: cũ pituita redũdat ĩ capite: aut flaua bilis uel colligitur: uel etiã putrescit. Quin etiã p aerem, quē feruidũ trahimus mēbra spiritalia recalescunt: & febrem p feruorem nimium excitant.

97 Cur difficulter ulcera rotunda curētur. Quoniã p bilem acrem: atq; excedentem consistunt. exulcerãtur quippe in orbem: quotiens bilis guttatim cõfluit & excedit. itaq; fit: ut medicamenta, quæ admodũ sicca, & prope deurendi uim habent: afferre necesse sit. medici ita uolunt. naturæ uero, & sapientiæ studiosi curari hæc difficilius propterea dicunt: quoniam principium nullum est: undæ cicatrix adduci incipiat: circulus enim, & principio caret: & fine. unde figuram hanc ulceris ferramento immutandam censent in angulos: ut pars idonea sit: unde cicatrix oriatur.

98 Cur sæpe eueniat: ut locũ, quem statuimus petere

ptereamus. Quoniã noster sæpenumero animus rebus alijs occupatus diuersus ita est: ut sensibus non plane insistat ad ea ipsa pcipienda: quæ sua singulis sensibus habẽtur. fit igitur: ut quasi uidẽtes nõ uideamus. Quoniam illa uis non aduertit: quæ index rerũ sensibilium est.

99 Cur mel qđ omnibus dulcissimũ est: amarũ ab ijs sentiatur: q morbo laborant regio. Quoniã eorũ lingua bile amara redũdat: sic etiã quæq ps alia corpis. uel igitur materiã excitat quiescentẽ: & gustus bilẽ amariorẽ pcipiẽs falsam affert imaginationẽ: quasi mel sit amarum: quod dulce est.

100 Cur hominũ admodũ irascẽtium oculi rufi efficiãtur: quoniã ira sanguinis cordi suffusi: & spiritus calidi feruor est. hic igitur: ut tenuis ad caput effertur: atq ad oculos: quoniã plucidi sunt: se ostendit: & uapores ascendunt sanguinei: unde facies quoque rubicunda existit. hoc & Homerus cum ita fieri aduertisset: ex ritu: ardenti candebant lumina flammæ. retulit.

101 Cur serpentes aqua aspersi infestẽtur: & fugiãt. Quoniã natura sunt frigida: sicca: neruosa: exanguia. hinc enĩ refrigerationem immodicam fugiant necesse est. habitu uero serpẽtes esse eiusmodi cõstat. eo q p hyemem latebras: & terræ pfunda: quæ p id tempus calidiora sunt: petunt: cõtraq p æstatem q terræ ima refrigescunt: inde discedunt: & loca poscũt tepidiora. quin etiam sole occidente aerem sæpenumero fugiunt: ut frigidiorem.

102 Cur ouum non quẽadmodũ cũ assatur: sic etiã cũ in aqua feruenti decoquitur: rumpi possit. Quoniã ignem sine aqua experitur: humor cõtentus in eo im=

modice recalescens copiam spirituũ parit largiorē: quæ cum p angusta exire cogatur disrupto oui tegu mento exiliat necesse est. quod idē fit etiam in dolijs cæterisq; fictilibus. si prius: quã mustum efferueat: obturentur. adde q flamma nimia testam oui corri= piens rumpit: quod etiã uasis fictilibus euenit: cũ ul tra modũ torrentur. quapropter ouum pleriq; ante, q̃ igni admoueant: aqua diluũt. at uero aqua ebulliẽs paulatim p sua mollitudine humores effundit: absu mitq; relaxando, non subito corrumpit.

103 Cur p uenereum coitum oculi paulisper cõniueāt censendum id ppterea fieri: quoniam in concumben do ita uoluptati nos dedimus: totiq; dilabamur: ut erigere oculos: animumq;, & sensũ in subblime eue here nequeamus. quo fit ut animus minus corporeas sentiat affectiones.

104 Cur non nulla ex medicamentis simplicibus ui= res contrarias simul contineant: ut experimento la= tissime patet. Masticha enim & abstergit: & di= gerit: & firmat: acetum calefacit & frigefacit: di= xerim uires illas contrarias ppterea contineri: quo= niam eorum particulæ indiuiduæ p appositionē non p confusionem coeunt: ut arena si lento congluti ne= tur humore: inq; unum corpus coagmentetur: non p confusionem corpusculorum suorum in corpus: quod unum uidetur concrescit: sed p coniunctionem: conta ctumq; consistit. ergo fuita est: contrarias qualitates diuersis particulis mastichæ: aut aceto inditas: con= fundique inuicem recusantes: existimasse absurdum non est.

105 Cur p offensionem digiti pedis inguen intu= mescere soleat. Quoniã natura subuenire parti cuiq;

dolenti soleat: & cu3 materia, quæ esculenta: cogna ta, & benignior est sanguine inquam pro uehiculo utatur: cum in digitis pedis descendit cum sanguine: uenas amplissimas sanguinis impleri, & pinde adenes, quæ corpuscula rotunda sunt posita inter sanguinis cōceptacula: necesse est. ergo p immodicā sanguinis rarefactione3 inflammatio excitatur, & tumor: quæ quidem res inguen a parte: qua oritur corporis nomen acceperat.

106 Cur auium generi uessicam, & renes natura dare noluerit. Quoniam larga humoris copia opus erat ad pēnarum ortum: & incrementum. quin etiā continens uolandi euibratio potest absumere humorem. aues igitur hac de causa usu mingendi caruerunt: cum tamen bibunt: stercus larga cu3 copia humoris eijciunt.

107 Cur pueris calculi in uessica nascuntur: senibus uero in renibus. Quoniā renes puerorū meatus continent præangustos. hinc enim terrena, crassaq; permanans materia p renes ui arctioris meatus ab urina, & renibus, canaliculatisq; cōceptaculis ꝓpellitur ad uessicā. hæc locū præ sua amplitudine dat tū excernendi: qua affluat ruina: tu3 cōsistendi: qua materia subsideat calculi. at seniorum renes, quoniam meatu sunt ampliori: locum & urinæ effluendi præbere possint: & terrenæ materiæ subsidendi: & cōcrescendi. calore autem calculi quæ nam materia sit: quæ peperit: nosci potest.

108 Quā ob causam cum calculus p calorem cōsistat (pueri nanq; calidi sunt) & tin senibus non nisi per illam eandem causam concrescit. haud enim tantam refrigerationem esse in illis putandum: quātam ni-

uem & gelu contrahunt. quippe cũ summum frigus renes oino interimere possit. cur inquam si ita est: nõ medicamentis cõtrarijs ad resoluendam calculi con=cretionem utamur: sed similibus: idest calidis: ut sa=xapio: ut feniculo: & eiusmodi cæteris ipsum ꝑ ni=miam ustionem: exactionemq; accidit: ut calculus in arenam frangatur modo pulueris: qui ex fictilibus immodice torrefactis dilabitur. itaq; minuti calculi facile cum arena minguntur. fieri tamen potest: ut etiam ꝑ frigidam potionem calculus expellatur: ui=delicet cũ renes ita corroborentur: ut bonis admodũ uiribus ꝑ uim excernẽdi eijciant: necnon ad renũ fer=uorem immodicũ: qui calculorum concrescendorum causa est: frigida potio extinguit.

109 Cur ulcera tam renum, q̃ uessicæ difficulter curẽ tur. quia urina ꝑ suam acritudinem recẽtem cicatri=cem relacerat. unde fit: ut & difficilius curentur: quæ in uessica constiterint. manet enim in ea urina. transit uero tantũmodo ꝑ renes.

110 Cur aquam ingressi balnei: calidiorem postmo=dũ sentiamus: si moueatur. Quoniam ubi ingressi su mus: aqua quæ calida nobis obducta est: non solum egit: uerum affecta etiam est. quippe quæ & corpus calefecerit nostrum: & refrigerata ex eo aliquãtu=lum sit. res enim omnes: quæ sub ortũ: atq; interitu; ueniunt: dũ efficiunt: effici etiã ipsas demonstratum plane habemus. Quin igitur aqua refrigerata parũ=per: non ex æquo præterea calefaciat: minus post, q̃ principio calida sentiatur: necesse est: præsertim cu; ne assuescendi ratio desit. quod si aquam mouerimus partem: quæ obducta nostro corpori, & proinde moderata non est: diuertimus: calidioremq; aliam;

quæ nõ effecit: affectaq; est: alliciemus. quã suũ item imodicũ seruantẽ calorẽ: merito calidiorẽ: & merito ꝓpe urentem tantisper experimur: donec etiã hæc efficiat: atq; efficiatur. itaq; suo in calore frãgatur: q̃d uice parifacere licet p successionẽ. quãdiu eñi aquam mouemus: tandiu calida, ut est: quæ accedit: ꝑcipitur unde qui amplius sese calefieri uelint: aquaȝ assidue mouent: quãdiu libeat calefieri.

III Si omne cũ moueatur: calidius se ipso effici solet: ꝑsertim si in aere: atq; loco feruẽtiore moueatur: cur aer agitatus: uẽtilatusq; frigidior sentiatur: & quidem p æstatem cũ solis calore feruescit ardẽtiori. hoc eñi rationi pugnare uidetur supiori. Quãdo quidem aqua si mouetur: calidior reddatur. aer autẽ si uẽtilatur: frigidior occurrit. Censendum hoc fieri ꝓpterea: quoniam quod qualitate: aut uiribus superat: quanq̃ euincere id põt: quod eodẽ in genere minus est: tamẽ ita euincit. ut etiam ipsum mutuo aliquãtulum efficiatur: a minori aqua igitur: quæ admodũ calida corporis nostri comparatione est: dum calefacit: refrigeratur: nec eandem seruare qualitatem ꝑterea potest. at circumfusus aer: cum per æstatem mediocriter calidus uidelicet aquæ illius feruentis comparatione: nostris obducatur corporibus: quæ statu cœli calidiori referuent: calefit: itaque nos mutuo calefacit. quod idem linea quoque faciunt uestimenta. frigida enim primum calore nostri corporis obtepescunt: deinde nos mutuo calefaciunt. ergo cum aer: qui iam calefactus a nobis est: per uentilationem e nostro se moueatur corpe: atque alius non calefactus accedit: merito is sentitur frigidior: qui subinde accessit.

112 Cur ulcerum cicatrices: quæ in pupilla oculi constiterũt: albæ uideãtur: cũ extra pupillã: pte (in quã) oculi nigra: cicatrix nulla alba induci possit. Quoniã liquidus: ac plucidus ille spiritus: cui uidendi uis data est: p pupillã tantũ pmanat: idcirco euenit: ut ubi cicatrix meatus tunicæ corneæ obcæcauit: spũs ille trãsmeare ptere a nequeat. itaq; coactus cicatricem p sua copia maiorem in modum in lustrando reddere albam potest: & facultas quoque uidendi propterea tollitur: quoniam p cõdensationem ocelli: spiritus non emanet.

113 Cur ut paleæ aquã seruare calidã: ita niuẽ cõtinere integrã possint: cũ aduersæ sint istæ inter se qualitates. naturã palearũ certa: explorataq; qualitate uacare censeo: quã obrẽ nõnulli paleas apœas, quasi sequales nominarunt. cũ igitur media: & (ut ita dixerim) dubia temperatione constent: qualitatem eorũ quibus obductæ sunt: celeriter capiunt. itaq; seruare modo calida: modo frigida possunt.

114 Cur: ubi p hyemem imber desijt. stellæ illustriores uideantur. Quoniam tam aer supior: quam inferior p agitationem extenuatur: & quasi p imbrẽ detersus cõspectum synceriorẽ corporũ cœlestium pstat & trãsitum liberiorem oculis pbet: & ampliorem. constat hoc argumento eorum corporum: quæ aquis demersa puris: atq; dilucidis clara: & nitida pcipiũtur: turbulentis uero: & feculentis: aut nullo modo uideri possint: aut obscure: & dubie.

115 Cur sæpenumero accidat: ut inter mingendum inhorrescamus. Quoniam bilis acrior confluens: & mordens uessicam: totum excitat corpus ad cõsentiẽdum: protendendumque paulisper suas excernendi

uires·horror enim talis excitatio est·quod quidē pue ris potissimum accidit : quoniam illa ætas largiore excremētorum copia redundat:propter nimiū edendi usum:& uarium·

116 Cur dolores si noctem magis soleant augeri·quoniam p id tempus animus ociosus est nullis uidēdi: aut audiendi:aut gustandi:aut cuiuslibet sensus negocijs occupatus:tractusque ad exteriora:hac de causa corpis affectiones p sensum tangēdi amplius percipit·actiones eni paucæ p noctem animales seruantur spiratio inquam:& cogitatio·animum uero ductuꝫ p actiones ad exteriora minus corporis affectiões pcipere constat:eo:ꝙ cuꝫ aut lugemus:aut ægrotamus: aut alia qualibet molestia angimur:amicorū præsentia,& sermo leuat nostrū malum:& mitigat·neqꝫ uero ignorare debemus naturam suis actionibus minus interdiu fungi solitam·coctione inquam ciborū materiarum mutatione sanguificatione: digestione: munificatione:agglutinatione:assimulatione: cæterisqꝫ generis eiusdem:animū autem suas per id tempus exequi potius actiones ad usum mouendi:sentiēdi:imaginandi:cogitandi:reminiscēdi: & quicquid eiusmodi:contraqꝫ per noctem naturam magis:animum minus agere consueuisse·

117 Cur uitra p hyemē:si qd uehementer calidū immittatur:rūpi soleant·Quoniaꝫ frigoris multum ex aere ambiente gelido auxerūt·quotiens igitur ante, q̄ uitrum tepefacimus:aquam feruentem indimus: caliditas cōtrariā sibi frigiditatē psequitur: tuꝫ illa derepente fugiens una cum ipso spiritu distrahit corpus cōtinens uitri:atqꝫ dirūpit·foramina quippe corporis uitri& si uisum:sensumqꝫ nullū patiūtur:

tamen non nihil aeris tenuioris contineat naturæ ra
tio exigit. Sunt qui per nimium rigorem frigoris ex=
ficcari, indurariq; corpus uitri existiment: quoniam
quantum in eo est tenue, uel humoris, uel aeris expri
matur: inde & euanescat. itaq; ruptioni. fractioniq;
reddere opportunum cum lignum exaruerit. hinc. n.
Hyppocratem quoq; medicum uenas rumpi a frigi=
do scripsisse affirmant. Ergo si ita est: cum nimius ca
lor amplius uitrum resiccet: quod sicciusculum occu=
parit: merito id irrumpere potest: si tamen prius, q̃
subeat calor: molliter tepefiat: ac moderetur: nullum
penitus sentiet detrimentum. quemadmodum athle=
tæ cum perluctandi certamen adituri sunt: oleo sese
permulcent: ac reddunt ad flexus, tractusq; inobediẽ
tiores. & enim qui modulorum sunt studiosi: ante,
q̃ ad rem ueniant: promere non nihil consueuerunt:
quo spirandi meatus relaxent: & membra emolliãt
ad uocem eliciendam elegantiorem. fit enim ut rela=
xatis meatibus, rigor facile cũ spiritu obeat: & mol
lior constantia uitri relinquatur: quæ cedẽs calori su
peruenienti immunis ruptioni omni persistere uale=
at uitrum autem foramina continere inuisibilia: uel
uasorum fictilium argumento probari potest. naʒ ni
si pice intus crustentur: aquam large per æstatem re
sudant: quam continent. quin etiam uitrum ipsum ꝑ
æstatem aqua admissa frigida resudare: per hyemem
si aquam continet feruidam: fumigare uidimus: &
corticem uero mali medici: si uitrum admotũ extrin=
secus collidas: humor contentus qualitatem corticis
recipit: ut possit eundem reddere odorem.

181 Cur pueri præsertim infantes in terram nõ facile
quemadmodum uiri infringantur. censendum cor=

pora puerorum propter suam molliciem sic duriciæ soli cedere: ut eius uires intentas, rigidumq; ictum resoluant: & hebetent: adeo ut parum affici possint. at uiri, quoniam duro sunt corpore: soli duritati, aut lapidis cuiuspiam renituntur. itaq; amplius ictuз intendunt: ut lapis pro sua acriori duritia agere efficacius possit. hac eadem ratione spongia quoq; frangi non potest. uitrum autē, & fictile, & aliud quodlibet generis eiusdem cum ceciderit: frangitur. hinc etiam causam duces: cur uehemens uenti ipetus quercum euertat: harundinem illæsam prætereat. quercus enim ut prædura, ualida, ampla, excelsa uento remittitur: itaq; facit: ut impetus plenius intendatur: atq; fortescat. harundo ut mollis, leuis, tenuis. breuis huc & illuc flatu cedens aduerso uires noxias tuto transmittit, & hebetat. hinc & athleta cuз suo resistit, atque enititur aduersario: uires sibi contrarias auget: cum aliquantulum cedit: & huc & illuc circuз magis resoluit facilius: & prosternit.

119 Cur infantes: cū modulos audiant: primū uagitu cessent: deinde dormire incipiant. Quoniā modulandi ratio, quæ musica noīatur: essentiæ nostri animi indita a natura est: ut etiam cæteras oēs scientias haberi insitas opinio fert: nō aliter q̄ in igne calor insitus sit: neq; p doctrinā quicquā acquiri: sed p reminiscentiā, atq; recordationē oīa sciri Plato autor est. igitur quoties animus concentū aliquē modulūq; cōptiorē sentiat: primū reminiscens: ac repetēs cogit infantē quiescere: tum pmultus in somnū uertit. sic eni intelligendū: ut artes oēs habitu syncero, promptoq; in animo insint: quandiu imunis luceat sordibus corporis: demerso autē in corpus, pollutoq; oīa obliuiōi

mandentur: & delitescant.

120 Cur nutrices cum in somnuz uelint puerulos uertere: mouere eos consueuerunt, ut humores delapsi p agitationem cerebrum moueant: quod homines ætatis perfectæ nunq̃ patiuntur.

121 Cur aliqui ex uinolentis gemina uideant. Quoniam musculi oculorum uarie humore completi, fastiq; proni & languidi: oculos deprauant: uertũtq; alterum sursum: alterum deorsum. itaque radij oculorum non eundem in locuz præterea concursare possunt: sed diuersæ partes eiusdem corporis adeunt: ut cum radij seorsum mittantur: conspectum rei geminari necesse sit: constat hoc etiam eo, q̃ qui alterum oculum premit: sursumq; ipellit: gemina oĩa uidet.

122 Cur qui ab ortu naturæ strabones sunt: gemina non conspiciunt. quoniam oculos non sursum, deorsumq; habẽt deprauatos: sed dextrorsum, ac sinistrorsum. quod enim oculi suum obtinent situm, id est directum: radij eundem in locum profluant, atque idẽtidem referant necesse est.

123 Cur pubescẽtes adulescẽtuli uidelicet annũ ætatis circiter quartũdecimũ uocẽ reddere asperiorẽ incipiant: q̃ tragescere a uocis hyrcinæ asperitate dici solet. Quoniã p id tẽpus natura parens, & gubernatrix humani corpis magnã, uniuersamq; agit mutationẽ. argumentũ q̃ fœminarũ mãmas tuz ampliari solitũ ẽ: ut lactis idonea sint cõceptacula: & sedes quoq; augetur coxarum: ut capax sit fœtus futuri. uirorum pectus, & dorsa amplificantur: ut onera substinere ualeant grauiora: testes itẽ ampliores reddũtur: ut semen satis gignãt: & teneant: & coles insignẽ accipit magnitudinẽ: ut p ampliorem meatũ

genitura expeditius profluat. Quin etiam totũ corpus ijſdem ipſis ampliari ſolitum ſit. quod uel morborum mutationes, abolitioneſq; indicant: & uocis ergo aſperitas: qua de re agimus: per ſpiritalis membri immutationem tunc euenit. cũ enim arteria aſpera dilatetur: accidit, ut partim plus: partiũ minus incrementi proueniat: eiuſq; pars interior inæquabili ſtructura ad guttur uſque accedat. igitur ſpiritus cũ per eas partes emanet: quaſi per itineris inequalitatẽ impugnat: uocem etiam inæqualem: aſperaq; & raucam agit: quod idem etiam accidat ijs: quorũ arteria destillatione infeſtante affecta per ductionem eſt. de la pſo nanq; humore leuis interior membrana facta inæqualis: exitum etiam ſpiritus præſtat inæqualẽ. talis hyrcorum quoq; arteria eſt: & guttur, ob nimiũ humorem: & qui immodice oleo utuntur: illo eodẽ uitio non carent: qui cum per intentos, frequenteſq; clamores rauce proferant: hi deniq; ſiccitate arteriæ uocem reddunt inæqualem, & aſperam. At uero gruum arteria, cæterarumq; auium, quæ raucæ uociferantur facta eſt a natura omni ex parte aſpera: quoniam ita eſſet ad id cõmodior: quod autor illa, et parens omnia ſpectabat. poſt pubem uero adoleſcentes trageſcere deſinunt: quod iam in plenũ arteria tota ſit dilatata: ſuãq; naturalem æqualitatem receperit.

124 Cur oleum epotum uomitum moueat: & potiſſimũ bilis flauæ. quia ut leue, & ſuperiorum appetens, cibos ad ſtomachum inuitat: & effert quibus ſtomachus ipſe oppreſſus, aggrauatuſq; uim excernendi incitat ad euomendum: ſed maxime bilem reijcit flauam: quia leuis hæc, & tenuis eſt: & facilius petens ſuperiora. oleũ uero factũ ſic eſſe a natura: ut

ſemper ad locum tendat ſuperiorem: perſpicuum eſt: quoties autem cuiquaƺ miſcetur humori: recipit ſe ad ſedem ſuperiorem: & innatat.

125 Cur oleum humidis nullis ſe permiſcere patiatur quia cum lentum, ſuique pertinax ſit: in particulas ſe cari indiuiduas. cæteriſque humoribus commiſceri ne ſcit: hinc dilapſum quidem in humum poteſt celeriter ſubire.

126 Cur oleum, & aqua ſæpe: & facile gelu durentur: uinum, acetum: garum: aut nunquam: aut rarenter cōgelaſcant. Quoniā nulla exuperat qualitate: ſƺ medio potius cōnſtat temperamento: refrigerari ob eam rem cito poteſt: atqƺ adeo uehementer: ut ſtrigatur. & cōſiſtat. aqua quia frigida eſt: facilius ſe ipſa frigidior redditur. itaqƺ gelaſcit. at garū quia tepue: & calidū eſt: idcirco minus perriget, & uinū quoqƺ eadem illa de cauſa poteſt reſiſtere. acetuƺ uero q̄a partibus tenuiſſimis conſtat: incongelabile eſt.

127 Cur quæ contraria ſunt qualitate: efficere identidē ualeant. nā ut frigus, ita etiā calor humorē ſtringit. aqua enim gelu cogitur: calculus calore in ueſſica cōcreſcit. p̄ diuerſas id effici uires cenſendū eſt. Calor enim quia nimiū abſumit: humoreƺ indurat. gelu q̄a cogit: conſtipatqƺ: humorem omnem calidiuſculū exprimit. ſicut ſpongia manu compreſſa humorem quē ſuis in foraminibus continet: emittit.

128 Cur ſæpe contingat: ut frigus ægrotum affligens ſe remittat: ſi ſtrepitus: aut aliud quodlibet terrificum per id accidat tempus: quo frigus urget: aut ſi aquæ copia in ægrotum uniuerſa iaciatur. Quoniaƺ ſæpenumero materijs iam per temporis ſpatium coctis: attenuatiſqƺ: calor naturalis ex cute ad parteƺ

corporis interiorem uniuersus irrumpens materiam morbi digerit & absumit. quod idem etiam facere theriaca potest: & pars magna generis calidi: & sicci: modo opportune post concoctionem sumantur.

129 Quam ob causa in speculis, atque aquis dilucidis nostram speciem conspicere ualeamus. Quoniam oculorum radij profecti in corpora, quæ nobis splendida obducta sunt: refranguntur: ac suam repetant sedem. speciem enim nostram iam sibi habet obductam postq̃ refracti sunt. itaque illam conspiciunt.

130 Cur uastæ, synceræque speluncæ, & loca excelsa, puraque soleant resonare. Quoniam loca eiusmodi, ubi aerem ictum, quæ uox est: exceperunt: refringunt, nobisque reddunt eundem aerem: quem nos percussimus afformauimusque in uocem: uox enim aerem: aer locũ ferit: & quo plenius percussus hic percutit: eo uehementius resonare necesse ẽ. loca humida, utpote molliora illato ictui cedunt. itaque omnis impetus elãguescit: ut nulla effici possit reciprocatio: errore igitur uulgus echo reueretur, & colit. errore Pana deum illam arsisse credidit. Pan enim homo doctus causam resonantiæ primus indagauit: ductusque auiditate noscendi cum aliquandiu inscrutando elaboraret: moleste ferebat: more eorum, qui puellã: quã arserint, potiri non queunt ut etiam endymion homo cælestium cursuum studiosus, cum lunæ cursus, faciesque uarias quæreret. noctesque uigilaret: interdiu dormiret: delitiæ lunæ fuisse, somnoque dormiuisse inexpugnabili, edoctusque ab ea, ut philosophus causæ ipsius solutionem fingitur. illum etiam pastorem fuisse ferunt: quod in solitudinibus, ac excelsis montibus lunæ motum specularetur: citharam uero habuisse: quia quæ alta sunt: a

uentis magis efflentur, siue ꝙ concentum cœlestium figurarum indagauerit. Quinetiam Prometheus, qđ studio rerum cœlestium flagrarit: naturamque, & situm, & causã syderiæ aquilæ indagando elaborarit: libidineq; pernoscendi tabuerit: dũ beneficio Herculis hominis doctioris rem didicerit: quam desyderauit: fabulam de se præbuit cruciatibus liberari opera Herculis: qui Aquiliam iecur lacerantem, exedentemq; amouerat.

131 Cur aqua manens, parumq; alta iacto in eam lapide orbes agat permultos. censendum lapidem per sui iactus uehementiam undiq; aquam a se propellere: atque ita orbem agere primum pleniorem: sed cũ ad terram usque lapis deferatur. suaque mole aquam deinceps secet: dispellat que: merito non unum: sed plures orbes conficere poteſt. primum enim aquam per summa feriens: dirimit: inde suo continenti delapsu despellendo alium: atq; alium urbem: ducit: idq; tantisper uice agitur successiua: dum lapis stet: atq; quiescat. quod tamen se lapidis contentio paulatim remittit: idcirco orbem posteriorem eo, qui proxime anteceſſit: minorem obduci neceſſe eſt. quando etiam aqua uarie hunc scilicet in modum lapidis iactu depelli consueuit.

132 Cur mulæ parere nequeant. quoniam ex aĩalibus constant specie diuersis. miſtio enim seminũ: quæ tã habitu: q̃ natura inter se discrepant: aliud quidpiam præter uires suorũ simplicium conficit: & naturã eorũ penitus abolet: queẽadmodũ albi & nigri mistio obolitis extremis coloribus aliũ parit colorẽ fuscum noĩatum: qui neuter extremorũ eſt: igitur habitus genitalis aboletur: & specierũ habilitas omnis

destruitur: quae creatrix certi indiuidui est.

133 Quamobrem qui surdi ab ortu naturæ sunt: iidē & muti uiuant. Quoniam quæ nunquam audierūt: hæc fari nequeunt. medicis tamen placet: ut par idem neruorum sit. cuius pars altera ad linguam: altera ad aures usque porrigatur: atque ita necesse sit communem accidere affectionem. Verum mutos fieri: qui ex morbo surdescunt: negant: præterea quod pars altera tantū: quæ scilicet audiendi officio delegata est: suas uires amiserit: & mutos quoque eadem ex causa: non etiam surdos reddi affirmant. uidelicet quod alterius nerui linguæ accommodati læsio est.

134 Cur plerique post: quam ieiunarunt: cibo ingesto frigere incipiant. Quoniam usu solito cibi prætermisso uilescunt: & materiam aggregant acriorem. post enim cibo ingesto membris iam confirmatis: bilis cutem uersus expellitur: itaque fit: ut rigor oriatur cum bilis membra remordeat: excitetque ad repellendum.

135 Cur sues: cum sursum uidere cogantur: sileant. Quoniam genus id animantium unum semper pronum in terram est: cibi auidum: & rebus gaudēs foedis: ac sordidis: idcirco subito mutatione conspectus stupescit: lucisque copia perculsum uocem emittere nullam potest. sunt tamen qui asperam huius animalis arteriam comprimi per angustiam uelint: cum in sublime erigitur.

136 Cur stercoribus sues gaudeant. Medici rationem reddunt: quod iecur habeant maximū: quod quidem mēbrum sedes cupiditatis: siue libidinis est. Aristoteles philosophus aliter docuit: quod enim sues naribus crassis: interceptisque sunt: idcirco uim hebetē olfaciendi

habere: itaque fœtorem nequire pcipere scripserat.

137 Cur ulceribus sanescētibus inflāmationeque cessante, prurigo soleat excitari. Quoniā mēbrū iā corroboratū reliquias materiæ noxiæ: quā ulcus commiserit: expellit. cū eni p cutem illæ digerantur: atque excutiātur pruriginem pariunt.

187 Cur alterius oculi morbus grauior: multoque diuturnior esse: quā utriusque cōsueuit. rō bifariam reddi pōt: aut enim quia fluxio in alterū tantū oculū tota decūbit: redditur nāque infirmius: qd̄ diuiditur: eoque magis hebetatur: quo sectuz numerosius est: aut quia cum alter integer oculus frequenter se moueat: cogit etiam ægrum totiens moueri: quod noxium est. quietem enim summum esse remedium membri affecti nouimus.

139 Cur homo amplius: & crebrius & uehemētius quā cætera animalia soleat sternutare. Quoniam cibo, & potione largius, magisque uarie utitur: & sæpenumero ultra satietatē repletur. hinc enī cū cibos satis cōcoquere nequeat: multum spiritus ob humoris copiā mouet: spiritus uero præ sua tenuitate efferens se ad cerebrū: cogit id crebro ad se expellēdū incitari. strepitus itaque mouetur. Quoniā p nares meatus deniqz arctiores spiritus extrudatur uniuersus: quēadmodum etiam ad ptes inferiores spiritus idez euolutus murmur p intestina excitat: & per sedem insigni cum sono excedit: atque etiam ad superiora enixus ructum per stomachum agit: & uocez p guttur, & sonitum, ac tinnitum per aures.

140 Cur defunctorū pili, & ungues augeri aliquandiu soleant: an nō augeri censendum: sed carne emacerata, cōsumptaque ptes imas, quæ ante opertæ late-

bāt:detegi:atq; patere:itaq; fallere quasi p adiectionē auctum quicquā sit:an quod nōnulli uolunt: augeri ungues uel mortuo hoie ppterea possunt:quoniaz p excremēta:uacātemq; materiā oriātur.mortua autem corpa in recrementa p cariem resoluunturq uæ cum p foramina:extremaq; corpis effluāt:merito pilos augent:& ungues

141 Cur digitis manuū potius:quā pedū nascantur: quæ albugines appellatæ sunt:& p puerilē magis: quā p firmam ætatem.Quoniā pituitæ excremento oriuntur:quæ in pueris potius ut edacioribus: atque ociosioribus superat.unguibus aūt pedum minus ppterea hoc accidit uitiū:quoniā pedes p ambulationē frequētē:& agitationem āplius exercentur.itaq; uacātē illā materiā digerūt melius : atq; absumunt.

142 Cur pili pedum non cum barba:aut capillis : sed lentius canescere soleant.eadem illa reddenda rō est. pedes enim p continentem:cōtentioremq; ambulationem excrementum pituitosum:quod canos efficit:digerunt:atq; consumunt:& pubes quoq; sero canescit quia pars calidior est : & pituitam absumere p coitum uenereum potest.

143 Cur homini uox:atq; sermo lente pficiatur:cætera animalium genera aut statim:aut paulo post uocem suam reddere plene incipiant.Quoniam uox hominum multiplicior:& artificiosior est,& doctrinam magis desyderat.bestiarum simplicior:& naturalis potius est:quam animalis.

144 Cur plurima ex animalibus suas peruibrare caudas soleant:cum notos sibi agnoscant:& cur leo iratus costas p caudam uerberet:atq; etiā taurus. Quoniam dorsi medullam ad caudam usq; habent porre

ctam: quæ uim cõtinet animalem: & motionis auto rem. igitur cũ animal notũ sibi agnoscat: p caudam: quasi p manum ritu hominũ excipit: & ptem sui cor poris mouet: quæ agilior: & pmptior est. Leonũ ue ro & Taurorum anima: ut per iram affici potest cum natura: sic eandem naturam propterea moueri uehementius cogit: ut etiam homines sæpe manus: aut aliquam sui corporis partem per iram percutere nonimus. cum enim illico ulcisci animus nequeat: alio quodam modo feruorem suum extinguit: idest ictu, aut strepitu, aut alio quolibet generis eiusdem remedio.

145 Quam ob causam hordeum tostum: redactumq; in pulverem cicatricibus equorum cõspersũm faciat: ut pili non albi: sed cæteris unicolores oriãtur. Quo niam uim discutiendi: purgandiq; obtinens: deter- git, atq; absumit excrementuz pituitæ: atq; materiã omnem uitiosam: quam ulcus p membri infirmita- tem collegerat.

146 Cur hominibus pili p cicatrices oriri nequeant: equis uero queant. Quoniam cutis hominum spissior est: quod pili indicant ipsi: qui molles, ac tenues sunt & cicatrix uero, q longe q̃ cutis spissior foramina oĩno adducit: & excæcat. at uero equis laxior cutis est: quod pilis eorũ pcipitur: qui duri: crassiq; exeũt: quare cutis foramina claudi ex toto p cicatricem nõ possunt. ergo cum subiecta: collectaq; excrementa p meatus tenues, qui relicti sunt: exeant: & cõcrescãt: pilos gignunt: & augent.

147 Cur hominibus morsis a dipsade: sitiq; ob eã rez intollerabili detẽtis, theriaca, quæ calida, & sicca est: sitim epota extinguat: nõ augeat. Cẽsendũ nõ sui

habitus rōne theriacā sitim posse extinguere: sed auxilio, quod mēbris afferre offensis pōt: & suæ penitioris naturæ rōne. constat enim ex pluribus herbis: quæ singulæ membris principalibus subueniunt singulis. Dictamum enim cordi accommodatur: quippe q̄d mirifice cor firmet: atq; cōseruet. Eupatoriū iecur adiuuat. Scolopēdrium lienem: Petrapium os uentriculi. Hysopus transuersum septum: atq; pulmonem. Inula campana renes. ruta laxum intestinū. Gentiana cerebrū. Seseli uessicā: his oībus uiperarū carnes miscentur: quæ ui suæ naturæ cōtra uenenata oīa genera: omnemq; illatam iniuriam: auxiliantur. Igitur cū membra omnia præsidium sibi ex theriaca trabant: merito malum sedatur: quod sitim creat: atque ita extingui sitim congruum est.

ALEXANDRI APHRODISIEI PROBLEMATVM LIBER SECVNDVS THEODORO GAZA INTERPRETE.

q Vam ob causā: qui p arduam febrē insaniunt: ut laxius: sic plenius soleant respirare. Animam p neruos: ac musculos fungi suis muneribus certū est. Pectus igitur: totusq; thorax per ea ipsa mouetur media. sed quoniā uires animæ læsæ sunt: deserunt suū officiū: nec neruis & musculis ex equo præterea īperāt. itaq; merito fit: ut spiritus interstitione reddatur laxior. plenius tamen eius gratia rei effunditur: ut cor satis possit refrigerari. uis enim uitalis exurgit. &

uim animalem stimulat: interitum plane minitans nisi suũ ad munus redeat: spiritumq; reddat: & tra hat. Ergo q̃d anima exequi assidue ꝓpter morbũ ne= quiuit: hoc uires cordis ob sui usus necessitatẽ ampli tudine spirandi cõpensare cõsueuerunt.

2 Q ua ob causam æstuosos esse necesse sit: quorũ pulmo inflãmatione laborat. Q uoniã eorũ pulmo humoris copiam cõtinens: calorẽ excipit aduẽtitiũ. factus enim sic est: ut assidue moueretur: hinc uapo= res quoq; citãtur: qui suam ob leuitatẽ sese ad sedem cerebri efferunt: qua concrescunt: & in naturã suæ originis transeunt. quod idem etiam in balneis: atq; opertis lebetibus euenire uidemus. uapores enim suũ omnem calorem amittunt: redduntur que ex natura cerebri longe ortu suo frigidiores: atq; ita morbum creare aliquem possunt.

3 Cur tabe ij cõsumantur: q̃bus gargar penitus ab= scissum est. Q uoniã quãdiu gargar tegmẽtum gut= turis extet: aer: qui ꝑ os trahitur: recalescit: & ante= quã adeat pulmonẽ desistit a suo ĩmodico frigore: cõ tra uero illo detracto aer prius ad pulmonẽ defertur quã moderetur. itaq; supra modũ refrigerat: & san guinem cõtentum in conceptaculis indurat: & pul= monem facit tardiorẽ. ꝙ cum ꝑ uim pulmo moueri enitatur: rumpuntur conceptacula sanguinis: quam= obrem tabem oriri necesse est. Hic addidisse non ab re forsitan sit: quid gargar: quid columella: q̃d una oris significet. Gargar illa carnicula est: quam gut= turi ꝓ tegmento natura addidit: nomine absoni ge= nere indito ut etiã susurrũ: & murmur: & reliqua huiuscemodi nostri maiores nominarunt. Columel= la uitium gargaris est. cum scilicet in longum ꝑ flu=

ctionem adducitur : & uuam quoq; gargar idem p morbum appellare solemus : quotiens p inflammationem speciem accipit uuæ acini·sunt qui fundibulum gargar ipsum appellent:eo q supra amplius:infra arctius est·

4 Cur hominu; malæ rubeant:quorum pulmo inflammatione laborat·Quoniam sanguis cum in pulmone ebulliat:uaporem sibi similem emittit· quod enim oritur:similitudinem suæ originis pferat : esse necesse ppetuum est·Hic igitur uapor cum præ sua leuitate ad malas se extulit:consistit:atque ita p cutis tenuitatem: ueluti p uitrum colorē suum ostendit·

5 Cur pituita p hyemem nasci : augerique solitum est·cum p id tempus parte interiore corporis simus calidiores : ut Hippocrates medicus libro aphorismorum scribit·Quoniam cibos : quos per hyemem largius sumimus:uenter minus concoquere potest:ergo larga ista ciboru; copia pressus,calore insito qua si extincto : pituitam p refrigerationem gignit:quæ sanguis imperfectus quidam non perperam potest appellari·

6 Cur in terra Aegypto:quæ calidissima est:uinu; fieri frigidum soleat·contra in scythia:quæ frigidissima est:calidum fiat· Vinum calidum est· uerum quoniam aliud magis:minusue alio:hāc obtinet qualitatem:nomen illud contrarij habitus accipit:frigidumq; uocatur·quia longe minus calidum est.terra autem ægyptus uina frigidiora cæterorum scilicet comparatione affert:quoniam calor illius cœli immodicus ita humū elaxat:ut calore; oēm soli intestinum euocet:atq; absumat·Scythia:q frigida est:calorem ad ima terræ compellit : atq; includit·itaque

uina efficit calida: & ualidiora. quod idē etiam incolis terræ scythiæ: & æthiopiæ accidit. æthiopes eniꝫ loca inhabitantes feruētissima: timidi sunt: & effœminati: & nigri. Scytharū gens sedem gelidam tenens, animosa: fortis: & candida est. Quippe cuꝫ calor æthiopibus eductus ad summa corpis sit; quod atro cutis colore indicatur: Scythis interiora teneat: situsq; in sedibus sit principibus idest corde: & iecore: quod caloris candor plane ostendit.

7 Cur ex febre ardua pulmonis inflāmatio excitetur. Inflāmatione pulmonis febrē oriri arduā haud quaquā necesse sit: quoniam ardor ex bili ꝓficiscitur flaua: quæ ad uētriculū: & pulmonē e suis refluere cōceptaculis solita est. Igitur natura cū uarie materiā noxiā reijcere tentet: si tenuis materia sit: & uires suppetāt: & tēpus calidū iuuet: ꝑ sudorem causam morbi exhaurit. Si e cōtrario ꝑ aluū educit: aut ꝑ os euomit: q̄d magna ex ꝑte facere solita est. quoniā & oris habitus in propinquo est: & bilis flaua efferri aptior est: quā deferri: quod cū se bilis pulmoni insinuet: mēbrūq; id impleat totū: excitat inflammationem: quam peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur: quoniam prius extinguitur: quaꝫ ut possit committere ardorem.

8 Cur febris tertiana: que est ex bili materia calida agili: efficaci: creatur: die uno prætermisso accedat. Quotidiana quæ ex pituita ꝓuenit materia frigida: graui: hebete nullū intermittat diem. Quartana diebus duobus intermissis cōflictare incipiat. Quartana cū exiguum materiæ habeat: stati a sudore: aut uomitu potest digeri: itaq; accessio ad tertiū usq; diē ꝓtollitur: donec tantū materiæ moueatur: quantum

ualeat infestare·quotidiana ꝙ ex larga:crassaq; materia oritur:frequens est:morbū uero ꝑ copiam augeri materiæ constat ex febre cōtinente·hæc enim quia sanguine abundante ꝓuenit:nullaʒ obtinet intermissionē·Quotidiana tamē,quia minus:quā continens habet materiæ:nō nihil intermissionis:quod uel sensu ꝑcipi pōt:ostendit:multoq; āplius.Tertiana:quā materia calida:& tenuis condidit:atq; etiam lōge amplius quartana·quo enim minus materiæ subest: eo lentius uenit accessio·quin & quintana: & septana & nonana cōmitti pōt:ꝓut minus: minusue materiæ uitiatum est·sic enim natura statuit:ut sanguis:qui nostra aleret corpora:cæteris omnibus materijs esset largior: pituita locum teneret secunduʒ·nā hæc quoq; alere potest bilis flaua tertio loco haberetur·hæc enim suam ob acritudinem usum nullū præstat alendi·atra bilis fortis esset postreme·quoniam naturæ est inimica·quippe quæ membra excedat:atq; interimat·

9 Cur ubi altera gena resoluta est;nō ei remedia admoueamus:sed alteri·quoniā cū duo musculi obiecti iter sese genas moueāt:si accidat:ut eorū alteruter resoluatur:reliquus suā uim itegrā ꝑterea obtinet:trahitq; ad se alterū languētē:ita ut ps sana ruget:ægra distēdatur:trahaturq;·hoc idē ēt euenire oculis nouimus·Nā si pupilla in angulū uergat ampliorē:minoris anguli facta resolutio est:si ad minorē:e cōtrario·

10 Cur si pes offendatur:inguē intumescere soleat·Quoniā uis animalis ad postremas usq; corpis ptes ꝑ neruos se porrigit:atq; ita cū oblæsus pes sit: crus quidē totum ꝑpetat·sed nihil agit:quoniā locū nullū idoneū inuenit·post uero:ibi in inguē ipsuʒ decu-

buit:nacta iam sedē aptiorē subsistit:agressaq; adenē uitiat eius habitū:inq; tumorem excitat cōtrariū na turæ· adenes corpa sunt pua:rotūda:laxa inter am= plas uenas,& arterias posita mō cuneolorū,ne cōce ptacula ipsa humida,ex copia sāguinis mutuo putre rent adesu:& eq̄dē eo ipso uenarū humore nutriun tur:& inflammati inguina faciunt concalescentes scrofulas committunt·

11 Cur capitis pars anterior calueat: unde caluaria noīata est:tpa hirtiora reddantur·Quoniā ptes ca= pitis eminentiores humoris indigent· Quāobrē suos cōtinere pilos nō queūt·inferiores aūt utpote humi= diores pilorū copiā & gignūt:& seruāt·quomodo etiā telluris loca excelsa,atq; saxosa parum fructifi cāt:submissa,& humecta fœcūdiora sane expimur·

12 Quam ob cām,cū ex quattuor elemētis cōstemus: idest·igne·aere·aqua·& terra:nō quattuor,sed tria illa cōtineamus genera·humidum:solidum:animale: siue spirabile·Quoniaz,ut aliquibus placet:ignis, in aeris transit naturam:quemadmodum & aerez con coctum·extenuatumq; ignem gignere nouimus:Sunt tamen qui uel igneam ipsam naturam actu esse opi= nentur:ut non tria,sed quattuor enumerent genera ignium:animale:humidum:terrenum·

13 Cur in abscessuū doloribus frigus pcedere: febrem sequi solitū sit·Quoniā calor ;naturalis uehementia doloris conflictus cedit,ac recipit se ad loca interio= ra:qua de causa corporis summa refrigerantur: & sanguinis conceptacula cōcrescūt·post tamē:ubi ca= lor se recollegerit:expulsusq; bonis uiribus partes sui corporis omnes aduersus iniuriam frigoris occuparit sanguis concretus recalescit:atque diffunditur: itaq;

mone cõmittitur: insanabile ꝓpterea est: quoniã nũquam pulmo quiescit. natura enim ita construxerat: ut per motum cordis perennem pulmo assidue moueretur: atq; agitaretur. Quinetiam cũ pus per tussiʒ efferatur: ulcus amplius lacerari necesse est.

18 *Cur in febriendo carnes minuãtur: pili augeantur & ungues. cõtra in cõualescendo pili defluant: corpus augeatur. Quoniã alimenta pilis ꝑ excrementa administrari natura uoluit: quæ q̃dẽ excrementa redũdare in febriendo solent ꝑ adustionem. Ergo ut corpus ꝓpter habitũ malũ enutriri nõ põt: sic pilus habũde iam hʒ: quo nutriatur. uerũ cũ uires suas colligere corpus incipiat: cõsumptis iaʒ materijs oĩbus redactisq; quasi in puluereʒ: uapores desistũt: atq; ita per alimenti inopiã pili defluũt: corpus tñ effœtũ cibos auidius trahit. libẽaliusq; replẽs sese: augetur: et uiget*

16 *Cur si quod in urina subsidet albũ sit: bonum dari indiciũ existimemus. Quoniã ꝑtes solidiores. firmioresq; nostri corpis, idest ossa: neruos: uenas: arterias colorem habere huiusmodi certũ est. Coloris enim similitudo naturales iam uires recõciliari, corroborariq; indicat. q̃ppe cũ natura ꝑtibus solidis & firmis sedem suã crediderit. fit enim, ut cũ materia in cõceptaculis concoquatur: & per urinaʒ, quod concoctũ inutile est. excernatur: color quoque rei concoquentis: qui albus est: destringatur: atque (ut ita loquar) delibetur. Quamobrem cum uires per febrem debilitatæ paulatim materiam concoquant: uitiosa principio parum angunt: itaq; exiguum admoduʒ cum urina mittunt: quod pro sua leuitate sublime specie araneæ supernatat: facitq;, ꝙ enæorema idest sublimitamentum uocatum est. deinde cum proficiant:*

ampliusq; possint cõcoquere:plus excernunt:quod in medio urinæ cõsistens,facit:quod nubeculã appellamus·eo nanq; magis delabitur:quo factũ grauius est· Post,ubi p materiæ morbosæ oĩs cõcoctionẽ plene excernitur:iam,quod ante leue pendebat:graue p sua copia subsidet:fundoq; uasis cõiungitur:redditq;·q̃d hypostasin,idest subsidens,siue substantiã noĩamus quod plane sanitatis est indiciũ·Materiã enim uitiatam,quæ integro pmista sanguini est: demũ natura ex toto p cõcoctionem secernere,atq; reijcere põt· albedo igitur subsidentis colorẽ solidiorũ mẽbrorũ:hoc est sedis uiriũ seruari significat·leuitas materiæ cõcoctæ æqualitatem ostendit·q̃d partim enĩ crassius,partim tenuius est inæqualitatem concoctæ materiæ indicat:cõtinentia talis uidelicet:ut nihil distractum, dicussum ue:sit:plenã uiriũ efficiẽtiã p̃fert:respõdet prius in collectiõibus subsidẽti in urinis·uerũ pus fœtidũ ẽ:quoniã in angusto arcetur:q̃d putret :ut neq; difflari:neq; misceri possit cũ sanguine·q̃ppe q̃d p sũma corpis cutis substare solitũ sit subsidẽs illud urinæ:quoniã ecõtrario se hẽat merito fœtore imune est

20 *Quam ob cãm febrem bilis & faciat:& tollat facit cũ exercitata acrior reddatur:ut putreat:tollit cũ uiribus naturæ intentis ad id expellendũ· quod detrimento est·ea quoq; foras uersus cõcurrat:atq; ita educta causa morbi p suam detractionem aboleat·*

21 *Cur oculi subsidẽt eorũ:quos angor detiet quoniã p angorẽ aĩa intus uergit:itaq; corpus considet:atq; tabescit·cuius rei cõtrariũ illis euẽit:q uehemẽter irati sunt·oculis·n·reddũtur p̃pẽsioribus:uidelʒ ob aĩæ impetũ ad exteriora·fit enim,ut quocũq; uis animæ tendat:eodẽ etiã instrumenta,materiæq; moneãtur·*

22 Cur ossa: quæ ualidiora sunt: ex lapsu, casuq; frangãtur. caro quæ mollior, & mobilior est: ictus iniuriã euadit. Quoniã quæ ualidiora sunt rei noxiã inuehenti renitũtur. itaq; sua ꝑsistendi cõtentione corrũpuntur: quæ aũt infirma, & mollia sunt: locũ rei dãt occurrenti: & cedũt: itaq; tutius subterfugiũt: lz hoc ẽt in stirpibus: et ĩ qbus uis alijs rebus cõspicari.

23 Quid ẽ: ꝙ spadones ꝓceros: oblæsosq; faciat. ꝓceros humoris copia reddi: & caloris ĩopia: blæsos ĩbecillitas facit. Cũ. n. eorũ ꝑtes ĩferiores nequeãt sustiñeri suꝑiores facile ꝑuertũtur. itaq; uitiũ. qd blæsitatẽ pedũ uocamus: cõmittitur. quod idẽ etiã ædificijs accidit. nisi superior moles fundamentis respõdeat.

24 Cur partes corporis nostri postremas rigere maxime soleamus. Quoniam tenues: neruosæ: uesangues atq; ob eam rem frigidæ sunt.

25 Cur per metũ: aut horrorem pili erigi solent. Quoniam affectus oẽs refrigerant. refrigeratio autem foramina cutis adducit: & condensat. pilus quippe: cũ undique astringatur: intẽditur: atq; erigitur.

26 Cur hoĩes melãcholici munera qdẽ naturæ exequi ualeant. qppe q cibos cõcoquãt: atq; in sanguinẽ uertant. animi nullũ munus integre exeq queant. haud enim recte hi cogitare possunt: quibus atra bilis redũdat. Quoniaz uitiosus hic habitus sedẽ animi: qua sapimus: idest cerebrum occupat: & deprauat.

27 Cur morbi: qui crebrius ueniũt: curari possunt facilius: quam qui raro. Quoniam quod sæpius euenire solet: minus naturam infestat: uidelicet ratione assuetudinis. addeꝗ; crebriores committere parua deprauatio habitus potest: graues magna inducit. curatur autem facilius: quod ex causa prodijt leuiore.

28 Quã ob cãm qui febriunt plus siti,q̃ fame affligantur:qui conualescũt plus famescãt:q̃ sitiãt.Quoniã sitis ex nimio calore febris cõsistit:quemadmodũ etiã ijs:qui bene ualent,si multũ meri hauserint:sitis oriatur necesse est.fit eni sitis ex nimio calore:ut mõ dixi:aut a siccitate:uidelʒ humore absumpto: q̃d ijs accidit:q̃ ieiunarũt:uerũ famem nõ sentiũt: quoniaʒ multũ uitiose materiæ suo in stomacho cõtinent. Cõtra q̃ conualescunt:ꝑpterea fament:quod febris late humores consumpserit:siti non infestantur: ꝗ febre sublata corpus refrigeratur:& rebumescit.

29 Quã ob cãm caudæ quorundã aialiuʒ abscisæ magis,q̃ reliquũ corpus moueãtur.Quoniã ꝑpter meatuũ suorũ angustiã:magis seruãt naturalem caloreʒ quouis mouendi:& sentiendi cõtinetur.unde fit ut etiam si quiescant::rursus moueantur:si tangas.

30 Cur medicina epota oculi primũ pturbentur: & caligent:post purgatiõe pacta:emendentur:atq; acutius uideãt.Quoniam principio materias medicina mouet:trahitq; ad uentrem:quare uaporũ copiã excitat:quæ ad caput effertur pturbatq; cerebrũ:ut neq; sensus:neq; cogitatio constare integre possit. post ubi materiæ excesserũt:extinctusq; est ois uapor: nihil præterea est:quod uel sensum:uel rõneʒ ipediat.

31 Cur tabidis:& purulentis copia interdum pediculorum oriatur.Quoniam pus humores corrumpit humores deniq; uitiati calore naturali concalefacti animalia creant.sicut etiam in cœno aut quibuslibet fecibus enasci uermes consueuerunt.

32 Cur uehementius p ictũ testiũ doleamus.Quoniaʒ appendices testiũ sentire maxime oium membrorum possunt.adde ꝗ natura summã uoluptatem ex pene

oriri uoluit:ut ꝓpensiores essemus ad rem ueneream quæ una genus humanũ seruari põt:atq; testibus cuȝ pene & cognatio & sedes cõis est·ergo cõem etiam affectioneȝ:sensionemq; sortiantur necesse est· at ubi magna sensio est:indideȝ etiã magna uoluptas exultat·ubi autem magna uoluptas est: dolor etiam indidem uehementior·bono enim maiori, malum obijci maius certũ est·hic subiungere illa non incongruum censeo·cõsensus rerũ:atq; effectus cõis trifariam fieri solitus est·aut enim per cognationem:ut cerebri:et stomachi·habent enim cõem copiam neruorum : aut per situs propinquitatem:ut cordis:& stomachi·sic enim cor sentit:quotiens materia acrior stomachum mordet:mouetur q; ad id expellendum·quod molestũ est:aut per imbecillitatem:& transitionem·ut cum pedis digito offenso inguen tumescit·Dum enim uis naturæ cum sanguine ad partem læsam festinat:adenes inguinis sanguine implentur:& contumescunt accommodari uel moribus:ac uitæ hominum tripartita hæc diuisio potest·dolemus enim uicem cuiuspiã uel quia parentela cõiuncti sumus:uel quia uicini habitamus:uel quia casum audimus miserabilem:atque ita efficitur:ut affectio,tum propria quædam : tum communis obueniat·

33 Cur super lippitudine caput totondisse ad cutem iuuet·Q uoniã melius caput difflatur:liberiusq; per suos meatus digerit materiã uacãtem·& fluitantẽ·

34 Cur ubi ex tenebris ad lucem:aut ex luce ad tenebras uenimus:nõ statiȝ cernere ualeamus·an ꝙ tenebræ crassiori:frigidioriq; cõstãt aere:itaq; diducũt: cõfunduntq; spiritũ,cui cernendi munus accommodatum est:lux uero quod clara cãdida & calida est

spiritum illum digerit: atq; dispergit cum causam p temporis aliquantulum spatium assuescat: cernere integre potest. adde quod ex contrario subito in contrarium traducti rei nouitate turbamur: ut minus cernere ex æquo præterea ualeamus.

35 *Cur in bestijs febres: omnesq; abditi affectus difficilius curentur: periculosioresq; sint: quam in homine. an quoniam naturam sentiendiq; potestatem parte intima sui corporis gerunt immersam non ad exteriora per rationem euocandam: quemadmodum homines habent. ergo si ita est: merito sensus calorem p cipit uehementiorem: uiresq; omnes naturæ prosternit: immergitq;. adde q bestiæ ut affici minus apte quam homines sunt: sic etiam curari difficilius possunt. causam enim mali uehementiorem urgere necesse e. q̃nquidẽ id ægrotat: q̃d in morbũ difficile icidit.*

36 *Cur bullæ: quas imber excitat indicium afferant imbris uehementioris. Quoniam aquæ copia & uaporis spiritum multum gignit: & crassum: qui cum undiq; aquam subeat: erigatq; in deuexum inflat: et facie uessicæ afformat. quomodo etiam uitrum inflari potest: & genus omne humoris cum ebulliat: conuerti in spiritum: atq; intumescere solitum est.*

37 *Cur minus doloris per sectionem cutis caput integentis percipiamus: quam cum qualibet alia pars secatur. Quoniam minus carnis musculosæ in capite quam cæteris corporis partibus est.*

38 *Quam ob causam ex conualescentium pedibus squamæ magna ex parte destringantur: atque etiam ex manibus: quanquam raro: propterea quia materia ferri deorsum aptissima est. & uero pedes a sede cordis positi longius: & ob eã rẽ frigidiores minus*

excrementa concoquere atq; digerere possunt.

39 Cur tabes: scabies: lippitudo: mala & cõtagiosa sint: aqua ĩtercutis: & stupor totius corpis: cui nomẽ apoplexia, trãsire in aliũ nunq̃ soleãt. Quoniã oculus q̃dẽ: ut humidus: affectioniq; opportunus facile morbosis deprauatur radijs: q̃ cũ spiritu a lippiẽtis oculo pficiscũtur: tabes aũt putrẽ aerẽ reddit: q̃ tractus ab hoĩe sano: pulmonẽ mẽbrum affectu facile uitiat. & corrũpit. Scabies quoq; cũ p sũma corpis sit: lentãq; saniẽ emittat: facile sese ppagare: cutẽq; integri corpis uitiare põt. cæteri sane morbi: aut positi intus cutẽ attingere nequeũt: nullãue reddũt delibationẽ: ut aqua ĩtercutis: ut stupor attonitus: aut cũ p sũma corpis natẽt: nihil tñ humoris præ nimia sua lẽtitate: & siccitate, & corpulẽtia emittũt: ut albugo: ut lepra: aut positi q̃dẽ pte ĩteriore sũt: sed quoniã nihil pestilẽs: atq; putrefaciẽs mittãt: suũ aliorsũ trãsmittere uitiũ nõ pñt: ut febres crebriores, & solitæ.

40 Cur nõnullis febre laborantibus lienes augeãtur an quoniam affluẽtius aquam hauriunt. est enim mẽbrũ id laxius: atq; fungosius: an quia debile est: materias illuc affluentes facilius excipit.

41 Cur senes: & pueri magis: quam qui ætate sunt firmiore: calculosi sunt: pueri ut edaciores: senes ut frigidiores: & imbecilliores: multa p cruditatẽ colligunt excrementa: quæ calculum contrahunt.

42 Cur titillatio: & fricatio plãtarũ somnũ afferre possunt. Quoniã extrema neruorũ eo cõcurrunt: & coeũt. his. n. uehiculis ptractatio illa leuis ad cerebrũ usq; trãsmissa pmulcet animum, atq; ad requiẽ: somnumq; inuitat. sunt qui excrementis causam tribuãt: quæ tum sua priore natura: tum motione pedũ fre=

quentiore ad palmas delabantur: rursusq; p mediocrem fricandi motuz remeent:neruisq; aliquãtisper ad cerebruz peruehantur:itaq; sede illa superiore oppleta somnum concilient.

43 Cur ampliores:crebrioresq; lunæ defectus fiant: q̃ solis. Quoniã luna tam in terminos deficiendi coituum:q̃ in turbine umbræ ex terra p solis diametrũ ortæ incurrit. & qdem crebrius lunam eo deuenire ꝓpter sui orbis celeriorẽ absolutionẽ necesse est. Sol p coitus tantũ defectioni deputatos obumbratur:cum scilicet luna cursum p eos agat:occulteteq; faciem superiorem:quod tamen Sol longe maior:quã luna est: totus abscondi nõ potest:luna sæpius tota occulitur. Mouere æs:ferrumq; multitudo:quotiens luna: aut Sol deficit consueuit:quasi spiritus quosdaz uitiosos uelint depellere. haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt:neq; beneficia delibatio inde manat:qua mali infestiq; spiritus repelli possint: & coerceri.

44 Cur infantes:qui septimo mense in lucẽ uenerint uiuere possint:qui octauo:non possint. Quoniam septenarius pfectus numerus est: & ut Pythagoras cẽset: & omnes scientiæ numerorum ꝓfessores autumant:octonarius impfectus est. Itaq; quod tũc ꝓdijt imperfectum minus:quam aptum ad uitam est:qua ratione etiaz monstra uiuere nequeunt. Quippe quæ non ex consulto naturæ orta sint:sed imperfecta uel p inopiam uel p superantiam: & temeritatem materiæ forma diuersa contra naturæ legem puenerint. nihil enim impfectum uel tempore:uel forma a natura creari solet. quãobrem siquid tale erumpat:id edurare nõ solet. Nasci infantes mense septimo possunt:

quotiens uis affirmandi ualidissima est: & sanguinē sibi obtinet cōmodū. sic enim ocyus rē pficere pōt. Sed si e contrario est: decimo exeant necesse est. Numerū tam septenariū: q̃ denariū esse pfectuз uarie cōstat. orbem nanq; terrarū septeз insignibus stellis regendū nouimus: homo septimo mense dentire icipit: anno septimo dētes pmutat: quartodecimo. idest bis septem annis pactis pubescere incipit. uigesimoprimo firmam aggreditur ætatem: quod tempus ter septeз annis consumatur: morbi numero septenario iudicātur. Luna p septenarium suas accipit formas: mēses septēnis constant diebus: uocales litteræ septē sunt: & denarius quoq; numerus ortum omnem: atq; interitū rerum cōplectitur autor Aristoteles est: & numerus omnis ex denario oritur p repetitionem. Vnde enim & duodecim: & reliqui omnes sequentes unitates: quibus denarius constat: repetunt. & homines prisci non tabulis: sed dextris suis rem: de qua agerent: cōfirmare solebant: uidelicet numeri denarij causa: quem digiti explent.

45 Cur ouū pressum utroq; extremo ambabus manibus frangi nequeat: pressum latere facile frangitur. Quoniam p angulos tantūmodo suos manibus renititur opprimētibus. est enim angulus quod quaq; in structura ualidius constet. adde q pressum p extrema: pte minima sentit: pressum p latera: parte ãpla: conflictatur: ut facile possit destrui.

46 Cur in tinnitu auriū digito in aurē idito meatus diutius moueamus. Quoniaз meatus sic ampliatur: & spiritū: qui sonitum excitat: digerit: atq; trāsmittit. Quin etiā spiritus ipse qui p cōtentiorem digiti motum attenuatur: secerni melius potest.

47 Cur fœminæ oẽs calculũ sua in uessica lẽte cõcipiãt. Quoniã ceruicẽ uessicæ ãpliorẽ quã mares habeãt. hinc enĩ fieri põt: ut cum urina excremẽtũ quoq; eiiciatur: quod calculum contrahit.

48 Cur genus syluestriũ ualidius: & lentius esse soleat: quam urbanum. unde dici solet tellurem esse matrem syluestrium: nouercam autẽ urbanorum. Quoniã solertia naturæ: non humani ingenii creatur. caret enĩ humoris nimia copia: quæ satiuas stirpes elaxat: atq; effœminat.

49 Cur musculi trãsuerse insecti difficilius uniãtur: & curẽtur. Quoniam fibræ, filaq; neruosa affatim ita incidũtur. natura enĩ neruũ carpsit: in quo fila discreuit ꝑmulta: q̃bus carnem undiq; ueluti deducto; porrectoq; stamine texuit: fecitq; musculũ noĩe a similitudine muris dialis trãslato: cui sane oppositum neruũ cõdidit: q̃ tendo a tẽdẽdo uocatus est: cuius extremũ artubus ꝑtiũ mouendarũ annexuit: cũq; rem mollẽ duræ cõiungere ullius interuẽtu nequiret. (Sũt enĩ cõtraria) ꝑ ossa: medulláq; mẽbrum quoddã neruaceum edidit: quod copulam nominamus: eoq; tendonis ꝑtem postremam alligauit: ex quo usu nomen copulæ accepit. musculum solers naturæ ingeniũ alibi in globi speciem collegit: alibi in membranæ planum attenuauit. Deniq; ꝓ usu membri mouendi musculum quoque aptissime accommodauit. Nam ubi membrũ magnũ: ac ualidum trahi deberet: ut crus coactiorem: plenioremq; musculum afformauit. Talem enim res postulabat: ut mouendi uim ampliorem contineret: ubi paruum aut inualidum esset regendum: ut palpebra: aut ligula: musculum membranæ similem addidit. Quoniam membra eiusmodi pa

rum potentiæ mouentis desyderarent.

50 *Cur aliqui fascinari possint: pfertimq; pueri. quo niã talem sortiũtur naturã: ut affici pquã facile pos sint: & imutari. genus id uitij tale est: q summa ani mi nequitia ppolluti liberalem aliquã: exosculãdãq; formã conspicati mouentur. radios sui conspectus ui= tiatos trãsmittunt: quasi ueneno quodã uitio sui ani= mi radios ueluti telũ illinant: iaciantq; in rem: cuius inuidia tenẽtur & desyderio. pdit igitur de pupil= la radius exitialis: qui p oculos obducti hoĩs subit: uer titq; quã aggressus naturã est: maloq; habitu depra uat: ut mox corpus languescat: morboq; laboret. quaz uero aditus p oculos pateat contagioni: const at etiã ex ijs: qui mortua hominũ corpora contueri recusant ne radij sui conspectus aliquã sibi lucẽ: pestemq; refe rant. Sed omniuz maxime pueri uitio illo capiũtur. Quoniam natura tenerrima sunt: facillimeque affi= ci a quolibet possunt.*

51 *Quãobrẽ nõnullis tussiẽtibus: aut euomentibus splendorũ quædã imagines ante oculos obuersari ap pareãt. Quoniã abductio uehemẽs pectoris & uen= tris humores sursum cõpellit: & spiritus, qui cũ ad oculos uenlant: spiritũ conspiciẽdi pturbant: atq; de prauãt: ita ut foris illas imagines emẽtiãtur qd si ua por ductu oblongiori est: imagines etiã hac eadẽ for= ma apparent. item si bilis ex uitello cognominata ua porem excitat: aurum imagines imitantur: si pituita mouet: albi suspitio occurrit. Ad summam p figura coloreq; causæ uisa quoq; imaginamur. qui tamen p febrem arduam delirant: atq; insaniunt: ijs de cere= bro ipso uapores ad cõspectorium spiritum fundun= tur. & uero qui oculorum suffusione infestãtur: eas=*

dem illas sibi uidentur uidere imagines.

52 *Cur qui aquam bibere consueuerunt: acutius ui=deant: quod uini copia: flatus nimium excitans: spiritum conspectiuum: sensusque omnes pertur=bat: & uitiat.*

53 *Cur qui oculis cæsijs sunt: uehementius ex lip=pitudine doleant: nec pati possint acerbitatem me=dicamentorum. Quoniam oculorum humorem om nem a crystallo illum cognominatum: propensiorez ad partem exteriorez patentioremq; sensui continẽt: at qui nigris sunt oculis minus ob causam contra=riam sentiunt.*

54 *Cur qui leuiter euomunt: pituitam egerant: q ple nius: bilem: qui supra modũ: etiaz sanguinẽ. Quoniã qui uehementer intẽdunt: materias quoq; imis infi=xas possunt euellere: pituita uero ut crassa, illiditur: atq; ob eam rem uel a leuiore excitatione moueri: ac reijci potest. quod si bilis quoq; per uentrem innatet ocyus mouebitur: quam pituita. Verum materiæ: quæ in uenis continentur: egeri per medicamentum hoc modo consueuerunt. Natura cum corpus male habi=tum purgatione indigere animaduerteret: postrema uenarum ad uentriculum finiuit: quemadmoduz ad uuluam alias duxerat uenas propter mẽstruam pur=gationem: atque ad nares etiam alias: & ad se=dem coniecit. ut inde morbis remedia per purgatio=nem paterent. Quæ quidem ora uenarum coniuncta lex tandiu continet naturalis: dum aperiendi necessi tas sit. hac igitur quotiens febres urgent acutæ: spon te suæ naturæ p uim excretoriam patefacta: materiã amplis in uenis atque arterijs cõcoctam egerunt: aut p os: aut p aluum. at cum medicina epota sit: per uim*

ampliantur: pmittuntq; ex cōceptaculis materias at trahi. Piper enī & scamonea: & cætera generis eiusdē suo naturali calore ora aperiūt: deinde sibi quodq; cōuenientē materiam attrahere naturali quadam ꝓprietate potest: ut dictum inter initia est. sanguis tamen quoniam amplexus est a natura: carusq; habetur: non nisi tractus p uim nouissime exit: cum scilicet ultra modum exinanitur.

55 Cur pondera facilius parte leua ferre possimus: cum hæc infirmior sit: quam dextera. Quoniam dextera: ut ualidior leuæ subuenit: leuatq; aliquantulum onus: quod quidem officiū leua præstare dexteræ suam ob imbecillitatem non potest.

56 Quā ob cām uinū: aut quēlibet aliū humorē p fistulā exugēdo attrahere ualeamus. Cēsendum p uim inanis humorē posse efferri: nō p oris attractionē. fistulæ nāq; meatus plenus aeris uidelicet corpis prætenuis est: & cū fieri nō possit: ut duo corpa p idem tempus eodē in loco maneāt: atq; etiā cū locum esse inanē. i. corpe omni uacantē: natura oīno recuset: necesse est: dum aer canalis interior p oris suctionē detrahitur: humorem tantisper consequi: ut inane spatium relinquatur: quod idem etiam per id agitur instrumentum: quo amisso urinam elicimus. lana eni obturante detracta: spiritus etiam internus educitur: atque ita ne inane sit: urina attrahitur. Quin etiā medicinales cucurbitæ eadem illa rōne sanguinē attrahunt. ignis eni admissus ubi extinctus est: facit ut tantum sanguinis attrahatur: quantum loci ipse occupabat: ne inane sit: a quo penitus natura abhorret. deniq; oīa: quibus hunc in modum quicquam attrahimus: ad rationem inanis referre omnino de-

bemus•neq; enim calor: neq; oris attractio causæ po tissimæ est:ut late in urinaria illa fistula patet:quæ neutro eorũ attrahit urinam•sunt tamẽ alia:quæ sui caloris rõne possint attrahere:ut tapsia illita:necnõ & inualidũ a ualido trahitur & ꝓprietate quadã occulta pleraq; attrahũt:ut ferrum magnes:sanguinem membra•

57 Cur naturales potentiæ natiuæ:atq; insitæ sint: aĩales,aduentitiæ oẽs habeantur•Quoniam naturales•i•attractoria:retẽtoria:immutatoria:secretoria ad ipsa; tantũ uiuendi ꝑtinent rõnem•neq; plus ꝗcquã obtinent:quã necessum sit•aĩales uero: & sensales: & motales ad beneuiuendũ cõmodæ plane adsunt• membra enĩ nisi alantur:interire necesse est • at si nõ uel moueantur:uel sentiant:nõ idcirco itereunt•quãquã pulmo:quoniã uires habet trahendi:reddendiq; spiritus:idq; assidue ex periculo strangulandi exercet insitam sibi simulet motionẽ•Naturales uero potentiæ ordine atq; numero illo ob hanc causam habentur cibus:& sanguis•quoniam uacant anima:nõ ex sese possunt adglutinari:quo ali debent• Quãobrẽ uim adesse oportet:trahendi quæ fungi officio possit•Item cũ corpus omne:quod mutatur:nõ sine ullo tpe:sed per tẽporis spatiũ mutatione patiatur ab re: qua agit:atq; imutat:uim secũdam adesse necesse est quæ contineat:subministretq; ad tẽpus: quãtum satis sit imutandi potentiæ•Vnde etia; tertiam quoq; uim esse oportet:cuius officiũ sit imutare• Sed cũ uis hæc imutatoria cõcoquendo partẽ ꝗdem sanguinis utilem membris adiungat cohærendam:inutilem au tem relinquat:quæ cum permaneat:non iter tantũmodo claudat: & foramina:ꝑ quæ sanguis:alimen•

tumq; permeet: uerum etiam putreat: constat ui; quã dam subiungi quartam esse necesse: quæ partim per inuisibilem exhalationem: partim per sudorem, cæterasq; uias sensibiles excrementum secernat. ordo hic est: & numerus naturalium potentiarum. Membra autem non omnia ex æquo potentias: quas enumerauimus. omnes sortiuntur. sed ea duntaxat: quæ sibi tãtum operantur: ut neruus: uena: os. nanq; non modo sibi. sed etiam cæteris omnibus membris uictum emoliuntur: munereq; funguntur publico. hæc unam habent potentiam intentam: & potiorez: uerbi gratia: uenter: & iecur uim amplissime mutatoriam obtinent lieni: stomacho: fellis folliculo: renibus attractoria potius data est: intestina: atq; uessica excretoria plurimum ualent. uulua insignis per retentiora est. ꝓximum sane quod de sensibus animaduertimus est. haud enim pro compari modo genera animaliũ omnia sensibus prædita omnibus sunt: sed olfactu canes præcellunt: uisu aquilæ: gustu protogeustæ animalia indica: unde & nomen acceperunt: tactu serpentes: & quædam aues: auditu anseres.

58 Cur sensus quinq; tantum non plures, neque pauciores habeamus. Quoniam pro rerum natura sensibilium: atq; numero: sensus quoq; incondi debuerunt Tactus enim asperum: lene: durum: molle: atq; cæteras qualitates: quæ positæ i solidis sunt: percipit: gustus dulce: amarũ: salsum: cætera saporis genera: quæ in humoribus, succis ue constant. olfactus bene. male ue olentia: quæ uaporibus tribuuntur: auditus sonos & strepitus: quæ ictu aeris efficiuntur: uisus colores, qui tenuissimo, ætheriq; finitimo spiritu continentur. quippe res solida, resoluta: diffusaq; humor

olida uuluis, prosint: tamen comitialibus auertẽda omnino sunt. faciunt enim: ut qui eo morbo capi solitus est: collabatur: & aestuet. Ergo uitandum pennas igni iniectas: lapidẽ gagaten: bitumen: cornu omne: lucernas: lapidem thraciam: qui aqua uritur: oleo extinguitur. deniq; oĩa, quae crassos reddũt humores. quippe cum tracti uapores eiusmodi crassent spiritũ animalem, & cogant: praesertim cum iam aliquid ex se ipse habeat crassitudinis & frigiditatis: atque ita efficitur: ut anima apto careat spiritu ad munerũ suorum per functionem: corpusq; suum spiritali orbatum uehiculo premi: collabi: prosterni patiatur.

61 Qui fieri potest: ut quae qualitatum contrariarũ sunt: affectum eundem possint aduehere rigorẽ enim & calor concitat: & frigus cẽsendũ hoc causis agi diuersis. oritur enim rigor ex flaua bili rõne acritudinis: quae mẽbra pungit: & mordet. excitatur enim corpus ad id repellendũ: quod tentet. cumq; id ipsũ frequenter faciat: uicissimq; mõ bilis superfluat: & impugnet modo membra concitentur: atq; repugnẽt rigor exultat: oritur item ex refrigeratione quotiens natura per immodicam mutationem cõflictatur: suaq; membra rursus frequenter excitat ad rem expellendam inimicam. modica enim refrigeratio cara: et accomoda naturae membrorum est: immodica abhorrenda: & noxia membra primum obtorpescunt: deinde inhorrescunt: tuũ inalgescunt: & rigent: uario scilicet refrigerationis incremento.

62 Quam ob causam cum uinum cum pane febrientium imbecillitati concesserimus: febris nihilo per calorem uini aucta est: immo minor esse incipit. Quoniam exiguum: atq; inualidum dedimus. hinc

enim facile concoctum:digestumq; in omnes partes membrorum est·membra autẽ recreata assumpti beneficio alimenti firmiora ad concoquendam morbi materiam efficiuntur·habet enim panis, & uinum ex proprietate quadam plus uirium·quam cæteri cibi ab alendum·firmandumq; membra humani corporis:modo quis modice assumat·ex quo illud Homeri·Et Cererem,& Bacchum·nanq; hinc uires,animiq;·Quin etiam odore suo hæc reficere,firmareq; hominem possunt:& malum quoque sui odoris qualitate recreat,atque firmat:longeque magis:si edatur: & uero capreoli uitium,& myricæ,& rosæ, & his similia olfacta in febriendo recreare possunt: atque firmare·

63 Cur oleum nullo cum humore misceri patiatur·
Quoniam lentum,crassũ:& continens est:neq; ullas in partes tenues consecandum:idcirco nullũ humoribus locum dat subeundi,miscendiq;:iunguntur autem quæq; aut per confusionem ut elementa, quæ primas suas qualitates omnino amittunt:cum coeãt corpusq; unum augmentant·quanquam resolui a natura,restituiq; possint ad pristinã conditionẽ: aut p adiectionẽ:ut aqua iungi cũ oleo solita est:aut p mistionem:ut hordeum cum tritico,aut per ad glutinationem:ut lapis cum lapide·aut per agnationem ,intimationẽ,& assimulationem,ut sanguis cũ carne: uel cũ medulla,uel cũ osse:aut p affixionẽ:ut lignum cũ ligno,clauo adacto:aut p mutuã retentionẽ,cõplexionemq; ut ansæ hostiales: In iis uero quæ dicta sũt ut qui per luctam suas manus conseruerunt·quo naq; modo animus coniungatur corpori:non dum expositum est·nullus enim ex prædictis modis conuenit ani

mo:sed per habilitatem potius censendum iungi cuȝ corpore animum:medio quodam interueniēte:quod aliqua ex parte naturam continens utriusq;:atq; familiare utriq; se exhibēs:atq; utrunq; ingenue simulans miscet·naturam incorpoream cum natura corporea:imortalem cum mortali:puram cum impura: diuinam cum terrena:uidelicet hunc in modum:oritur spiritus quidam uaporis prope speciem gerens in iecore per calorem:humoremq;:qui ea in parte modice habentur:qui cum per uenam cauam cognominatam ad sedem·cordis ascendat cuȝ sanguine:atq; amplius recaleat:& extenuetur:in speciem prope aeris transit:rursusq; per arterias carotides ab aggrauatione cognominatas ad basim:idest partem subditā cerebro effertur·qua in parte frigiditate cerebri moderatur:naturaliq; quadam proprietate afficitur:trāsformaturq; in spiritum æthera plane imitantē· quo animus instrumento aptissimo utitur actionum suarum·Quinetiam aer:qui naribus trahitur extenuatus in corde ascendit ad cerebrum per arterias:alimētumq; offert sese spiritui æthereo illi : & animali· hic igitur spiritus ut non incorporeus accommodari corpori potest:ut tenuior:syncerior:atq; clarior:quā natura uulgaris corporis patiatur:iungi cum animo potest·Deniq; uinculum perq̄ idoneuȝ corporis:atq; animi hic accedit:naturasq; oppositas copulat : & suo familiari interuentu conciliat:atq; continet: hic quandiu constans:atq; integer sit:facultatē recte cogitandi:agendiq; oīa aīo præstat·at cū a sua natura desciscat:si leuiter refrigeretur:indēsetur : crassetur: ineptū deniq; reddatur ad intentas animi actiōes:cō mittit·ut animus retardius:segnius:atq; ueternosius

agat:sed si nimium refrigeretur:factusq; sit corpulẽtus:efficit:ut animus suas penitus deserat actiones. quod his plane euenire uidemus:quibus sedes memoriæ torpet:uitioq; tenetur letargo:aut ijs,qui toxica hauserunt. Contra si immodice recaleat: moueaturq; seuiræ:insanireq; cogit:ut tantisper animus disiungi a corpore per sui uinculi deprauationem uideatur.

64 Cur animantium alia parere plura:alia pauciora consueuerunt. censendum naturaʒ sic statuisse:ut quæ breui tempore uiuerent:hæc partu essent numerosiori uidelicet ea de causa:ut uitæ breuitas partus copia compensaretur. genera eiusmodi sunt sues: canes:aues complures:pisces omnes:quæ autem diu uiuerent:hæc pauca procrearent:quippe cum temporis amplitudo posset rei,quam natura spectaret. satisfacere. Sunt hoc in genere helephanti:serpentes:cornices:cerui. quæ uero mediocriter uiuerent: hæc etiam partu essent mediocri. stirpes quoq; modo eodeʒ illo fructificant. annua enim omnia. quoniam uitam breuem sortita sunt;largam seminis copiam effundunt: ut triticum:hordeum:milium. arbores parcius ferũt eo: quod uitam agunt diuturnioreʒ. mammæ quòque animantibus pro partuum numero datæ sunt: quadrupedibus item intra sese fœtificare:atque uterum ferre natura uoluit:ob eam scilicet causam: quoniam & corpore sunt ampliori:robustiorique:& terram pro sede sortiuntur:gradique non magno cum labore consueuerunt: uolucribus partus foris conficiendos censuit:ut eo immunes essent onere: & labore: quoniam & corpore sunt imbecillo: & per aerem agitantur.

65 Cur febriũ accessiones certo uenire ordine soleãt:

qnoniam tantum materiæ putret:quantum a natura concoqui potest:quod cum materia concoquenda certa sit:potentiam quoq; certam:tempusq; certum esse necesse est. Subiungendu3 hic illa. quodq; materiæ genus suum habet uaporem. Sanguis enim uaporem humidnm & calidum reddit more aquæ feruentis:q̄d in lebetum tegminibus patet:atq; in balnearum tectis: & in aere:sic enim nubes consistunt: & quemadmodum uapor aquæ in rorem concrescit : rursusq; speciem aquæ recipit:sic etiam sanguinis stringitur: & sanguis iterum fit. bilis flaua ueluti fuliginem agit calidam: & siccam ritu lapidis ignem sentientis. atra bilis quasi fauillam emittit modo lignorum quæ deusta in cinerem aridum uertuntur. pituita fumum humidum:crassum:mordacemq; reddit instar lignorum uiridium cum urantur. est enim quodq; ortum eadem essentia:qua sua origo est.

66 Qua de causa mel inueteratum, aut supra modū coctum: amarum euadat:necesse est. Quia suum omnem humorem amittit:qui calorem temperare ímodicum potest :quēadmodum etiam quilibet humor alius dulcis affici solitus est:ut uinum:ut defrutum. unde fit:ut etiā t̄pis spatio crassescat: & minuatur & quēadmodū uinū quattuor illa cōtinet:florē:q̄ leuissimus innatat:fecē, quæ corpulēta subsidet: humorē:q̄ t̄pis absumitur spatio. ptēq; illā uinaceā : atque idoneā alimento. Sic etiā mel ex quattuor cōstat. eiusq; humidum recrementum illud uim quandam obtinet deterioriam. quapropter incoctum tergit: et purgat. coctum alere tantum potest. eo. s. q̄ fors superuacua omnis igne absumitur : ut uero mel in uetustate amarescit:sic pinguia omnia: & oleasa rācida

efficiuntur:ut butirum:oleum:adeps. Hic de sapori-bus illa addidisse non ineptum fortasse sit. Dulcedinem plus caloris:minus humoris parit. acritudinem caloris:& siccitatis copia producit. Salsuginē plus siccitatis:minus frigiditatis committit. acorem frigiditatis:humiditatisq; copia gignit. austeritatem siccitas largior:& frigiditas dant:amarorem siccitas & calor plenior creant. pinguitudinem ex humore pluri:& calore exiguo oriri censendum est.

67. Cur hominibus admodum uinolentis circumuerti omnia uideantur. Quoniam larga copia uini exhalationem spiritus uaporosi ad cerebrum mittit nimiam. qui spiritus:cum digeri:atq; consumi ei neque at prius:quam temporis spatium concoctionem exhibeat:per cerebrum uoluitur. & quaque uersus percurrit:atque ita perturbatus profluit per neruum cō spectiuum:pupillamq; ad res conspectui obuias: facitque:ut tales uideantur:qualis ipse est. Affectum et enim interiorem foris esse imaginantur. quocirca efficitur:ut etiam caligent:& uertigine tantisper tententur:cuius uitij nomen a conuolutione aquarū deductum est. neq; uero ex uino tantū:sed ex materijs etiam corporis accidere illud potest. quotiens uaporem ad cerebrum nimium efferant:affectumq; moueant. quæ caligo uocata est.

68 Quam ob causam cum nerui ijdem a cerebro:& dorsi medulla in partes membrorū oēs transmittantur:non eadē actio:sed uaria soleat ꝓuenire. Quoniā non mō ratione essentiæ:uerum etiam structuræ euariat actio. alia enim strues:& effigies nerui cōspectiui est:alia auditorij:alia gustatorij. alia eius. q̄ i ore uentris positus est. neruus enim conspectorius ille

perforatus porrigitur:auditorius explicatior tendit atq; etiam magis gustatorius simplici ducitur serie: qui stomacho deputatus est:uoluitur in anfractum. porro ampliorem in orbem se agit:qui uentrem perficit.quemadmodum & cithara:quæ fidibus uarie cōcinatur.quippe quæ crassioribus:tenuioribus:intētioribus:remissioribus constet.aliter enim nunquam illa concinendi amœnitas reddi potest.quin etiā in reliquis membris:quorum aliquod officium est:uarium perspicere artificium licet.Iecur enim & lien carne quadam crispa:atq; tortitia constat: quā & materiaceam:quod materiæ similis est:nominemus. Renum quoq;:& cordis caro sui generis est. stomachi uero fila:quæ in directum porrecta sunt: attrahunt:quæ transuersa ducuntur:impellunt.Vulua ꝑfecto:& reliqua membra:quæ uim obtinēt continēdi:non nisi per obliquum filorum tractum suo fungūtur officio.Venæ:& arteriæ:& membranæ membris omnibus usui sunt:ministriq; publici habentur: membra autem ipsa suis quæq; distribuuntur muneribus:& singulis singula actiōibus delegātur:ut ꝑspicuum sit: cui præcipue tribuere actionem debeamus.

69 Cur mulieres:quæ uterum gerunt:secūdo:aut tertio mense gustare aliquid improbe appetant.quapropter picare tantisper dicuntur a pica:quæ terræ glebas suauiter esitat. natura sanguinem omnem menstruum colligere in matricem necessariæ fœtus afformationis gratia consueuit:qui sanguis si uitiatus est suum uitiū ad os uentris transmittit:atque ista stomachus ipse īproba motus qualitate materiæ : cibos alienos:atque incommodos appetit:idque ipsam ua-

rie peccat pro materiæ subditæ conditione. Nam si atra sit: bilis. carbones: aut lateres: & genus quodlibet fictile appetit: si pituita acida: sapores acidos cõcupiscit: si bilis uitellina: pinguia quærit: si alia miscella quelibet sit: auiditas quoq; gustandi ratione illius oritur insolens. ueram hanc esse causam constat eo: ꝙ non omnibus prægnantibus hoc idem usu eueniat. Sed cum plures sobrio appetitu degant: quibus scilicet sanguis ille collectus integer est: & uacuus excremento. uitium id ultra mensem tertium non ꝓtrahitur. fœtus enim iam perfectior copiam absumere sanguinis potest. ut nihil præterea sit: quod ad stomachum efferatur. hoc idem etiam aliquibus exurientibus ui famis illa intolerabili. quam bulimuȝ appellamus: atque etiam morbo maioris intestini laborantibus accidit: scilicet eadeȝ illa de causa: quod stomachus materijs uitiosis refertus est: ex quo fit: ut bis summopere prosit purgatio.

70 Cur autumnus inæquabilis sit. habet enim eodem in die frigus: & calorem: de hoc uaria sententia est. alij enim ad abditam. atq; inexplicabilem causam illud referunt: alij uentos per id tempus uarios: & inæquales afflare aiũt: alij ꝙ terra nimio æstatis æstu deusta refrigeratur per autumnũ hinc calore adhuc extante uicissim agi modo frigore: modo calore opinantur. haud enim illi audiendi sunt: qui propterea inæquabilem esse autumnum existimant: quoniã medius inter hyemem: & æstatem positus est: nam & uer medium est: quod non ita euariat. hic adijcere illa non alienũ est. diei & noctis spatium quattuor anni tempora plane imitatur. prima enim diei

pars usq; ad meridiem ueri similis est: meridies ipsa æstatem simulat·hinc ad uesperam species agitur autumni·Nox deinde hyemem præfert:ut quæ humida: & gelida fit:propter solis absentiam·

71 Cur somnum lassitudo afferre possit:cum hæc siccet:siccitas uigiliam pariat·Censendum non interne a lassitudine somnũ ꝓficisci:sed per mediam frigiditatem·atq; humoris consumptionem·Quippe cũ lassitudo ex se siccitatem creet:siccitas calorem aboleat·(humor enim caloris est nutrimentum)abolitio caloris frigus augeat·Igitur natura humido alimento cõsumpto:uitaliq; spiritu diminuto.quiescit:ut acquirat:rependatq;:quod amiserit·

72 Cur lapis:aut ferrũ:aut q̃d tale ꝓiectũ in aquã sine aliquo ligni substentamẽto demergatur:ligno susceptũ descẽdere nequeat.Censendũ aerẽ ꝑ ligni meatus admissuʒ:lignũ eleuare:ac facere:ut innatet·quãquã pondus substineat·at uero lapis:& ferrũ: quia solidiora sunt corpa·ꝑdensoq; meatuũ cõtentu stringũtur:nullũ sibi admitti spiritũ patiũtur:atq; ob eã rẽ nequeũt innatare·sic·n·& q ꝑ undas interierunt: primũ ad imũ delabuntur:post aliquot diebus emergunt:& fuitãt·cũ·n·corpus putret:& tabet: spiritus oritur:quo pulmo:meatusq; oẽs iplentur:corp usq; eleuant:ita ut facultas sit innatandi·unde piratas quosdã:hoies:quos enecassent·pulmone exempto in altũ proijcere:ne efferrentur:ꝓditum est·hæc eadem ratio est:cur oua integra dimissa in aquam demergi soleant:urina & corrupta substineantur:& super natent·tabet enim humor eorum:& inflatur·

73 Cur testes gallorum gallinaceorum:quos lacte saginant:amplissimi:& cõcoctu facillimi efficiãtur·

Quoniam sanguis non modo serum in se continet: quod renes trahunt: sed etiam lentorem: quem sibi testes pro alimento hauriunt crassiorem urina: tenuiorem sanguine: cuius speciem prope imitatur. Sed quã diu natura copia alimenti indigeat: quod quidem in ætate accidit puerili: lentorem etiam illum ad totuз enutriendum corpus dispensare solita est. ubi autem multus desijt alimenti usus uidelicet tempore pubescendi colligit hunc ad testes: quæ quidem res testiuз ipsorum amplificatione: pilorumq; pubertatis ortu palam fit. Testes enim per id tempus augentur: & pubes pilo Integitur. Sed cum iterum sanguine natura indigeat largiori scilicet postea q̃ fœmina concepit: ut & fœtum nutriretur: & lac molliatur: lentorem illum a testibus reuocat: rursusq; cum sanguine miscet: atq; ita lac efficit. sanguis etenim albens: lac fere est. ergo quod testes gallinaceoruз plus lactis hauriunt: scilicet blandimento lentoris: quem suum in lacte comperiunt: plenius augentur. & alentiores facilioresq; redduntur.

74 Cur mel illud cõmendemus: quod acrius sentitur & mediocriter hoc idẽ calidũ esse existimemus: cuз acritudo nõ nisi per calorẽ immodicũ cõsistere soleat Censendũ non acre mel: sed temperamentũ id esse: uerum linguam suo calore plenius calefaciendo in acritudinem uertere. dulce eteniз omne acre primũ: post nimium incalescens amarũ redditur. quod aũt siccar Indi appellant: mellis coagulum est: sole cogente rores: conuertenteq; ad mellis dulcedinẽ: quod idẽ mõte etiam libano fieri certum est: fit Siccar id proximum salis glebulis candidum: fragile. uim id quoq; tergẽdi: purgãdiq; melli similẽ habet: & coctũ ritu

mellis nostratis nõ æque atq; incoctum purgare põt tibo tamẽ ita assumptũ aptius ad alendũ est·mel itẽ quod calbanoriũ cognominamus:discrimen tertium mellis explet pastu scilicet apum:quẽ calbana uitiat ꝓdest hoc illitum ad oculorũ claritatẽ·quin & iã quod Thymũ redolet uentrẽ iuuat frigidiorẽ· Aegyptium uero humidũ:dilutumq; est:uidelicet ea de cã quod flores tractus illius imodice hument : ex larga nili amnis irrigatione·Omniũ optimũ insulæ ferũt: & loca maritima·quippe quæ licciora sint:& synceriora melli montis hymetti terræ atticæ laus præcipua datur:ꝓpter florum singularem præstãtiam·

75 Cur lac frigidum sit:& cur facile cõcoquatur:ꝓ beq; nutriat:cum habitu sit frigidiori·Censendũ lac ꝓpterea facile transire posse in sanguinem: quoniã e sanguine factum est : & fere sanguis albefactus est · album uero : atque frigidiusculum fit per mammarum adenes:qui albi sunt : & sanguine uacui:cũ tamen suo in fonte aliquid habeat caloris:longe frigidius a multa expositum aeri euadit· Quemadmodum etiam semen cogendum non coagulo animalis: sed succo ficulno est : aut gutturæ gallinæ:aut cnico · sic enim caseus concoqui , digerique expeditius potest·

76 Cur ulcera pulmonis curari non queant·quia qđ curatum iterum est:quiescere debet·unde illud Hypocratis medici·pedis remedium quies est·motus enim confluuium agit materiæ superuacuæ : quæ excitare potest inflammationem·pulmo autem ob respirandi necessitatem in motu assiduo est·adde ꝙ purulenta pulmonis repurgari non nisi p tussim ꝑossunt : quæ suo itẽto motu ulcus lacerat:& dilatat·Quinetiã ꝙ

membrum illud humidū: calidum: laxum: putredini opportunū spiritus cōceptaculum est: refici ꝓpterea nequit: nisi a natura una primordio seminis.

77 Quā ob causam hoīes, qui ex ardua febre isaniūt: robustissimi, quādiu insaniūt: sint: soluti insania admodū debilitētur: & langueāt. Quoniā siccitas ꝑ cerebrum & neruos agitur imodica, robur eni ex siccitate neruis acquiri certuꝫ est. sedata autē insania: lassitudinē sentiunt: quod iam sensus integrior est: & nerui molliores redduntur: & laxiores.

78 Cur pisces sexatiles cōcoctu faciliores sint. Quoniā aqua saxis uicina moueri etiā cū serenū est: cōsueuit. durum eni: ac molle: quoniā cōtraria inter se sint quiescere nequeūt cum inuicē tangant: at quod mouetur: tenuius reddi solet: quam quod quiescit. Ergo pisces quoqꝫ agitari ꝑ aquam synceriores: ꝑuriores: & inde cōcoctu faciliores euadant: necesse est. hæc eadeꝫ ratio est: cur auiū alias cōcoqui faciliores: q̄ reliquas corporis partes experiamur.

79 Cur ijs balneum nō ꝑcipiamus: qui febre cōtinua iam laborare desinunt. Quoniā materiæ: noxiæ: crudæ: crassæqꝫ adhuc cōstant: corporeqꝫ absolui nō duꝫ patiuntur: quantum materiæ autem utilis sit: id tenue: atqꝫ liquidū substat. ne igitur calor balnei prius utilem partem ut tenuiorem: q̄ inutilem trahat: abstinendum a balneo est. neqꝫ ꝑ id tempus tantū: quo morbus minuitur: uerum etiam: quo incipit: & omnino quo materia minus concocta est.

80 Cur medici hominibus febre laborantibus ectica ab habitu nominata parū aquæ bibēdum ante cibum ꝑcipiant: ut mēbra solida: quæ ꝑsiccent: humefiant: reddāturqꝫ aptiora ad solidioris alimēti agglutina=

tionem:agnationemq;·hinc artifices quoq; tectorij opis prius:q̃ admoueant:calcem aqua pariete aspergere soliti sunt:ut tenacius incrustetur:& firmius·

81 Cur oia dulcia lienem & iecur augent·iecur per sui habitus similitudinem facilius rẽ dulcẽ attrahere põt·calidũ eni,atq; humidũ est·lien uero cũ ptez sanguinis feculẽtam de iecore trahat:sanguinẽ quoq; elicit largiorẽ uidelicet ꝓ copia:quæ posita in iecore est quod quidem tantisper agit:quandiu inualeat uis eliciendi:unde nomen sortitus est·

82 Quã ob rẽ uehemẽter pcussi pte capitis:quæ tempora appellãtur intereũdum sit·Quoniã musculus: qui eã cõtinet ptez:ex cerebro oritur:uicinusq; illi positus est·Consentiens igitur cerebrum:istumq; communẽ accipiens:dolet:atq; contrahitur: & spiritus quoq; aialis una cũ eo constipatur:atq; crassescit·ita q; animus cum idoneo careat instrumẽto:a corpe cõfestim discedit·uinculi enim corruptio solutionẽ afferat rerũ cõniunciẽdarum necesse est·

83 Cur homines:quos ingens tonitri strepitus attonitos fecerit:intereant:aut certe amentes degant·eadem illa ratio est: quam proxime diximus·ictus eni immodicus aeris cerebrum:atq; spiritum animalem per aures subit:quam ob rem spiritus ille cõtrahitur crassescitq;·denique ineptus ad animi actiones redditur:& cum immodice incrassescat:etiam discessum animi a corpore agit:quæ mors est·

84 Quo ob causam oui uitellus concoctu facilis:albumen difficile est·quoniã uitellus calidus albumen humidũ:& frigidũ est·ouum quippe qualitates elemẽtorũ oẽs cõplectitur:& q̃ttuor illa rerũ primordia plane in se sita ostẽdit·tegmẽtũ.n·testaceũ terræ

ꝓximum eſt·ſiccum nãq;:& frigidũ·albumẽ aquæ cõditiomem gerit:humidũ eni3:& frigidũ:ſpiritus in albumine contẽtus ꝓ aere eſt·calidus enim:& hu midus·uitellus ignẽ repreſentat·plus enim calidus: minus ſiccus:neq; colore igneo uacat·Denique orbis uniuerſi:quem mundum uocamus:ſpeciem in ouo di xeris demonſtrari·nam & ex quattuor conſtat ele= mentis:& in ſphæræ faciem cõglobatur:& uitalẽ potentiam obtinet·

85 Cur ſtercus hominũ:q morbo maioris inteſtini la borãt:ſpeciẽ gerat bubuli·Quoniã morbus hic ex pi tuita magna ex pte oriri ſolitus eſt· pituitæ aũt co= pia putreſcens ſpiritũ agit:qui feces ſubit:inflat:tu= mefacit:atq; ita ſimiles bubulis reddit·unde fit ſæ= pius:utſuel in aqua ualeat inatarę·bubulũ aũt infla= ri propterea arbitrandum:quoniam plurimu3 boum pabulũ palea eſt:& fœnum:plurimuſque proinde ſpiritus mouetur.

86 Cur mẽbrana cerebri pleniore uulnerata: oriri ꝑ ſecturã ſoleant:quæ fungorũ noĩe appellamus:q̃a ua pores qui ex cerebro aſſidue ꝓficiſci:digeriq; ꝑ rimas cõſueuerũt:diſiecto iam oſſe:amploq; patefacto itine re effluunt uniuerſi:oſſiq; gelido occurſantes concre= ſcunt:& ſpeciem fungi capiunt:quippe qui ſu= pra ampliuſculi:infra prætenues uidelicet loci ra= tione perficiantur·

87 Cur pituita:quæ craſſa:& frigida eſt·& inde apta ferri deorſum:ſæpe ad caput ex pedibus aſcen= dat·Cenſendũ nõ ex ſe pituitã poſſe aſcendere: ſed ꝑ uim ſecernẽdi:quæ indita mẽbro cuiq; eſt·hæc enim quãuis in pede nocens illa materia ſit:tamen depel= lere ſurſum poteſt:quod cum membra omnia faciãt:

tandem ea in parte consistit materia: quæ minus de pellere potest: quam satis sit.

88 Cur p statum aeris pestilētem hoīes multi: & inæquales malo eodē intereant. quæ qdē res tollere fatum uidetur: idest necessariā rerū cōsequentiā: quam stellarū ordini & motioni tribuimus. Censendū illos hoīes rapi cōditione cœli pestifera: qui concepti: natiq; sunt tali motu stellarū: ut longinquo tēpore uiuere nequirēt quēadmodū enim ædificium uetus: atq; infirmum facilius impetu uenti corruit: q̄ nouum & ualidū: sic etiā hoīes: qui ex fato uitā sortiti sunt breuiorem: expeditius ab aeris uitio mouētur: & capiūtur. malū autem cōmune ꝓpterea est: quoniā aer: qui syderum pestilenti defluuio uitiatus est: idē cōtinet oēs: atq; ab omnibus trahitur.

89 Cur multitudo p crapulā uino uini molestiā leuari, dicere soleat: hoc & si uulgare est: uere tamē asseritur: quippe cū membra p nimiū uini calorē resoluta: uini adiectione recreētur: firmenturq;: ut spiritus coactos: tentātesq; caput discutiant: & depellant: p̄sertim si tēperatū est: q̄d secundo hauritur. De uino hæc annotare nō alienū hic est. Vinū si exiguū bibatur: salubritatem largitur: si modicum: facundiam parit: si immodicum: & menti obest: & corpori: ut Theagenes quoque poeta inquit. Meri copia noxia est: at siquis eo recte utatur: non noxium: sed percommodum est. Liberum patrem bacchis comitatum nō inepte effingunt. choream enim: quam uini hilaritas extruit: baccharum cœtus designat. Satyros eidem coniuungunt ratione agilitatis: facilitatisq;. lydiam etiam addunt: quoniam per immodicum usū uini hominem resolui necesse est. Quinetiam pardi

sectantur ob eam causaꝫ:ꝙ multa:& uaria imaginã
tur:qui multũ uini hauserint·animal eniꝫ hoc uaria
integitur pelle·unam ex bacchis Agauã matrem Pẽ
thei suum discerpisse filiũ narrãt:eo ꝙ multi ꝑ uino=
lentiã facile in homicidiũ ruunt·nudus fingitur bac
chus:quoniam uinum mentem:atqꝫ animũ detegit:
& patefacit·arsit Venerem Bacchus:arsit Ariadnã
uino enim inhebriatis libido maxima oritur: neque
caluus quidem bacchi comitatui deest: scilicet ꝓpter
cerebri detrimẽtum:quod usus uini immodicus inue
hit·amittit eniꝫ uires suas sedes hæc animi:atqꝫ mar
cescit·unde uinum maronem a marcore pleriqꝫ nomi
nant: necnon & Pana hisce adesse uolunt: uideli=
cet ob summam uini potentiam:aut ob uariũ eius fer
uoreꝫ: uiresqꝫ uarias:tãgitur Bacchus a fulmine pri
us:q̃ ueniat ad lucem·exhimitur utero matris:conie=
ctus in femur patris clauditur:quoniam uinum per=
sæpe fictilibus contentum soli exponitur: atque ita
uires in plenum accipit:& saporem· Sorores quat=
tuor Bacchus habet: quoniam uinum mutationes
quattuor recipit:sanguis ex materijs nostri corporis
uino tum in habitu:tum in natura respondet· Quẽ=
admodum enim ex quattuor uinum constare parti=
bus exposuimus:sic sanguis quadripartitus est:quip
pe qui partem habent dilutissimam:quaꝫ renes hau=
riunt:& tenuẽ quandam ueluti florem:quam fellis
folliculus trahit:& crassam:ac feculẽtam:quã lien
capit:& puram:atqꝫ synceram:quæ digesta in mẽ=
bra alere potest modo uini:quod sua tantũ parte syn
cera præstare alimoniam potest·

90 · Quã ob causam præputium & genarum partes
tenuiores discissæ:coniungi:adglutinariqꝫ nequeant

omnino quæ ex semine natura creauit: hæc destructa recreari non queunt· nõ enim neruus: non uena: non membrana, non reliqua generis eiusdẽ suam possunt recipere integritatẽ· ergo nõ imerito ista quoq; refici nequeũt: cũ semine orta sint: atq; pricipio sanguis cõstituit: hæc denuo gigni· recreariq; possunt: eo q̃ sanguis nulla in pte ætatis deesse potest·

91 Cur uinacea: & zizania: & grana ficulna integra: ut ingessimus p aluum egeri soleant· utrum quia parua admodũ sunt: & sicca: ideo cõcoqui nequeant an quia semina sunt: & generandi pfecte obtinent facultatem: resolui nõ patiantur: sed peruicacius ad eum finem edurant: cui sunt destinata a natura· hac enim de causa specie quoq; globi formata sunt: quæ omnium figurarum pfectissima est·

92 Quã ob cãm pte iecoris gibba intersepta iugale collo subiectũ grauescat: & dilabetur· Quoniam uena a trũco cognominata, quæ ex pte iecoris gibba ad collũ usq; ascẽdit: amplificata p interseptionẽ: infartionẽq; grauius põderat: tẽditq; deorsũ: quẽadmodũ itestinũ quoq; carnibus: aut quolibet alio corpe ifartũ deferri cogitur: atq; collabi· Sic enim uena illa detracta iugalis iteriora secũ trahit: mouetq; dolorem· Tussi quoq; ij dẽ arida ifestãtur· malus· n· iecoris habitus efferẽs sese ad mẽbra spiritui deputata excitat illa ad rẽ depellendã: q̃ urget: atq; ide tussis exultat·

93 Cur uulua una omniũ membrorũ aspera pte interiore est: habet eni quosdã excessus: quos caliculos siue acetabula appellamus: ut semen humidum possit retinere: humor etenim omnis facile per leuem corporis faciẽ labitur: hinc· n· & artifices tectorij opis scalptis parietibus calcẽ admouẽt: ut p caua & summa

asperiora crusta cõtineatur: & hæreat. hac uero de causa se uen quoque ipsum lentum: glutinosumq; factum a natura est: uidelicet ut tenacius insidere possit: & firmius.

94 Cur multi cũ suã uriuã exitũ appetẽtem retinuissent: resoluti sint: atq; destillatiõe urinæ laborarint. Quoniam uessica nimiũ plena: extumescẽteq; ultra modũ humorẽ ex natura mẽbranæ iditũ oẽm expressit: atq; ita siccior facta est: ut p̃terea contrahi nequiret more pellis: quæ exsiccata extẽdi nõ põt: nisi aqua mista cũ oleo diluatur. fieri autẽ urinæ destillatio solet uel p musculi resolutionẽ: q̃ ceruicẽ urinæ claudit: uel p exulcerationẽ ipsius uessicæ: uel p iniuriã calculi: mordetur enĩ uessica, aut aggrauatur. itaq; excernere icitatur: quãtũ urinæ receperit minimũ. difficultas uero urinæ nomẽ generalius q̃ destillatio est: sicut & coquẽdi aut audiẽdi aut spirãdi difficultas.

95 Cur uehementer ij sitiant: quorum uentrem inferiorem fluctio exercet. Quoniam humoribus deorsum collapsis stomachus resiccatur: sitis autem nõ nisi p siccitatem oriri solita est.

96 Quid est q̃d lachrymas moueat: cũ angamur. spiritus q p angorẽ affectus ẽ: hic enĩ ad cerebri mẽbranã effertur: atq; humorẽ ibi positũ exprimit: q̃d idez uel præ nimia lætitia potest euenire.

97 Cur barba spadones careant. Quoniam calore uacant: quo pili & oriuntur & augentur.

98 Quãobrẽ q pueri execti sunt: uocẽ reddũt acutiorẽ q̃ qui adultiores: quos gallos nominamus. Quoniã p id tẽpus execti sunt: quo meatus sunt arctiores. spũs autẽ eo tenuius sonat: quo p angustiora extruditur.

99 Cur cibo tã humido: q̃ sicco ingesto eruptemus.

Quia spiritus uel cũ cibo admittitur: uel post ex cõcoctione mouetur: q̃ cũ tenuior sit: petit supiora. Itaq; p os extruditur. quã rem ruptũ appellamus.

100 Cur alij magis: alij minus cõcumbere ualeant. q̃ alijs alij sunt calidiores.

101 Quare q̃ ex luce amplissima ad mediocrem uenerũt: cernere ptinus nequeãt. Quoniã lux mediocris ppius ad tenebras: q̃ ãplissima illa accedit. tenebræ aũt suã ob crassitudinem uim cõspiciendi obfuscant.

102 Cur mulieres uulua male affecta mẽte labantur: & delirẽt. Quoniã mẽbrũ id natura cõstat neruosa suaq; primordia e stomacho: atq; membranis cerebri ducit: quod uel ipso contextu palam est.

103 Cur mulierũ mẽstrua colligãtur: quoniã p uitam quã ociosiorẽ degunt: ãplius materia supuacua redũdãt. at sanguis largior in hoie: q̃ cætera materiarum genera est. ergo merito ijs: cum amplius uacet: egeri leuandi corporis gratia solitus est.

104 Cur pestẽ lippitudo magna ex pte p̃cedere soleat quoniã pestis spũs affectio ẽ: qd cũ spũs motus: uitiatusq; efferatur ad caput: oculos pturbat: eosq; prius: q̃ cætera uitiat: utpote q̃ tenuior: atq; mobilior sedẽ adeat oculorum.

105 Cur hoies tremuli cũ bibãt: circũferri soleant: q̃a uini calor imodicus neruos subit: & spũm cõtentum in his pturbat: qui ex sede cerebri ducitur.

106 Cur bestiæ statim ab ortu naturæ ãbulare queãt hoies nequeãt: quoniam bestiæ calorẽ omni ex pte sui

ſpiritus tamen agitatam tenuem efficit & leuem.

116 Cur res frigida oĩs oſſibus dẽtibus:neruiſq; inimica eſt.quoniã hæc natura conſtãt terrena.terrenum autem omne frigidũ eſt.ergo quod frigida qualitas augeatur:merito accidere detrimentum poteſt.

117 Cur qui per febris ardorem inſaniunt:pulſum arteriarum habeant leuiorem:qui per letargum uitiuz memoriã obtorpeſcũt:pleniorẽ reddãt.Quoniã alteri ſpiritu relaxato cerebri delirãt:alteri eodẽ illo ſpiritu craſſeſcẽte:graueſcenteq; p̃mũtur:& ifeſtãtur.

118 Cur febribus quibuſdã p ſudorem leuatis cordis periculoſæ affectiones ſedari ſoleant. Quoniam materia uitioſa partim difflatur:partim reſoluitur.

119 Cur p hyemez plus cibi aſſumere:pleniuſq; cõcoquere poſſimus:quoniã calor noſtri corpis pulſus exterioris frigoris uehemẽtia ad ſedẽ iteriorẽ ſe recipit. itaq; facit:ut cibus plẽius et cõcoq̃tur:et aſſumatur.

120 Cur qui nimis concubuerunt:ſi præterea coeant: ſanguinem uice ſeminis emittant.Quoniam ſemine omni exhauſto nullus humor prõptius ſanguine rei ueneree ſe offert.

121 Cur nerui nõ quemadmodũ puncti:ita etiam præciſi excitent inflammationem.Quoniam ſpiritus inæquabili punctionis ſegmento occurrens:retorquetur atq; in ſe coactus:ſtipatur:& recaleſcit.at præciſo penitus neruo ſpiritus effluit omnis:& abit.

122 Cur ſudores : qui ante acceſſionem uenerint:graues ſint : & moleſti : quoniam qui febrem ſequuntur : per relaxationem : remiſſionemque effluant : qui antecedunt per expreſſionẽ utique uiolentiorem extringuantur.

123 Cur os ieiunum grauiter oleat:quoniã ſtomachi

acritudo nisi cibo recenti temperetur insuauem reddit exhalationem·

124 Cur nullus i corde morbus possit cõsistere·Quoniam per membri opportunitatem ante mors rapit quam morbus pateat·

125 Cur scrobe iuxta mare effossa dulcis aqua cõperiatur·Quoniã mare trãmissũ:liquatũq; p terrã suã crassitudinẽ oẽs amittit:inq; hũorẽ dulcẽ extenuatur

126 Cur ambusta difficulter cicatricẽ recipiãt: Quoniã p igne; meatus corpis oẽs extrudũtur:obliteranturq;·ut caro ppemodũ mortua sit·fit eni ut materia in hisce inclusa pquam difficulter educatur·

127 Cur homines natu maiores uinosi esse consueuerunt·Quoniam per ætatem refrigerati:calorem desyderant·Vinum autem calorificum est·

128 Cur pondus facilius parte leua:quam dextera efferre ualeamus·Quoniam materia ptis leuæ oppressa plus edurare:patiq;:quam dextera põt·quippe cũ altera difficilius altera facilius moueatur·

129 Cur pars dextera sanabilior sit:quam leua·Quoniam p exercitationem ampliorem materiæ compescuntur:redduntur q; sanitati opportuniores·

130 Cur mel ulceribus acre : gustui dulce sentiatur: quoniã ulceribus horridis;resiccatisq; mellis tenuitas occurrit:tenue aũt omne acre est· At gustus quia humidus est:mellis pcipere potest lenitatem·

LAVS DEO·

REGISTRVM·

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ AAAA BBBB CCCC·Oẽs sũt quaterni præter CCCC q est sexternus·